¶ Nouus sed precla rissimus in poste riora analytica Aristotelis cõmenta rius.

M.D.XX.IX.

Petri Cirueli Darocensis præfaciuncula in commentarium suum super duos libros posteriorum Aristotelis.

QVæ cum sint partes vel certe præcipuę: studiose lector: eius æditionis logicę (quam ab Aristotele accepimus) in quibus totus sciendi modus plenissime continetur: prædicamenta videlicet & posteriora: siquidem aliæ omnes eiusdem voluminis partes vel ex iis duabus prodeunt/vel ad eas ordinantur: hac consideratione illectus: aliis prætermissis: in hæc duo elucubrationes quasdam ædere dignum putaui. Nam sicut in cathegorias (quæ vniuscuiusq; disciplinæ propria scibilia discernunt atq; determinant) olim iuuenis Paraphrasim valde copiosam nouellis logicorum erudiendis tradidi: veluti quendam omnium bonarum doctrinarum indicem/atq; epilogum clarissimum: sic demonstratiuam (quam Græci Analyticam vocant) disciplinam maturiori ætati meæ: hoc est seniori mihi reseruaui: in qua iam veluti calamum mente tingens obstrusa eius sensa conscisiore sermone retegerem: non tam incipientibus quam prouectis discipulis: immo & præceptoribus ipsis. Quamuis ergo plærisq; aliis studiorum generibus: de rebusq; sublimioribus addictus: amicorum instancia multiplici/ac quotidianis precibus deuictus: hanc suscepi operam. vel ex eo maxime quod vix reperissem inter tam multos expositores vnum: qui horum librorum rectam/certam/exactamq; intelligentiam calleret. Hinc etenim sese offerunt quorundam veterum cõmentaria: mille confusionibus plena: quæ & potius obscurent quam declarent Aristotelis mentem atq; sententiam. Illinc vero recentiorum quæstiones leuissimæ: quæ & argumentorum ac sophismatum vermibus totę scatent. Vtrorumq; igitur incõmoda euitare cupiens: medio quodam atq; expedito calle progrediar: nam & perlucidum cõmentariũ ad literam proferam: & dubia vnicuiq; capiti magis idonea: & quæ viro sapiente digna videbũtur: adnotabo resecans omnia impertinẽtia quæ neoterici miscuerũt. Verũ quia antiqua illa vulgataq; posteriorũ æditio: partim vicio scriptorũ: partim etiam translatorũ imperitia/ac somnolẽtia: pęlrisq; in locis corrupta est/ac nimiũ a veritate detorta: nouę insup quorũdã ęditiones potꝰ Paraphrases q̃ puræ aut Germanæ sunt cõuersiones: (nã &

præter Græcā Aristotelis literā multa addunt: nōnulla etiā detra-
hunt: vt pote quæ obscuriora eis visa sunt: & alia deniq; ordine
euerso posuerūt: quatenus eorū vnusquisq; pro captu intelligētię
suę: & ad suū sensum Aristotelē nobis refferret) ad solidiorē hui9
nostri cōmentarii basim: antiquā illā & per vulgatam trāslationē:
siue Boetii siue cuiuspiā alterius interpretis: nūc recēter ab erudi-
tissimo in vtraq; lingua Iacobo Fabro Stapulensi recognitam:
atq; ex Gręco prothotipo emendatā insequar: eamq; expositurus:
diuidam prius vnūquenq; horum librorū per sua capita principa-
lia. et in singulis capitib9 nō omnes particulas: sed tātū notabilio-
res earum secabo partes. nam minutissimæ illæ diuisiones prisco-
rum cōmentatorū inutiles mihi visę sunt: & quę magis impediāt
quam expediant lectores. Hoc insuper in primis omnes hui9 do-
ctrinę auditores admoneo: quod meo iudicio ad plenā atq; perfe-
ctam huius disciplinę intelligentiā: non sufficiet studiosum lecto-
rem habere bene correctam Aristotelis literam: nec etiā omnes in
eum cōmētarios pariter & q̄stionarios plegisse: nisi etiā (quemad-
modum in aliis sermotionalibus Grāmatica & Rhetorica fieri so-
let) ex vsu & cōsuetudine aliarum scientiarū: pręcipue Mathema-
ticarum (quę puro demōstratiuo artificio æditę sunt) singulorū
pręceptorum demonstratiue docentis veritatem colligāt atq; exa-
minent. Tūc enim proculdubio ea perfecte intelligent: quādo de-
mōstratiue vtēti: hoc est Phisicę/Methaphisicę/Matesi & aliis scię-
tiis speculatiuis omīb9 cōsona viderint. Hui9 admonitionis signū
certissimū est: quoniā ipse Aristoteles omnia sua (quæ in hoc ope-
re tradit) præcepta: aliarum scētiarū exemplis cōprobat/elucidat/
atq; declarat. Igitur hoc negocium deo auspice acturus: decreui
prius glosemata quędam mea: ex adolescentię studiis adhuc apud
me recondita & seruata repetere: eaq; cum aliorū expositionibus
cōferre: quaten9 veriora queq; eligēs ex omnib9 vnū elicere cōmē-
tariū: breuē quidem atq; concisum secūdū materię subiectę qua-
litatē: sed plucidū atq; ni fallor pręclarissimū. Erit eñ modus me9
nō ardu9 aut sublimis: sed plan9: ac humilis: atq; pedestris imita-
tor factus illustriū illorū doctorū Parisiensis Achademiæ: omniū
bonarū disciplinarū parētis atq; magistræ q̄; sapiētissimæ: qui cū
Ap̄lo Paulo ad ostēsionē suæ veræ doctrinæ nō in psuasibilib9 hu-
manę eloquētię verbis: vt quidā in solo verborū cortice sapiētiam
ostentātes: hūc modū censuerūt accōmodatissimū. Vale.

¶ Petri Cirueli Darocensis: in duos libros Posteriorum analyticorum Aristotelis cōmētarius ad literam.

Accedētes igitur ad litere expositionem: incipiamus a titulo libri: qui plurali numero nobis ꝓponitur ad hūc modū.

Posteriora analytica Aristotelis.

¶ Sensus est.

Opus de posteriori resolutione ab Aristotele editū. Nā analysis grece: reductio vel resolutio est latine: qua scȝ effectus reducitur ad suam causam: qđ est in eā resolui. In proposito vero nomina cause: ⁊ effectus logica sunt ⁊ secunde intentionis: ita vt antecedens argumentationis vocemus causam: ⁊ cōsequens effectū eius. Dicitur autē hec resolutio posterior: in ordine ad eam q̄ facta est in duobus libris priorum analyticorum. i. de priori resolutione. Siquidem argumentatio probatiua: de qua hic Aristote. agere incipit vsq; ad finē totius sue logice: duplici eget resolutione: idest examinatione: scȝ consequentie ⁊ consequentis earum: prior est resolutio cōsequentie: qua reducitur ad sua principia regulatiua: q̄ sunt dici de omni ⁊ dici de nullo ⁊ alia huiusmodi: ⁊ đ hac resolutione egerat Aristot. in prioribus analyticis: ideo sic dictis: q̄a sunt de priori resolutione. Cōstāte vero iā bonitate cōsequentie: secūda resolutio est examinare veritatē cōsequentis siue cōclusionis: que fit per sua principia vera: ex quibus ipsa deducitur. Reducere ergo conclusionē probandā ad principia certa et indubitata in sua veritate: est eam resoluere: ⁊ de hac posteriori resolutione intendit agere hic Aristote. in duobus libris suorum posteriorū analyticorum: idest de posteriori resolutione argumētationis probatiue. Et quāuis in libris suorum topicorum dyalecticorum idem Aristote. tradat doctrinā de argumētatione ꝓbatiua: ⁊ presupposita examinatione consequētie doceat probare conclusionē: tamen quia non reducit eā ad principia certa ⁊ indubitata in sua veritate: sed ad varia principia ⁊ solū probabilia: que ⁊ vera ⁊ falsa esse possunt: ideo non dicitur resoluere conclusionē in sua p̄ncipia. quare ⁊ doctrina illa non dicitur analytica. i. resolutiua: sed dicit᷑ dyalectica: idest disertiua: inquisitiua: ⁊ inuentiua diuersorum mediorū ad vnā conclusionē: vt patet in primo libro topicorum. Et propterea libri illi non dicuntur analytici: sicut libri priorū et posteriorū: in quibus fit resolutio: tum cōsequentie: tum ⁊ consequentis ad determinata certa ⁊ indubitata principia vera. hoc egregie notauit Aristote. in prohemio primi libri priorum. nam inci-

piens tradere analyticam logicā dixit. Intentio nostra est agere de demōstratione: que est argumentatio scientifica ꝛ resolutissima: tam ex parte consequētie: quā ex parte cōsequētis. ¶Ex hoc ergo titulo patet: q̄ fuerit intentio Aristotel. in his duobus libris posteriorū: quorū expositioni sub confidētia diuini auxilij: in hoc opere vacare decreuimꝰ: quia intendit nobis tradere artem/vel disciplinam logicā de resolutione posteriori.i.de scientifica atq; certissima probatione conclusionis per sua principia vera: hec alio nomine dicitur demōstratio. i. argumētatio faciens scire cōclusionem euidenter: ꝛ adeo clare ꝛ certe: ac si quis ad oculū digito rē dmonstraret. Supponamus itaq; subiectum attributionis huius doctrine esse demonstrationem: hec de titulo. Jam vero ad literam veniamus cuius exordium est.

¶Omnis doctrina & omīs disciplina intellectiua ex preexistēti fit cognitione.

Quia vero vt prius diximus Aristoteles in principio suorum priorū fecerat prohemium pro tota doctrina analytica dicens. Primum oportet dicere circa: quid ꝛ de quo est intentio: quoniam circa demonstrationem: ꝛ de disciplina demonstratiua ꝛc. Ideo in hoc loco absq; prohemio Aristote. incipit agere de demonstratione: dicens omnis doctrina. ꝛc. Uerum cōmuniter omnes eius expositores: hoc primū caput prohemiū vocāt: ꝛ non abs re: quia in eo probat Aristoteles demonstrationis: et discipline demōstratiue necessitatem. idest quod ad sciendū aliquid necessaria est demōstratio: quod est in primis supponendū in hac disciplina. Secūdum hos ergo Aristotelis litera est diuidēda in prohemium ꝛ tractatum. prohemium est hoc primum caput. Tractatus incipietur in capite. sequenti scire autē opinamur ꝛc.

¶Primi capitis/hec erit rubrica.

¶Caput primū: primi libri posteriorum: quod ꝛ prohemium eius dici potest: agit de demonstratione: ꝛ scientia probans: quod est possibilis et necessaria hominibus in hac vita.

Antequam aliquid dicamus circa literam Aristotelis: ex premissa rubrica posset quis mouere questionē contra materiam huius capituli. si enim nulla sciētia probat suū subiectū esse: sed supponit illud: quia de subiecto oportet in sciētia precognosci/quia est: quomodo ergo Aristote. in hoc prohemio vult probare demonstrationē esse: que dicta est subiectū huius sue doctrine. Probans enim eam esse necessariā ad habendam scientiā de nouo: probat demonstrationē esse: nam questio/quia est includit questionē/si est: vt infra dicetur: in primo cap. secūdi libri huius: ꝛ determinata vna determinatur/ꝛ altera. Querere em̄ vtrū dmōstratio sit necessaria ꝛc. Est q̄stio q̄a est: sed q̄rere an demonstratio sit: est questio/si est.

¶Ad hoc dubiū dici pōt breuissime: q̄ nulla sciētia probat suū subiectū esse demōstratiue: pōt tn̄ hoc ꝓbare dialectice: q̄a ars dialectica: nō solū ad cōclusiones/vt demōstratiua: sed etiā ad principia sciētiarū probāda viā habet: vt dr̄ in primo libro topicorū. Hec igit̄ probatio Aristo. in hoc loco dialectica est nō demōstratiua: eodē modo in ꝑncipio suoꝝ Elenchoꝝ ꝓbat argumētationē sophisticā esse. Et in p̄mo lib. suoꝝ phisicoꝝ ꝓbat motū esse: qđ tn̄ est ꝑncipiū in phisica sciētia: ꝛ ita in alijs locis: ꝛ libris auctorum hoc videre licet frequēter. ¶Ad ꝓbādū vero demōstrationē esse necessariā volētibꝰ scientiā acq̄rere de nouo Arist. tria p̄cipua facit in hoc ꝓhemio: ꝛ ita erūt tres eiꝰ ꝑtes ꝑncipiales. Primo em̄ quādā generalē seu cōmunē propositionē premittit/vt ꝑncipiū dicēdoꝝ.

Deinde in scđa pte ibi: dupliciter aūt ⁊c. Maioris declarationis gratia agit de precognitionibus ad acquirendā sciētiā de necessarijs. In tertia vero parte ibi. Ante autē quā ⁊c. reprobat Aristoteles duos errores contrarios sue intētioni predicte. ¶ Ad probandā ergo demōstrationis necessitatē premittit vnū principium cōmune dicens. ¶ Omnis doctrina ⁊ oīs disciplina intellectiua: ex preexistenti fit cognitione. Sensus planus est. Oīs noticia intellectiua (que tum doctrina: tum ⁊ disciplina dicitur) de nouo in nobis acquirēda: presupponit quandā aliam noticiam in nobis existentem: ex qua ipsa intellectiua fit siue producit in aliquo genere cause. Ita q quicūq vult aliquid de nouo cognoscere per intellectū: oportet qđ pri9 habeat aliquā aliam noticiam aut intellectiuā aut sensitiuā: que sit preuia noticie acqrende: nam cum q penitus nihil cognosceret: impossibile esset doceri ab aliquo preceptore: vt ab eo acqreret nouā noticiā de rebus. per ea em̄ q quis nouit (dix9 inquit Gregori9) quasi manu ducit ad cognoscēda ea q nō nouit. quare opus est: discipulū omnē ad scholas venientem: ad querendā sibi nouā doctrinā a preceptoribus: prius secū afferre quandā aliā cognitionē: qua preuia doceri possit ea q discitur9 est de nouo. Hoc ergo tam veridicū prologuiū premisit Arist. in capite hui9 sui libri dicēs. Qđ omnis nostra noticia intellectiua de nouo acqrēda fieri debet: ex alia preexistēte in nobis cognitione. ¶ Habito iam sensu claro huius principij: explicāde sunt nōnulle particule obscure in eo posite. In primis aduertat nouitius qđ illa cōiūctio. et. vbi dicit oīs doctrina et omīs disciplina: est accipiēda diuisiue ⁊ nō cōplexiue: hoc est qđ faciat vnā ppositionē copulatiuā: non vnā cathegoricā de copulato subiecto: hui9 signū est qa vbū sequēs est singulare: sit: nō aūt plurale fiunt. Cōsequēter videre dignū est: de ppria acceptione horū duoꝝ noīm: doctrina: ⁊ disciplina intellectiua. Quis enim vulgatissima sint nomina artiū et scientiarū: q sunt modo actus modo habitus: in proposito tamē cōfuse: ⁊ valde generatim accepit ea Aristo. scz pro omni noticia intellectiua: siue illa sit cōplexa: siue incōplexa: tam principiorū: quā cōclusionū ⁊c. Ut sit sensus qđ oīs noticia intellectiua recenter acqsita: fit in nobis ex alia preexistēti cognitione. Ex quo sensu manifeste: sequitur qđ Arist. hic nō loquitur de duab9 noticijs: quarū altera sit in docēte: ⁊ ideo dicatur doctrina: altera in discente: ⁊ ideo dicta sit disciplina qđ fere oēs expositores dicunt: sed loqtur solū de vna noticia: scilicet q est in discipulo. hec enim est q de nouo acqritur: nō autē noticia docētis. ideo hec fit nō antē illa: sed olim facta est. ¶ Una siquidē ⁊ eadē noticia: puta que in discipulo acqritur ex preceptoris opa: hec duo sortitur noīa: ⁊ doctrina dicitur ⁊ disciplina: ad aliud tn̄ ⁊ ad aliud relata. dicitur enim doctrina qa est a docēte accepta: dicit vero disciplina qa est in discipulo recepta. quemadmodum idem Aristot. in tertio libro suorum phisicorū dicit: qđ idem motus: puta calefactio aque ab igne: est actio ⁊ passio: sed nō eadem ratione siue comparatione: sed dicitur actio vt ab hoc: scz igne producta: ⁊ passio vt in hoc. idest in aqua recepta. vnde correlarie infert in loco illo: qđ actio nō est in agente: sed in patiēte. ergo eodē modo doctrina preceptoris non est in docente: sed in discipulo scientiā acquirente. Sed ne videamur ista gratis dicere ⁊ sine certo fundamēto adferamus expressa Aristotelis verba. nam ipsemet Aristoteles in libro illo inter alia exempla de actione ⁊ passione hoc ponit exemplum de doctrina et disciplina dicens: quod doctio. idest doctrina non est in docente: sed in discipulo recipiente eam: que tamen noticia dicitur doctrina vt ab hoc. idest quia est ab hoc causata: et dicitur disciplina vt in hoc. idest quia est recepta in hoc.

Erit ergo clarior sensus huius propositionis prime: quod omnis noticia intellectiua: quam quis de nouo acquirit a preceptore adiscens: que eadē est doctrina et disciplina: fit in eo ex alia preuia cognitione in eo existēte. ¶ Sed quare adiecit Aristote. illam particulam intellectiua: que noticiā restringit et contrahit quasi non sit hec propositio vniuersaliter vera in omni noticia: sed solum in noticia: que est intellectiua? Hoc nimirum sensit Aristote. in hac sua prelocutione. Nō enim verum est: quod omnis noticia noua fit in nobis ex alia preexistēte noticia in nobis: quia instantia manifesta est in noticia sensitiua sensus exterioris: que est omniū noticiarū prima: et nullam aliam preexistētem requirit: sed omnes alie noticie ex ea procedunt. propterea ergo Aristote. dixit omīs noticia intellectiua: et non omnis noticia simpliciter. ¶ Est enī ordo talis generationis in noticijs quas paulatim de rebus acquirim9. nā primo per sensus exteriores homo res sibi obiectas cognoscit: nulla alia preexistente in eo noticia. Deinde ex illa noticia sensitiua exteriori causatur in eo quedam alia noticia sensitiua interior in sensu communi vel in v̄tute imaginatiua p species corporales: que dicuntur phantasmata rerum. Tertio ex illis phantasmatibus intellect9 hominis per abstractionē elicit species intelligibiles: q̄ sunt spirituales et incorporee: quibus res obiectas apud se concipit et noticias intellectiuas format. Quarū omniū prime sunt noticie incōplexe singularum rerū. postea ex incomplexis intellectus format noticias complexas: que dicuntur compositiones et diuisiones. idest affirmatiue: aut negatiue propositiones. Demū vero ex noticijs complexis principiorū procedunt noticie cōplexe conclusionū per argumētationē: scilicet deueniendo ex notis ad ignota: et ex magis notis ad minus nota. hūc ordinē notauit Aristoteles in prohemio sue methaphisice.

Ordo in acq̄sitione noticiarum.

Quidam etiam non indocte opinantur in noticijs incōplexis intellectiuis: quemadmodū et in noticijs complexis: alias fieri ex alijs preexistentibus: et hoc multis modis: vt alias videri habet. Existo ergo ordine generationis noticiarum clarissima euadit veritas propositionis ab Aristotele premisse: quod licet non omnis noticia simpliciter: tamen omnis noticia intellectiua ex preexistenti fit cognitione. Acquiritur vero in homine noticia intellectiua de nouo trib9 modis. Primo per propriam vniuscuiusque inuentionē: et tunc preceptor docēs est ipsemet intellectus cū obiecto. Secundo per visum et librorū lectionem. et tunc preceptor docens est liber lectus ab homine: libri enim preceptorū vices habēt apud nos. Tertio modo et cōmunius per auditū: et per voces preceptorū docentium. Et quocunque istorū modorum omnis noticia intellectiua: que de nouo in homine acquiritur: ex preexistēti fit cognitione. ¶ Sed q̄ret forsitā nouus auditor: quorsum tendit Aristote. per hanc suam vniuersalē propositionē sic absolute positam: vel quomodo facit ad propositum suū quo doctrinā de demōstratione nobis pollicetur in hoc opere? Sane quidem aptissimū est huius proloquij exordium ad suū propositum. Diximus enim ex omniū expositorum consensu: quod in hoc primo sui libri capite: intendit probare: quod demonstratio est hominibus necessaria ad sciētie acquisitionē de nouo. est enim demonstratio argumētatio quedā: omnis vero argumentatio procedit ex preexistē ti cognitione antecedentis ad habendā cognitionem intellectiuā consequētis: si ergo omnis intellectiua cognitio acquirenda est ex preexistenti cognitione: sequitur quod illa noticia conclusionis: que scientia dicitur: fit per argumentationē ex noticia antecedentis preexistenti. huiusmodi autem argumētationē: scilicet generatiuā sciētie demonstrationē appellant omnes. ergo ad sciētie acquisi

Mod⁹ Aristo.

tionem necessaria ⁊ vtilis est demōstra
tio. ¶ Cōsueuit enī Aristoteles in prin
cipijs augustissimorū operum suorum
ordiri a quibusdam vniuersalibus pro=
positionibus: que in sua veritate sint pa
tentissime: ⁊ ab omnibus cōcedende: ve
luti proloquia certissima: quatenus sta
tim in vestibulo operis intētionem suā
insinuet. sic enim in ꝑncipio sue metha=
phisices: hoc proloquiū posuit. Omnes
homines natura scire desiderant. Et in
exordio ethices siue moralis sciētie. Om
nis ars omnisq̧ doctrina similiter et
actus: ⁊ electio bonū quoddā appetere
vidētur. Et in prohemio suoꝝ phisicoꝝ:
ita orditur. Circa oēs scientias q̄rū sunt
principia cause: ⁊ elementa: intelligere
⁊ scire semper contingit ex illorū cogni
tione preuia: ⁊ illi persimilis est hec no
stra ꝓpositio preassumpta: tam in ver
bis: quā in sensu verborum: scilicet q̄d
scientia conclusionis fit semper ex pre=
existenti cognitione suorum principioꝝ.
Et in omnibus predictis libris Aristo.
semper cōsueuit suam exordialem pro=
positionem inductione declarare ⁊ con
firmare. Est enim inductio: vt in secun
do libro priorum dictū est: declaratiua
principioꝝ sicut sillogism⁹ conclusionū.
¶ Habita ergo summaria hui⁹ nostre
propositionis intelligētia: veniam⁹ ad
inductionem: qua Aristot. hic eam ni=
titur confirmare ac declarare. Ostēdit
enim eius veritatē inducendo per om=
nes artes ⁊ scientias autorū. nam om̄es
ille hoc cōmune habent: q̄d per prius
nota faciunt doctrinam suarū conclusi=
onum: quia cum hec propositio sit regu
la quedam logica: debuit eam Aristote
les probare ex cōmuni vsu artium ⁊ sci
entiarum. sic enim collecte sunt omnes
regule disciplinarum sermotionalium:
scilicet ex vsu atq̧ autoritate veterū sa=
pientum. Ait ergo.

¶ Manifestū est autem scilicet.

Hoc nostrum principium esse verum:
speculantibus. idest cōsiderantibus no
bis in omnes. idest per omnes artes ⁊
scientias: quod est inductionem facere.
nomē enim speculationis hic large ac=
cipitur pro consideratione ⁊ inuestiga=
tione huius veritatis per omnes artes
⁊ scientias. nā proculdubio non omnes
scientie sunt speculatiue: sed quedā ea
rum practice seu operatiue. Inducere
autem volens Aristoteles per diuersa
genera scientiarum: incipit a disciplinis
mathematicis: que in suo modo proce=
dendi sunt omniū artificiosissime: et vt
cōmentator Auerrois dicit in secundo
libro methaphisices: sunt in primo gra
du certitudinis: quia pure demonstrati
ue procedūt: ideo in eis doctrina demō
stratiua: quā hic profiteri volumus: red
ditur quam manifestissima. Unde ait.

¶ Mathematice enim sciētiarū.

Idest q̄ sunt de numero scientiaꝝ: imo
⁊ certissime sciētiarū. hoc est sciētie ma=
thematice/vt arithmetica/geometria/⁊
alie: ꝑ hūc modū fiunt. i. tradūtur a pre
ceptoribus: per hunc inquā modū dictū
in propositione premissa. Nam conclu
sionum noticiam docent premittentes
noticiam principiorū immediatorū per
q̄ probari habent: immo ante noticias
complexas principiorū prelibant noti=
cias incōplexas terminorū. hoc est: diffi
nitiones ⁊ diuisiones vocabulorū ex q̄=
bus formant suas ꝓpositiones: siue sint
principia siue cōclusiones: quare in ma
thematicis disciplinis nostra propositio
vera est: q̄d omnis noticia intellectiua
fit ex preexistēti cognitione. similiter etiā
hoc facit vnaqueq̧ aliarū artium ⁊ sciē
tiarum: quāuis non omnes ille ita exa
cte ac scite procedant in suis probationi
bus sicut scientie mathematice: quia in
eis rare sunt demōstrationes: ⁊ pro ma
iori parte arguūt dyalectice ad proban
das suas conclusiones: nihilominus ta
men semper procedunt ex preexistenti
cognitione. Procedens ergo Aristot.
in sua inductione post mathematicas
transit ad alias scientias dicit.

¶ Similiter autem & circa.

Suple se habet hec veritas in aliis artibus et scientiis: que non ita demonstratiue procedunt in suarum conclusionum probationibus. nam earum quedam procedunt dialectice. vt phisica/methaphisica/medicina etc. Et de his dicit.

¶Similiter & circa orationes.

Idest ratiocinationes dialecticas: que per sillogismum et per inductionem procedunt in suis probationibus. vtreque enim argumentationum predictarum per prius nota principia faciunt doctrinam in discipulis. idest noticiam de ignotis. he quidem. i. sillogismi faciunt noticiam conclusionis accipientes. idest acquirentes eam tanquam a notis: scilicet principiis. quia principia argumentationis dialectice: licet non sint per se nota aut in sua veritate certissima: sunt tamen notiora conclusione probanda. ille vero. i. inductiones procedunt a notioribus demonstrantes. idest notificantes vniuersale principium scientie per id quod ad sensum manifestum est singulare. inductio enim a singularibus per sensum et experientiam notis procedit ad propositionem vniuersalem: que est principium artis et scientie. vt infra videbitur in fine secundi libri huius. Alie vero scientie non demonstratiue procedunt in suis probationibus rethorice. vt ethica/politica/iuridica de quibus addit.

¶Similiter autem & rhetorice.

Suple scientie persuadent. idest persuadendo magis quam conuincendo probant quod intendunt. et iste procedunt per enthimema. et exemplum de quibus ait: aut enim per exempla quod est inductio: aut per enthimemata quod quidem est sillogismus. Stapulensis sequens Themistium dicit: hec verba accipienda esse in analogica adhunc sensum. quod est apud dialecticos inductio: est apud rhetores exemplum. et quod est apud dialecticos sillogismus: est apud rhetores enthimema. quia cum rhetorica in suis argumentationibus sit consecutiua dialectice: ad illas propositiones probandas affert rhetor exemplum: ad quas dialecticus inductionem. et illis applicat rhetor enthimema: quibus dialecticus sillogismum. non enim tam efficax est argumentatio rethorica sicut dialectica: propter subiecte materie minorem constantiam: quia moralia minus certa sunt quam phisica: aut methaphisica in sua veritate: ideo instrumenta argumentationis rhetorice debiliora sunt instrumentis dialecticis. quare Faber iste in sua interpretatione abstulit illam particulam vere vel fere a textu et posuit quod quidem est sigillogismus. Sed alii expositores fere omnes: siue antiquiores: siue recentiores hunc locum ad alium sensum trahunt dicentes. quod exemplum est inductio diminuta vel truncata: et similiter quod enthimema est sillogismus imperfectus et truncatus. Unde quod in litera antiqua dicitur: enthimema est sillogismus vere: dicunt isti corruptam esse literam ex vitio scriptoris: qui posuit vere pro fere. vt sit eorum sensus. enthimema est fere sillogismus: et exemplum est fere inductio. Mihi autem verisimilior sit prior expositio: tum quia Faber callet literas Grecas: et in textu Greco neque inuenit vere neque fere: tum etiam quia Aristot. intentio est probare quod similiter argumentationes rhetorice probant sicut argumentationes dialectice per prius nota ad sensum vel ad intellectum. nam exemplum per prius notum ad sensum probat sicut inductio: enthimema vero per prius notum ad intellectum sicut sillogismus. quare exemplum in rhetorica est vt quedam inductio dialectica: et enthimema rhetoricum vt quidam sillogismus dialecticus. Patet ergo ex predicto discursu inductiuo per omnes artes et scientias quod prelibata propositio vniuersalis est verissima: quod omnis noticia intellectiua fit in nobis ex preexistenti cognitione: quia in omnibus artibus et scientiis autores hunc modum docendi habent: scilicet ex precognitis.

¶Uerum circa hanc inductionem ab Aristotele factam per omnes artes et scientias non videtur mihi dissimulan

dus vnus cõmunis error multorum lectorum atq; cõmentatorum: qui tamen processit ex ignorantia vocabulorum in litera positorum. dicunt enim quod in hac inductione. Aristote. incepit a scientijs realibus mathematicis: & ad finem deuenit ad scientias sermotionales dialecticam & rhetoricam. dialecticam innuit per hoc: quod ait similiter & circa orationes: & postea similiter & rhetorice &c. Sed isti profecto aberrant. quia: vt in exponẽdo diximus: tota inductio Aristo. facta est in sciẽtijs realibus. nam earum quedam procedũt artificio demõstratiuo: alie dialectico: alie rhetorico & omnes illi modi procedendi: hoc habẽt cõmune quod docent suas cõclusiones ex precognitis siue ex preexistẽti cognitione: quare illa duo vocabula litere dialectica & rhetorica: non sunt accepta hic ab Aristotele pro artibus docentibus illos modos arguendi: sed pro artibus & sciẽtijs vtentib⁹ eis: & ille sunt sciẽtie reales pro maiori parte. voluit enim Aristoteles vt prius diximus: suam regulam logicam et sermotionalẽ probare veram per cõmunem vsum scientiarum realium. Nam si de dialectica docente similiter & de rhetorica docẽte intellexisset: proculdubio demonstratiuam docentem etiam expressisset: nam & illa certius & verius alijs docet precognitiones necessarias ad scientiam habendam. hanc autem non expressit. Ergo sua intentio fuit facere inductionem per scientias reales: q̃ vtuntur illis modis arguendi: huius etiam signum est quia Aristoteles omnes scientias reales ad tria membra reduxit. quia non sunt nisi tres modi argumẽtationis probatiue: scilicet demonstratiuus. vt maxime patet in mathematicis: dialecticus in sciẽtijs realibus speculatiuis: vt phisica & methaphisica: & rhetoricus in scient s realib⁹ practicis: vt ethica/politica/& iuridica: que & legis positiua dicitur. hoc etiam modo arguendi rhetorico vtitur sacra scriptura Biblie: tam in veteri: quam in nouo testamento. et omnes fere antiqui doctores Ecclesie artificio rhetorico in suis opusculis processerunt. vt Augustinus contra Faustum: Hieronymus contra Iouinianū: Heluidium: & Vigilantium &c. Hacten⁹ ergo de prima parte huius prohemij: ex qua satis manifeste constat que fuerit intentio Aristotelis in his duobus libris suorum posteriorum: scilicet tradere nobis artem de argumentatione demonstratiua. Et in primis circa demonstrationem absoluit questionem: si est: probando demonstrationem esse necessariam ad acquirẽdam scientiã. & ex dictis eius in hac parte. potest hec ratio probatiua formari. ¶ Quicũq; volens scientiã de nouo acquirere: indiget alia preuia noticia ad eam acquirendam: ille indiget demonstratione: sed omnis talis indiget preuia noticia: ergo indiget demonstratione. quare demonstratio est necessaria ad scientiam acquirendam: cõsequẽtia est bona in primo modo prime figure. et minorem probauit Aristoteles dicẽs: q̃d omnis noticia intellectiua &c. vt patet discurrẽdo per omnes sciẽtias: sed maior de se nota est. q̃a demonstratio est argumentatio probatiua conclusionis per certitudinẽ ex preuia noticia principiorum certissimorũ. Ex qua probatione etiam sequitur manifeste quod est necessaria nobis: quedam doctrina logica que naturã & proprietates demonstrationis nos doceat. et illam in hoc opere tradere intendimus. Patet ergo intentio Aristotelis in hoc opere.

¶ Secũda pars de p̃cognitiõib⁹

¶ Dupliciter autẽ necessariũ est precognoscere &c.

Ex eodem principio prime partis de preexistenti cognitione occurrit necessitas: vt de precognitionibus requisitis ad demonstrationem disseramus. et quia huius vocabuli diffinitio ex predi

ctis potest esse manifesta.(Est enim precognitio preexistens cognitio) statim ordi tur Aristot.ab ei⁹ diuisione in duas species dicens.qd dupliciter est necessariū precognoscere aliqua:scilicet volentem habere scientiam per demonstrationē. Hoc est duo sunt genera precognitionum necessariarū ad demonstrationē: que sunt due species in quas hoc gen⁹ precognitio diuiditur imediate: scilicet precognitio q̄a est: vel (vt Stapulēsis ait) q̄ est. et precognitio quid est. Has species explicans Aristoteles subdit.

¶ Alia nāq3 .i. quedā:quia sunt prius opinari: idest precognoscere necesse est demonstratorem; alia vero quid est quod dicitur: scilicet per nomē intelligere oportet:quedā autem vtraq3 idest vtroq3 modo simul sunt precognoscenda.Sensus clarior: quedā assumūtur in demōstratione scientifica de quibus opus est discipulum docēdum antequam fiat demonstratio:precognoscere:quia est.Alia vero de quibus est necessarium eum precognoscere quid est quod dicitur. Et rursum sunt q̄dā alia de quibus vtrunq3 horum simul est precognoscendum: scilicet quid est:⁊ quia est. Hec autem verba opinari/intelligere ⁊ alia quedam: hic indistincte cōmuniter ⁊ confuse sunt accipienda: scilicet pro cognoscere quocūq3 modo. ¶ Sed ad maiorē huius litere explicationē aduerte:qd hec duo complexa:quid est: et quia est: sunt incomplexe accipienda:⁊ (vt cōmunes expositores dicunt) in genitiuo casu:quia reguntur ab illo nomine precognitio adhunc modum: precognitio ipsi⁹ quia est: ⁊ precognitio ipsi⁹ quid est.ergo opus est hos duos genitiuos declarare.Sed alterum eo⁊ ipse Aristote. statim declarans dixit: quid est quod dicitur: scilicet per nomē in demonstratione positū:idest qd in primis vocabulorum significationes cognoscātur:⁊hoc siue per diffinitionem quid nominis:siue aliquo alio modo. et hoc est cognoscere:quid est/quod dicitur adocente: vel que res significatur per vocē eius. Est itaq3 precognitio quid est: cognitio significationis cuiuslibet vocabuli in demōstratione positi:que preuia esse debet antequam formetur demonstratio probatiua conclusionis.et loquitur hic Aristoteles de quid nominis:nō de quid rei.nam diffinitio q̄d rei est questio scibilis ⁊ per demonstrationem determinabilis:vt infra libro secundo huius ostēdetur: sed quid nominis est precognitio ⁊ principium demonstrationis valēs ad determinādā questionē si est. vt illic videri habet. ¶ Sed genitiuus q̄a est: non ita clare explicatur in textu Aristo.Insinuatur nihilominus varia eius acceptio:sc3 in terminis ⁊ in propositionibus:ita vt quia est in terminis incomplexis videatur ad suppositionem eorum referendum.idest precognoscere: que est res quam terminus significat:sic quod terminus pro ea supponere possit: quasi habēs significatum sibi correspōdens pro tempore verbi cui adiūgitur ille termin⁹. Sed quia est propositionis videtur esse intelligendū de veritate propositionis.idest precognoscere q̄ propositio q̄ assumitur in demōstratione sit vera: immo ⁊ certissima in sua veritate. Possent tamē isti duo modi precognitionis quia est:vna diffinitione cōmuni sic declarari; scilicet precognoscere qd vera sint ea que assumuntur in demonstratione:vera inquā.idest qd ita res se habeant/sicut ipsa significant:siue complexe siue incōplexe.⁊hoc est terminos pro aliquo supponere: et ꝓpositiones veras esse. ¶ Ad clariorē tamen intelligentiam harū precognitionum Aristote. subdit exempla de obiectis earum.idest de precognitis vel poti⁹ precognoscendis dicens.

¶ Vt quoniam omne quidem. Scilicet predicatū: aut affirmare: aut negare de quolibet subiecto verum est: dicitur precognitū quia est in propositionibus. Sēsus est qd prescire q̄ hec propositio sit vera:quodlibet predicatū

de quolibet subiecto aut affirmatur aut negatur: est precognitio quia est: quando assumeretur in aliqua demonstratione. et ipsa propositio esset precognitum quia est.

¶ Triangulum autem quoniam hoc hoc quidem. idest hanc rem significat: dicimus precognitum quid est.

¶ Sed vnitatem vtraque.

idest vtroque modo precognitum dicimus. idest quia est et quid significat. Exempla sunt in variis scientiis. Primum in Methaphisica. Secundum in Geometria. Tertium in Arithmetica. ¶ Et videtur hec exempla difficilia communibus expositoribus: vt regula ipsa sit captu facilior quam eius exempla. Volentes ergo exempla ista declarare: dicunt quod vt Aristoteles infra cap. viij. huius libri notauit: tria concurrunt in omni demonstratione: subiectum: passio: et dignitas: large accipiendo nomen dignitatis pro premissa sillogismi demonstratiui. dicunt ergo quod hic Aristoteles posuit exempla de his tribus. Nam primum exemplum est de dignitate. vt quoniam omne affirmare: aut negare etc. Secundum est de passione. vt triangulus. Tertium exemplum est de subiecto: vt vnitas. vnde eliciunt hunc sensum huius loci. de dignitate opus est precognoscere quia est. de passione quid est. et de subiecto quia est: et quid est. Et ita ex hoc exemplo de vnitate solent elicere hoc vulgatissimum proloquium. quod in qualibet scientia oportet de suo subiecto precognoscere vel supponere quid est: et quia est. Iste est communis modus exponendi hunc locum estque modus priscorum Parisiensium quem etiam sequuntur recentiores. ¶ Mihi autem proculdubio videtur: quod ista expositio exemplorum Aristotelis auget difficultatem sine necessitate: et potius obscurat quam declaret textum. quod non erit difficile ostendere in ipsismet exemplis. nam primum eorum: vt quoniam omne affirmare etc: nunquam intrat demonstrationem. vt expresse: dicet Aristoteles infra cap. xij. non contingere autem etc. Ergo illa propositio nunquam est premissa assumenda in demonstratione: de qua oportet precognoscere quia est. precognitiones enim non sunt nisi eorum: que assumuntur in demonstratione. hoc est trium terminorum et duarum premissarum. Item dubium est satis inexplicabile: quomodo triangulus sit passio alicuius subiecti? similiter dubium est cuius passionis vnitas sit subiectum? Super his dubiis laborauit Egidius Romanus valde curiose et nescio an satis docte. de illa cum dignitate: quoniam affirmare etc. nihil respondit: quia nihil recte potuit: cum nullius demonstrationis possit esse premissa. De aliis duobus contendit probare: quod triangulus sit passio vnitatis: que est subiectum eius. et hoc in eadem demonstratione puta arithmetica: que probaret hanc conclusionem vnitas est triangulus. ait enim Boetius in secundo libro sue arithmetice. quosdam numeros esse triangulares: et dicit quod vnitas est primus triangulus habens vnum in quolibet latere etc. Sed profecto nulla dabitur arithmetica demonstratio cuius premissa sit illa propositio: omne affirmare: aut negare etc. aut cuius conclusio sit hec: vnitas est triangulus. immo videtur: quod illa non sit demonstrabilis. ¶ Propterea alii expositores rectius tenent: quod hec tria exempla non sunt eiusdem demonstrationis. immo neque eiusdem scientie: sed vt diximus: primum pertinet ad Methaphisicam: secundum ad Geometriam: et tertium ad Arithmeticam. consentiunt tamen isti Egidio in hoc quod primum exemplum sit de dignitate: secundum de passione: et tertium de subiecto. ¶ Mihi autem videtur etiam hoc esse impertinens ad propositum Aristotelis: qui in hoc loco non expressit hec tria nomina dignitas passio et subiectum: que tamen expressit infra in cap. viij. et. xi. huius libri. Cum enim hic loquatur adhuc confuse de demonstratione et solum in genera

re: nondum voluit determinate dicere ex quibus aut terminis aut propositionibus constituatur demonstratio: sed solum cōfuse dixit q̄d antequam fiat demonstratio oportet discipulū quedam precognoscere de his que assumūtur in demōstratione. et reduxit ea ad duo mēbra: scilicet/quid est/de terminis: et quia est/de terminis et propositionibus. Et d̄ clarare volens precognitiones per sua obiecta addidit exempla tria. vnum de propositione: et alia duo de terminis incomplexis: nec dixit q̄d triangulus esset passio alicui⁹ subiecti: et q̄d vnitas esset subiectum alicui⁹ passionis. sed hoc ita exponere est difficultatē non necessariā augere: scilicet vt querām⁹ cuius subiecti passio sit triangulus: et cuius passionis vnitas sit subiectum. nam hoc esset a proposito Aristotelis diuertere p̄ sciētias reales ista inquirendo. Erit ergo meo iudicio hui⁹ loci hic sensus plan⁹ et facilis: q̄ duo sunt genera precognitionum pertinentiū ad demōstrationē: scilicet/quia est: et quid est. et similiter duo sunt genera precognitorum: scilicet propositiones et termini: que in demonstratione assumūtur. et q̄d precognitio/quid est: tātum terminorū incomplexorū est: siue sint subiecta siue predicata vel passiones tam in premissis quā in conclusione. precognitio vero/quia est/potest esse terminorū et propositionum: eo modo quo superius declaratum est. quare exempla de precognitis que Aristoteles posuit: quāuis non sint alicuius vni⁹ demonstrationis aut vnius sciētie: tamē satisfaciūt suo proposito: quo precognita voluit declarare. Posuit enim vnam propositionem perse notam (siue ea logica sit siue methaphisica iuxta varias cōmentatorum phantasias) ad declarā dum obiectū precognitionis / quia est/ complexorum: ac si appertius dixisset: sicut de hac propositione: quoniā omne quidem affirmare aut negare verū est: habemus certitudinē clarissimā sue veritatis: ita oportet et de premissis demōstrationis cuiuslibet q̄d habeat demonstrator certitudinē euidentem. Deinde posuit hoc nomē triangulus siue sit arithmeticum siue geometricū: nec sit cura si est passio aut subiectum: ad declarādum obiectum precognitionis/quid est: quia sicut mathematicus de hoc nomine precognoscit quid est q̄d dicitur p̄ ipsum: ita opus est demōstratorē quēlibet eandem precognitionē habere de quolibet termino in sua demonstratione posito. Tertio Aristoteles posuit hoc nomen vnitas arithmeticum ad declarādum obiectum precognitionis / quia est/incomplexorum. verū quia de quocunq̄ termino in demonstratione posito precognoscere oportet quia est: de eodem est precognoscendum et quid est: sed non econtra: ideo Aristoteles dixit: sed vnitatē vtraq̄. ac si dixisset sicut arithmeticus de vnitate precognoscit quia est: ita etiam et demonstrator quilibet in qualibet scientia de omni termino quem de alio non demōstrat debet precognoscere quia est. et etiam quid est. Dixi notanter quem de alio non demōstrat: quia si terminum de alio demonstrat: iam probat eius quia est: et non opus est de illo vt precognoscat quia est: sed solum quid est. Ad hāc exceptionem innuendam Aristoteles addit clausulam.

¶ Nō enim vnūquodq̄ horū: scilicet obiectorū est nobis similiter manifestum: quare nec similiter precognoscendum ante demonstrationem. nimirum ergo si non omniū incomplexorū posuerimus precognitionem quia est: scilicet vt per hoc innueremus quod nō omniū terminorū eiusdē demonstrationis aut scientie sit necessaria precognitio quia est: quia nō de predicato cōclusionis que est maior extremitas: nā demonstratio probat et non presupponit eius quia est. minoris vero extremitatis et medij termini simul q̄d est et q̄ est precognoscit demōstrator: nec p̄bat

ea. ¶ Ante autē quā ad sequentē literā trāscamus: circa predictas precognitiones ꝛ eaꝝ obiecta precognita: est aduertendū q̄ð varij autores tam varia dixerunt in suis cōmentarijs et q̄stionibus: q̄ omnia recēsere forsitā non fieret satis curioso lectori. Ex multis tamē modis: ego duos notabiliores proferā. Et quidem ð precognitionū diuisione in duas species: q̄a est: ꝛ q̄d est: atq; de subdiuisione q̄a est in duas alias. s. quia est ꝑ suppositione: ꝛ q̄a est pro veritate: satis dictum est. Sed de diuisione precognitorum vlterius differamus. est enim duplex precognitū saltem remotū: alterū est terminꝰ: alterū propositio. Item terminus in demōstratione est triplex: scilicet due extremitates ꝛ medium. ꝛ in demonstratione potissima maior extremitas dicitur passio que demonstratur: et minor extremitas est subiectū de quo illa passio demonstratur. medius terminus est ille in quo due extremitates vniuntur. Propositio vero precognoscenda in demonstratione est duplex cathegorica videlicet et hyppotetica. iterum cathegorica duplex: scilicet maior premissa que et propositio proprie dicitur. atq; minor premissa: q̄ tū assumptio / tū ꝛ subsumptio dici solet. Hyppotetica demum in demonstratione propositio est rationalis aut conditionalis: quā ꝛ bonitatē cōsequentie dicere solent. ¶ De precognitis ergo inter varios dicendi modos sunt duo rationabiliores. Primus est antiquior et cōmunior: scilicet quod precognita sunt ea que enumerata sunt obiecta precognitionum immediata: puta termini ꝛ propositiōes. Ita q̄ð in precognitione quid est: et in precognitione quia est ꝑ suppositione: obiectum precognitum est terminus incōplexus. vt triāgulus vnitas ꝛc. Sed precognitionis quia est: ꝑ veritate obiectū precognitum est complexum. idest vna integra propositio: vt omne predicatū de quolibet subiecto affirmatur vel negatur: vel vt Nominales dicunt: quodlibet cum quolibet vel oppositum eius stat. Secundus modus est recentior ꝛ subtilior tenens quod omne obiectum precognitionis immediatum est complexum. ita vt omnis precognitio sit assensus alicuius propositionis: que enūciat de termino vel propositione precognoscēda. puta q̄ð precognitionis quid est obiectum sit hec propositio. Hic terminus accipitur pro illa re: vel rem illam significat. Et similiter precognitionis quia est: termini obiectum sit hec propositio. res significata per istum terminum est vel esse potest. vel iste terminus supponit ꝑ re quam significat. Et precognitionis quia est: propositiōis obiectum sit hec oratio. ista premissa est vera. Et iste modus videtur magis conformis verbis Aristotelis. nam in primo suorum exemplorum ait. vt quoniam omne affirmare aut negare verum est: est quia est. idest obiectum precognitionis quia est propositionis: est illa propositio que enunciat ipsam verā esse. eadem ratio est de alijs duobus exemplis. nam de triangulo dicit: quoniam hoc significat. et de vnitate similiter. quod significat quid est / et quia est. Quis autem horum modorum sit rationabilior viderint questionarij doctores. quamuis meo iudicio vterq; eorum verus sit. Primus enim declarat obiectum remotum precognitionis. Secundus obiectum propinquum et immediatum. Sequitur in textu.

Precognitorꝫ diuisio.

Due opiniones: prima.

Secūda opinio.

¶ Est autem cognoscere alia quidem prius cognoscentem &c.

vbi Aristoteles dimissis precognitionibus terminorum: vult amplius de propositionū precognitiōe disputare maxime de illis que in demonstratione sumuntur. Sed variāt expositores circa sensum huius clausule. dicunt enim cōmunes et tritissimi tam commentatores quam questionarij. quod in hoc loco Aristoteles comparat noticias premissarū ad noticiā cōclusionis in demō

stratione. Cũ enim dictũ sit q̄ antequã habeatur scientia conclusionis oportet precognoscere premissas esse veras: addit nunc Aristo. quod altera premissarum scilicet maior: prius tẽpore cognoscitur esse vera quam sciatur conclusio: altera vero scilicet minor: simul tempore cum conclusione cognoscitur: quãuis tam ista quam illa premissa prius natura cognoscatur vera ipsa conclusione. hoc est ergo quod ait. Est autem suple necessarium vel est.i.contingit: alia quidem cõplexa prius cognoscere cognoscentem.i.demonstrantem ad habendã cognitionem conclusionis.prius inquã tempore quam cõclusiones.et iste sunt maiores propositiones sillogismorum: quorundam vero aliorum complexorũ contingit simul scilicet tempore accipere noticiam & conclusionum.et iste sunt minores propositiones sillogismorum. de quibus subdit. vt quecunq̧ contingunt esse sub vniuersalibus.i. maiorib⁹ premissis: quarum iam habẽt cognitionem: scilicet prius tempore. Addit exẽplarem declarationem in vna demonstratione geometria. vt omnis triangulus habet tres angulos equales duob⁹ angulis rectis: sed ille q̄ est in semicirculo super diametrũ collocatus (cuius etiam angulus oppositus est in circunferentia circuli) est triangulus.ergo ille habet tres angulos equales duob⁹ rectis: quãuis huius demonstrationis claram intelligentiã atq̧ efficatiam declarare nõ sit op⁹ negocij presentis. supponaẽ ergo hoc a Geometris. de maiore. itaq̧ hu⁹ sillogismi ꝓpositiõe.ait text⁹.

¶ Quod eñ omnis triangulus habet tres angulos equales duob⁹ rectis: presciuit demonstrator. idest prius tempore cognouit antequam conclusionem sciret. de minore vero premissa eius subdit.

¶ Quod vero hic.

qui est in semicirculo triangulus sit: simul inducens. idest inferens conclusionem cognouit. idest simul tempore cum conclusione. potest etiam exponi.simul inducens.i. cognoscens minorem esse veram per inductionem siue per experientiam sensitiuam simul cognouit eam & cõclusionem que erat singularis: scilicet quod ille triangulus q̄ est in semicirculo habet tres angulos equales duob⁹ rectis. Et magis declarans quod dixerat de minore propositione addit.

¶ Quorundam enim suple.

scibilium hoc modo predicto disciplina est. idest noticia fit: scilicet quod minor propositio simul cum conclusione sciatur. et hoc accidit: quando minor propositio fuerit talis quod vltimum.idest minor extremitas: que in ea ponitur: nõ cognoscitur esse sub termino vniuersali posito in maiori ꝓpositione: per mediũ. idest per antecedẽs probatiuũ eius: sed per sensum tunc enim etiam minor propositio simul tempore cognoscitur cum conclusione. puta quecũq̧ minores extremitates sillogismorum cõtingunt esse d numero terminorũ singularium: et: pro idest: eorum terminorum: qui nõ dicũtur de subiecto aliquo. idest inferiori sub se posito. nam vt in libro predicamẽtorum dictum est: scilicet in secunda diuisione ante predicamentali: in quolibet predicamento inueniuntur singularia: que de nullo subiecto dicitur. tales inquam minores propositiones non fiunt nobis note per argumentationem probatiuam: sed per solam experientiã sensitiuam: cum sint propositiones singulares.et ita simul tempore cognoscũtur cum suis conclusionibus: que etiam sunt singulares. Secus autem quãdo minor propositio sillogismi demonstratiui non fuerit singularis: nec minor extremitas terminus indiuiduus: sed potius terminus cõmunis: quia tunc sepi⁹ minor illa propositio indiget probari ꝑ aliam demonstrationem priorem: tunc enim minor propositio non simul tempore

pore cognoscitur cum conclusione. quare nimirũ Aristoteles in hoc loco caute posuit exemplũ in demõstratione cuius minor propositio est singularis: scilicet hic q̃ est insemicirculo triãgul⁹ est. ¶ Cũ ergo hoc expresse dicat Aristoteles in hac litera: miror quam segnes ꝛ somnolenti fuerint cõmunes expositores: qui ex hoc loco elicere volunt vniuersalẽ hanc regulã: quod in omni sillogismo ꝓbatiuo cognitis maiori ꝛ minori cũ bonitate consequentie simul tẽpore cognoscitur conclusio. cũ ipse expresse dicat quod hoc non est verũ in omnibus: sed solũ in quibusdã: scilicet in illis vbi minor extremitas est terminus singularis: sic quod veritas minoris premisse clarissime constet experientia sensus ꝛ non indigeat vlteriori probatione per argumentationẽ. qua si indigeret: proculdubio subsumpta minori cũ maiori: adhuc non sciretur conclusio: nondum probata minori. Hic ergo est primus sensus huius clausule in quo etiã Nominales cũ realibus cõcordant. nã illi ab istis multa acceperunt ꝛ supponentes ea nõ amplius examinauerũt.

Arguit iperitia alioꝝ.

¶ Aliũ tamen sensum huius loci (quẽ ꝛ veriorem credo) exposuit Jacob⁹ Faber Stapulensis insequens themistiũ ꝛ alios cõmentatores grecos. Et primo dicit quod hic Aristotelis non intendit cõparare noticias premissarũ ad noticiam conclusionis: scilicet penes prioritatem aut simultatẽ cognitionis earum cũ conclusione: sed quod prelibatis precognitionibus demonstratiuis atq; eis per diffinitiones et diuisiones declaratis: vult hic Aristoteles ipsum quia est propositionum vlterius diuidere/ac varium ostendere maioris declarationis gratia. et hoc in omnibus propositionibus siue sint premisse siue cõclusiones. Est ergo diuisio propositionũ quam facit Aristotelis in hoc loco trimẽbris. ad huncsensum. quedã enim sunt propositiones quas cognoscim⁹ esse veras eo q̄ prius eas didiscim⁹. Alie sunt quas simul cognoscimus esse veras et discimus eas. Alie demũ sunt propositiões quas ꝛ si cognoscimus esse veras: tamẽ eas nondũ didiscimus: sed postea discemus eas. hoc est ergo q̄ ait. est autẽ. i. contingit cognoscere propositionũ veritatem varijs modis. alia quidẽ. i. quedã prius cognoscentẽ: scilicet quia pri⁹ ea didiscit. quorundã autẽ aliorũ est. i. contingit simul accipere noticiã. i. discere et cognoscere ea esse vera. vt sunt ea quecunq; contingunt esse accepta sub vniuersalibus principijs quorũ iam prius habent cognitionẽ. de tertio mẽbro postea dicemus. Huic etiã sensui conuenit exemplũ de tirangulo. nam istã propositionẽ maiorẽ: omnis triangulus habet tres angulos equales duobus rectis: ideo cognoscimus esse verã: quia prius didiscimus eam per demõstrationẽ nobis factam: ideo ait. presciuit idest pri⁹ eam didiscit quam cognosceret esse veram. sed minorẽ illam: hic qui est descriptus insemicirculo triãgulus est: scim⁹ esse verã: non quia prius didiscim⁹ eam per demonstrationẽ nobis factam: sed nunc primũ addiscim⁹ eam per sensum ꝛ experientiã. ideo ait q̄ homo simul inducẽs. i. faciens experientiã sensitiuã ad addiscendũ eam cognoscit eam esse verã: ꝛ nõ prius eã didiscit quã sciat esse verã sed simul vtrũq; fit. At conclusionẽ illã: hic qui est insemicirculo habet tres angulos equales duobus rectis: pri⁹ cognoscim⁹ esse verã aliquo modo. et postea discimus eam alio modo. Non eñ est possibile eandẽ propositionẽ pri⁹ scire ꝛ post modũ addiscere eo modo quo erat scita pri⁹. nã addiscere est sciẽtiã ab alio accipere de nouo: scire autẽ siue cognoscere cõmune est ad oẽs istas ꝓpositiones/siue eas prius didiscerim⁹/siue nũc primũ eas discam⁹ ꝛ cognoscam⁹ esse veras/siue demũ postea eas discituri sim⁹ sed iã eas aliquo modo cognoscim⁹. prima duo esse possibilia nullus ambigit. s. q̄ sciat homo q̃ pri⁹ didiscit: ꝛ q̄ simul discat ꝛ sciat aliq̄d. sed tertiũ

Ali⁹ sẽsus verior.

esse possibile declaramus: si eiusdē propositionis duplicē esse cognitionē supposuerimus: alterā propriā ꝛ distinctā: alteram cōmunem ꝛ confusam. cognoscere ergo ad vtrāq; cognitionē cōmune est: discere vero est solam propriā ꝛ distinctā cognitionē de nouo accipere ab alio. possibile autē est q̄d prius confuse sciuimus: postea discere propria ꝛ distincta noticia. et ita quod prius vno modo sciuimus postea discim⁹ alio modo. Erit ergo sensus Aristotelis in hoc loco: q̄d in sillogismo demōstratiuo maiorem propositionē ideo scimus esse verā: quia prius eam didiscim⁹/ siue per demonstrationē / siue alio modo. minorē vero premissam si sit ꝓpositio singularis simul addiscim⁹ ꝛ scimus eam esse verā: scilicet per sensum et experientiā: quā vocat inductionē. sed conclusionē sillogismi quecūq; illa sit. i. siue sit ꝓpositio singularis/ siue non: prius scimus cōfuse in maiori ꝓpositione: sed postea discimus eam distincte ꝛ in propria forma et hoc magis declarabūt sequētia.

¶ Tertia pars prohemii refellit errores.

¶ Ante aūt quā sit inducere &c. Redeūtes ad materiā prime ꝑtis (quoniā secūda pars de precognitionib⁹ tota fuit incidētalis) excludam⁹ duos errores cōtrarios intētioni nr̄e in eo ꝓposite: qua probauim⁹ doctrinā logicā de argumētatione sciētifica: q̄ ꝛ demōstratio dicit̄: esse necessariā. quoniā ad habēdā scientiā de nouo demōstratio erat necessaria. ideo propositū nr̄m erat in hoc opere vt d̄ demōstratione disciplinā traderem⁹. quare hui⁹ nr̄e intētionis fundamentū erat q̄d possibile est nos aliq̄d scire de nouo. Cōtra hoc fundamētū narrātur duo antiquorū errores. Prim⁹ fuit Achademicoꝝ dicentiū nō esse possibile nos aliq̄d scire p̄ inuestigationē rationis humane. i. q̄d nō est possibile ꝓpositionē nobis pri⁹ ignotā: per aliq̄ rationē siue argumētationē fieri nobis notā. noticia scꝫ certa ꝛ euidēti. Secundus fuit error Stoicorū. qui et si cōcederent nos posse aliq̄d scire per inuestigationē humane rationis: tamē negabāt nos posse aliq̄d scire de nouo: immo dicebant q̄d omne nostrū scire esset reminisci eorū q̄ prius sciueram⁹. Primū errorē tenuit Eraclitus ponēs omnia entia esse incōtinuo fluxu: sic q̄d nihil certum ꝛ stabile sit in mūdo de quo possit esse certa scientia: ꝛ ita negauit illud primū principiū certissimū: quodlibet est/ vel non est. vt narrat Aristo. in. iiij. libro sue methaphisice / vbi arguit cōtra illū errorē. Secundū errorē posuit Plato dicens humanas animas esse substantias spirituales (quales sunt āgeli) ab eterno creatas a p̄mo principe vniuersi plenas quidē oīb⁹ sciētijs ꝛ virtutib⁹. sed postea facto prelio inter illas substantias spirituales: victrices quidē māserunt in celo: victe autē eiecte de celo intrarunt corpora q̄ assumpserūt / et sic facti sunt hoīes. Alij dicunt q̄d anime humane non vi eiecte de celo: sed pellecte desiderio fluentis silue. i. materie corporalis conspiciēde venerūt ad corpora assumēda. quare ex illa vnione ꝓpter corporū terrestreitatem dicūt animas quodāmodo obcecatas ꝛ oblitas fuisse omniū ꝛ scientiarū ꝛ virtutū. ad reminiscentiā ergo oblitorū dicunt isti necessariū esse hominib⁹ exercitiū ac studiū in literis ꝛ moribus. et ita dicebāt nos nihil discere de nouo: sed omne nostrū discere esse reminisci. Huic phātasie videtur alludere illud sapiē. 9. Corpus q̄d corrūpitur aggrauat animā: ꝛ deprimit sensum hominis terrena īhabitatio ꝛc. Hos ꝗ̄ duos errores et manifestarios omniū disciplinarū lapsus retūdere volens Aristot. in hoc suo ꝓhemio (quo doctrinā d̄ demōstratione nobis pollicetur) et statim a principio oppositas veritates insinuare volens dixit. oīs doctrina et disciplina intellectiua ex preexistēti fit cognitione. vocabulis enim doctri

ne et discipline noticiam intellectiuam acquisitam denotat: que scilicet ab aliquo docente producatur in discipulo suscipiēte: possibile ergo supponit scientiā per argumentationē humanam acquiri contra primū errorē. Per hoc vero quod addidit ex preexistēti fit cognitione.i.generatur de nouo et prius nō erat: innuit qd possibile est nos aliquid scire de nouo: contra secundū errorem.quare doctrina de demōstratione.i.argumētatione faciente scire de nouo: est possibilis/nec frustratoria/et inanis: sed potius est vtilis et necessaria hominibus. In hac vero tertia parte iam directe procedit ad destruendos predictos errores.et in primis premittit quandā generalem propositionē dicens. ante autē quam sit.i. contingat inducere.idest inferre conclusionē ex premissis: aut pro idest accipere sillogismū probatiuū eius: dicendum idest concedēdum est nos quodā quidē modo fortasse scire conclusionē illam: modo autem alio non scire eam. Sensus est qd conclusionem antequā per demonstrationē probetur scientifice: aliquo modo cognoscimus eam esse veram: et alio modo eam nescimus/sed ignoramus/ et indigemus eam addiscere.et sic patet tertium genus propositionum: scz q̄ prius aliquo modo sciuntur et postea alio modo discitur. Et declarās istos duos modos subdit. qd enim nesciuit homo si est simpliciter. i. perfecte et integre: hoc idē quodāmodo sciuit. i. imperfecte et cōfuse. et quia istud scire est diminutū/et secūdū quid/et non simpliciter: propterea addidit fortasse.quia qd illo modo scimus: fortasse scimus et non absolute ac plene. Addit exemplū geometricum. vt quod duos rectos in ualore habet suple triangulus: simpliciter verum est.sed ante demonstrationē manifestū est/quidē quod sic.i. quodāmodo et imperfecte scit hoc geometrie discipulus: quoniā vniuersaliter idest confuse et in genere.simpliciter autem idest perfecte nescit quousqꝫ perfecta fuerit demōstratio. ¶ Aduertat nouicius quod hoc exemplū non est idem cum alio priori qd positū est in secunda parte huius prohemij: sed est hoc exemplū de maiori premissa illius sillogismi. de qua dixerat secundū veriorē sensum qd discitur prius quā sciatur esse vera: scilicet hec propositio.omnis triāgulus habet tres angulos equales duobus rectis. discitur quidē per demonstrationē factam ad eam probandā.nunc ait. quod anteqrā probetur hec propositio per demonstrationem vt esset conclusio: scitur quodāmodo. idest confuse et in vniuersali. Vult ergo dicere Aristoteles (dimisso hoc exēplo) quod in omni demōstratione cuiuscūqꝫ scientie: conclusio eius antequā perficiatur demonstratio aliquo modo est scita a discipulo: scilicet in maiori premissa. nam cognitio maioris propria et perfecta: est cognitio conclusionis confusa et imperfecta. vt qui scit perfecte qd omne animal est sensitiuū: scit quodāmodo licet nō perfecte qd homo est sensitiuus.scietur autē cōclusio simpliciter et perfecte quādo erit facta demōstratio: qua premisse vniuersales applicātur cōclusioni speciali. nā tūc nō solū cōfuse scietur cōclusio: sed etiā specifice et distincte ac in propria forma. Valet autē huius propositionis prelibatio mirū in modū ad destruendos duos errores supradictos. ideo ad hoc explicandum subdit Aristoteles.

¶ Si vero nō: Mēnonis accidit ambiguitas: ad cuius litere intelligentiam oportet supponere qd Mēnon erat quidā liber Platonis in quo ipse disputat de virtute. et procedit per dialogū. et dr ille liber Mēnon a quodā Platonis discipulo illo noīe nūcupato: q̄ et in dialogo illo introducit vt interrogāe Socratē magnū illū phm: q̄ olim fuerat preceptor Platōis. Cōsueuit enī Plato libros suos d diuersis materijs tā phisicis tā et moralibus p dialogū ordinare. et in illis dialogis semp itroducit Socra

tem preceptorem suũ (quãuis iam defunctũ) vt determinatorem ac diffinitorē omniũ questionũ. In illo ergo Mennone Plato introducit quendã achademicorũ Aristippi/ Gorgie discipulũ volentem probare nos nihil posse penit9 scire per inuestigationem humane rationis. et hũc vocat Mēnonem: qui proponens disputationem coram Socrate hanc format rationē ad suũ propositũ. Quo enim tramite (inquit Mēnõ) inuestigabis/o Socrates id quod omnino ignoras quid sit? Et quomodo illud inquires? aut etiam si in illud incideris: quonam signo illud esse cognosces? quasi dicat videtur impossibile vt discas illud quod penitus ignoras. nã ille qui quod nescit inuestigat: non nouit q̃d querat: quare neq; si inuenerit: illud agnoscit. nõ est ergo possibile per inuestigationē rationis nos aliquid scire quod prius nesciebam9. Ad hanc rationē respondens Socrates ait. intelligo quid vellis/o Mēnon: scilicet probare quod homo/neq; qđ scit / neq; quod ignorat inuestigare valeat. nam si illud scit: nulla inuestigatione op9 est. si ignorat illud: nesciet inquirere: et si inq̃rat: nesciet inuenire. hoc autē consequens cum falsum sit: oportet dicere quod tua hac ratione cõcludatur necessario: nihil nos posse inuestigando discere nisi ea que ante sciuimus. qđ Stoici asseuerãt. Ex hac ergo responsione patet qđ Socrates a Platone introductus velit rationē Mēnonis ad hoc deducere: vt homo non possit aliquid discere de nouo a suis preceptoribus: nisi qđ prius sciuerat. quãuis Mēnon illa ratione hoc intenderet: vt secundũ Achademicos concluderet nos nihil penitus posse scire p inuestigationē ratiõis: itaq; nihil nos posse discere. Hac igitur supposita historia dicam9 quod Aristoteles in hac litera agens contra predictos errores: vult probare suam propositionem ratione ad impossibile. ideo ait. Si vero non: sit simple verum quod diximus: scilicet quod conclusio antequam per demõnstrationem probetur aliquo modo scitur et aliquo modo non scitur: si hoc inquã non concedatur nobis: Mēnonis accidet. idest seq̃tur ambiguitas. idest difficultas argumenti Mēnonis prelibati: que cocgit Socratē introductum a Platone concedere: quod aut nihil discere potest homo: aut quod solũ discit id quod prius nouit: et ita quod omne nostrũ discere est reminisci. Quod autem hoc incõmodũ sequatur ex contradictorio nostre propositionis: probatur exemplo ipsius Mēnonis de seruo fugitiuo quē dominus nunquã nouit. Si enim conclusio ante demonstrationem omnino est ignota homini volenti eã discere: nulla patet ei via qua possit eam inuestigare: aut si inuestigauerit: qua possit eam inuestigatã agnoscere. quemadmodũ et domin9 seruũ nunquã a se visum et penitus ignotũ nullo pacto posset inuestigare: aut inuestigatum etiam si sibi occurret: non agnosceret: quia nulla haberet indicia ad eum cognoscendum. Si autem eadem conclusio esset perfecte scita ab homine: et vellet eam per demonstrationem inuestigare: palam fit quod per illam demõstrationem disceret homo id quod prius sciuit: et suum discere nihil aliud esset quam reminisci. Ergo nisi teneatur hec nostra via media: scilicet quod illa conclusio ante demõstrationem aliquo modo ē scita/et aliquo modo ignorata a discipulo: non esset possibile euadere quin incideremus aut in caribdim aut in scillam. idest alterũ in predictorũ errorum. puta vel quod simpliciter impossibile sit nos aliquid addiscere per demonstrationem: vel quod non esset possibile nos addiscere nisi id quod prius sciebamus. tenendo autem istam viam mediam inter pericula tutissime nauigauimus: dicentes et quod possibile est nos aliquid addiscere de nouo: et quod non discimus id quod prius sciuimus sed aliquid aliud. Propte

rea ergo bene dixit Aristoteles: si vero nõ sit verum quod diximus: Mēnonis accidet ambiguitas.i. ratio q̄ fecit Pla tonem ambigere ꝛ incidere in illā disiū ctiuā falsā: cõcludet necessario. Seqt.

¶ Non em̄ sicut qdā arbitrātur soluere ꝛc. introducit quorūdā peripate ticorū sui tēporis solutionem ad ratio= nem Mēnonis. Et reprehēdit eam tan quam insufficientem. hi enim tenentes cum Aristotele illam disiunctiuam esse falsam: ꝛ conantes respondere ad ratio nem Mēnonis: dicebant vnum valde ri diculum. nam argumentum Mēnonis per vnum aliud simile recitantes dice= bant. si quis quereret a te nunquid no= sti omnē dualitatem esse parem nume rum aut non? Et si respondens conce= deret se scire hanc vniuersalem proposi tionem: tunc arguens ferebat instantiā: scilicet dualitatem absconditam in ma nu sua quam respondens nunquam vi derat: ꝛ inde inferebat qd vel ipse res= pondens non sciebat illam vniuersalē quod omnis dualitas sit numerus par antequam hec sibi ostēderetur: vel qd sciebat hanc dualitatem absconditam esse numerum parem. quare sequitur quod formata hac ratione: omnis duali tas est numerus par: illa abscõdita est dualitas: ergo illa est numerus par: dis cipulus sciēs maiorem esse veram vel nihil adiscit de veritate cõclusionis: vel quod discit/id quod prius sciuit. hoc ar gumentum isti dicebant esse per simile argumento mēnonis ꝛ vtriusq̄ eādem esse solutionem. Ergo respōdentes ad hāc rationem de dualitate dicebant se respondisse ad argumentum mēnonis. Primo itaq̄ in litera ponitur argumē tum. ibi.

¶ Nunquid sciuit discipulus an te demōstrationem: dualitatem omnē quoniam par est aut non? Dicente au tem idest concedente eo (cui hec que= stio proponebatur) partē affirmatiuā: quādam attulerunt dualitatem in ma= nu absconditam: quam discipulus non opinatus est esse. idest nō sciebat eam esse: quia nunquam viderat eam. ergo vel nō sciebat omnem dualitatem esse parem: vel sciebat dualitatem abscon= ditam esse parem. quare facta demon= stratione vnitatis abscondite/vel disci= pulus eam non scit esse parem/vel dis= cit quod prius sciebat. Deinde ponitur istorum solutio ridiculosa. ibi.

¶ Soluunt dicentes discipulum non cognoscere simpliciter omnem du alitatem esse parem: sed solum omnē illam quam scit quod dualitas sit. stat ergo istorum solutio ad hoc argumen= tum in hoc: quod ante demonstrationē discipulus non habet scientiam de illa vniuersali omnis dualitas est par: sed de ista. omnis dualitas scita esse duali= tas est scita numerus par. Eodem mo do respōderent ad questionem geome tricam. vtrum discipulus sciat omnem triangulum habere tres angulos equa les duobus rectis. ꝛ dicerēt quod non: sed solum de eo quem scit esse triangu= lum ꝛc. Hanc istorū ridiculam respōsio nem reprehendit Aristoteles dupliciter. primo ex parte conclusionis demō strande. ibi.

¶ Et sciūt quidem: hoc modo: quia conclusio illata in illa demonstra tione arithmetica/vel geometrica non formatur restricte cum illa limitatiōe: quam scit esse dualitatem vel triangu= lum: sed simpliciter de dualitate vel tri angulo sine limitatione. ideo solutio il la est ficta/ꝛ non consona vsui scientia= rum. ideo ait/ꝛ sciunt quidem discipu li in mathematicis illud. i. illam conclu sionem cuius demōstrationem accepe runt. acceperunt autem a preceptori= bus conclusionem nō restrictam de eo quem vtiq̄ sciuit discipulus quod trian gulus aut numerus sit: sed simpliciter. i. vniuersaliter ꝛ sine restrictione de om= ni numero pari/ꝛ de omni triangulo. Ergo limitatio vel restrictio maioris

propositionis quã isti ponebant impertinẽs est ad cõclusionẽ: que ponitur vniuersalis ⁊ non restricta. ¶ Simpliciter in hoc loco potest exponi vniuersaliter: sed magis ad propositum est vt exponatur. idest sine addito: eo modo quo in thopicis totum in modo dicitur dictũ simpliciter vt homo. et pars in modo est idem dictũ cum addito/ vt homo albus. et hoc additũ semper est restringens terminum cui additur: sed si non distrahat vel diminuat significationem termini cui additur: dicitur pars in modo. si aũt distrahat vel diminuat: dicitur dictũ secũdũ qd/ vt homo pict⁹/ mortu⁹ ⁊c̃. Et sic ponit̃ in Elẽchis fallacia a dicto simpliciter ad dictũ secundũ qd: ita in ꝓposito hec ꝓpositio tu scis oẽm dualitatẽ esse parẽ: est dictũ simpliciter sed hec. tu scis omnẽ dualitatẽ (q̃ nosti esse dualitatem) esse parem: est pars in modo/ vel potius dictum secũdũ quid/ vel dictum cum restrictione. similiter de triangulo simpliciter vel de triangulo quẽ nosti esse triangulum. Est ergo prima ratio Aristotelis: quod predicte scientie mathematice non probant suas conclusiones cum illa restrictione / sed dictas simpliciter: ergo maior sillogismi que sumitur ad probandam conclusionem simpliciter non est sumenda cum restrictione illa quam isti ponebant: sed est simpliciter accipienda. ¶ Secũdo eandẽ solutionẽ aliorũ reprobat Aristo. ibi.

¶ Neq̧ vna propositio: ex pte premissarum demonstrationis. in quibus nulla talis additio restringens ponitur apud arithmeticos aut geometricos. Sed simpliciter ⁊ vniuersaliter premisse ille ꝓponũtur. ideo ait. neq̧ vna. i. nulla propositio accipitur a mathematicis vt premissa demonstrationis huius modi. i. sic restricta cũ illa limitatione: quem tu nosti numerũ: scilicet binariũ: aut qđ nosti rectilineum. i. rectilineam figurã q̃ dicitur triãgulus: sed accipitur simpliciter de omni. i. vniuersalis ⁊ sine addito restringente. ergo neq̧ cõclusio erit cum restrictione accipiẽda: sed simpliciter ⁊ de omni. infirma ergo ⁊ ridicula erat responsio illorũ ad rationẽ Mẽnonis. nã eam tã Stoici q̃ Achademici riderent ac nihili facerent. Unde querẽda est alia solutio. vera ac seriosa ad ambiguitate Mẽnonis: ⁊ nulla verior aut securior esse potest: quam concedendo vniuersalẽ regulam quam premisim⁹: scilicet qđ conclusio demõstrationis antequam probetur: aliquo modo est cognita ⁊ alio modo est ignota atq̧ discenda per demõstrationẽ. ¶ Et si ad argumentum de dualitate abscondita seriose velimus respondere: dicemus quod illa propositio. tu scis omnẽ dualitatem esse parem: cũ sit modalis: est distinguẽda penes sensum compositũ et sensum diuisum. si enim sit composita est vera. quia sensus est. tu scis hãc propositionẽ esse verã: oĩs dualitas est par numerus. et in ista vniuersali scis cõfuse dualitatẽ abscõditã esse parẽ. Si autem sit propositio diuisa est falsa: nam sensus esset. de qualibet dualitate mũdi tu scis in particulari qđ est numerus par. hoc autem nõ est verum de omnibus. quia dualitates absconditas / neq̧ scit esse/ neq̧ pares esse: nõ ergo opus erat illã vniuersalem restringere addendo: quã tu scis esse dualitatẽ: qa per hoc non soluitur nodus difficultatis argumẽti Mẽnonis. Cõcessa ergo illa vniuersali in sensu composito: cũ infertur ergo scis dualitatẽ absconditam esse parem: conceditur consequens de noticia confusa: sed quando postea reuelatur ⁊ ostenditur illa dualitas: cognoscitur de nouo noticia distincta et ꝓpria. Et ita nõ seq̃tur aliqua pars illi⁹ disiũctiue. s. vel qđ nihil homo discat: vel qđ solũ discit qđ pri⁹ sciuit. p illã eñ ostensionẽ dualitatis didiscit homo. i. acq̃siuit noticiã propriã ⁊ distinctã illi⁹ dualitatis quã prius non habebat sed solam confusam et cõmunem. Posset alio modo responderi ad hoc argumentum. cum arguitur

concessa illa vniuersali insensu composito vero: tu scis omnem dualitatẽ esse parem: ergo tu scis hanc dualitatem absconditam esse parem: quia hec abscondita est dualitas. Dico quod illa consequentia non est valida. quia ad antecedens de scio non sequitur consequens de scio: quia variatur appellatio rationis. vt non sequitur. tu scis hunc esse hominem: ergo scis ipsum esse animal. quamuis omnis homo sit animal. nam antecedens potest esse verum sine consequente vt alias visum est. Tandem vero Aristoteles dimissa illorum friuola responsione ad rationem Mẽnonis: vult ipse soluere illã ambiguitatem ex sua propositione premissa. ideo subdit.

¶ Sed nihil (vt opinor) prohibet. i. nullũ est incõueniens dicere qm̃ est. i. cõtingit hoĩem qḋ addiscit scire sic. i. vno modo. est autẽ. i. cõtingit ignorare sic. i. alio modo. Incõueniens cũ nõ est si scit homo quodammodo qḋ addiscit alio modo. sed esset incõueniens: si hoc eodẽ modo sciret homo prius aliqḋ: in quãtũ. i. quomodo addiscit illud postea. Est ergo resolutio clarissima Arist. ad ambiguitatẽ Mẽnonis. qḋ ponẽdo eiusdem propositionis duas noticias alterã cõmunẽ ꝛ confusam: alterã propriã ꝛ distinctam: et qḋ conclusio demonstrationis antequam probetur cognoscitur cõmuniter et cõfuse in suo principio: ignoratur autẽ distincte et proprie in seipsa. sed facta demonstratione probante eadem conclusio de nouo addiscitur quãtum ad noticiam distinctam et propriã ꝛ non quantum ad cõmunem et confusam. idest addiscitur eo modo quo ignorabatur / et non eo modo quo sciebatur. et sic facile soluitur circꝰ hue ambiguitas Platonis in Mẽnone. quia ex illa ratione non sequitur / quod nihil possimus scire: neq; sequitur quod discamꝰ quod prius sciuimus. quia de conclusione prius cognita aliquo modo: acquirimus nouam noticiã alio modo per demonstrationem: scilicet ex preexistenti illa cognitione. ¶ Ad maiorẽ autẽ huius veritatis manifestationem adducit Stapulensis valde accõmodam similitudinem de visu corporeo et rebus ab eo visibilibus. Sane quidem tota ratio videndi oculo est lumen corporeum: ad quod intrans per fenestras domus: aperientes oculos eleuatis ciliis attendimus: ꝛ sic lumẽ per seipsum videmꝰ. deinde in lumine omnes rerum colores atq; figuras videmus atq; perspicimus. Est igitur intellectꝰ noster vt oculus anime. prima principia scientiarum perse nota intellectui sunt vt lumen. ideo dici solent publica lumina intellectus. terminorum cognitio quid est: veluti fenestrarum apertio est. mentis attentio ad principia illa est quasi oculorum apertio / ciliorum eleuatio / et eorum ad lumen conuersio. in quo lumine spirituali aliarum rerum idest cõclusionum colores ꝛ figure proprie cognoscitur ab intellectu: scilicet infusione luminis super eas. idest applicatione vniuersalium principiorum ad singulas cõclusiones per demonstrationem. Sicut igitur colores omnes ꝛ figure rerum visibilium in lumine cognoscuntur quodammodo antequam proprie ꝛ distincte in seipsis videantur: ita etiam conclusiones scientiarum in principiis cognoscuntur quodãmodo antequam demonstrentur: scilicet cõmuniter ꝛ confuse. sed postea per demonstrationes applicatur eis lumẽ principiorũ: quo sup eas infuso distincte ꝛ proprie cognoscũtur. Et sic patet: qḋ conclusio demõstrãda antequã probetur aliquo modo cognoscitur. s. ↄfuse in p̃ncipiis: sed postea applicata d̃mõstratione nouo quoddã alio modo addiscit atq; cognoscitur. s. ꝓpria ꝛ distincta noticia: qualis priꝰ de ea nõ habebat. ꝛ ita illo modo cõclusio ignorabat nũc v̾o addiscit. q̃re falsum est qḋ nr̃m adiscere nõ sit nisi reminisci eorũ que priꝰ sciebamꝰ. si quidẽ noticia cõclusiõis quã ꝑ demõstrationẽ addisci Jacobꝰ fab.

mus esset quedam alia ad istã previa: et sine qua preexistēte istam nouam noticiam nullatenus acquirere potuissemus. Et hinc elucet nobis alius certior sensus prime propositionis huius prologi: scilicet quod omnis noticia intellectiua alicuius rei que de nouo fit in nobis: fit ex alia preexistente cognitione eiusdem vel alterius rei. Et si de noticia cōclusionis sermo fuerit: omnis noticia conclusionis de nouo acq̃sita: fit ex alia noticia eiusdem conclusionis preexistēte: scilicet in principijs. ¶ Ad exemplū vero Mēnonis seu Achademicorū de seruo fugitiuo: quem dominus eius nō cognosceret etiam sibi occurrentem &c. facilis est responsio secūdum premissa. dicimus enim q𝔡 si ille dominus serui illius nullam prorsus noticiam habuisset de illo suo seruo qui erat in suo rure: proculdubio verum est q𝔡 fugientē non agnosceret etiam si ei obuiaret. q𝔡 est dicere: si discipulus de conclusione demonstranda (que est vt seruus fugiens) nullam prorsus noticiam habuisset ante demonstrationem: nullo pacto posset eam adiscere: si quidem omnis noticia intellectiua fit ex preexistenti cognitione. Si vero domin⁹ serui fugitiui haberet aliquam vel confusam noticiā de eo: scilicet ex relatione aliorum qui eum viderunt (puta quod esset naso simus: vel quod haberet cicatricem in facie: vel q𝔡 esset claudus et pedib⁹ detortis &c.) et haberet aliquod indicium eius: quāuis nunquam prius eum vidisset in presentia: posset eum cognoscere sibi occurrentem: scilicet per signa vel indicia que prius nouerat de eo. quia ex noticia confusa serui per obuiacionē causabitur in eo noticia distincta eius quam prius non habuerat. Ad propositum vero. indicia conclusionis demōstrāde apud discipulum sunt principia ex quibus procedit demonstratio. nam in illis habetur aliqualis noticia cōclusionis licet imperfecta / et confusa: quando vero per demonstrationem illa principia applicantem occurrerit ei conclusio demonstranda (ac si seruus domino suo occurreret) acquiritur in eo noua noticia eius: scilicet distincta et perfecta. Ex his ergo ad argumentum Mennonis. patet responsio vera et clara sine errore. quando enim dicebat ille. quonam tramite inuestigabis tu Socrates id quod omnino ignoras / quid sit? Et quomodo illud inquires? Et quo nam signo vel indicio illud agnosces etiam si tibi occurrerit? Dico ad hoc ingenue concedendo illam propositionem: scilicet quod si nulla prorsus noticia conclusionis precesserit in discipulo ante demōstrationem: neutiquam posset eius acquirere scientiam: vti de seruo fugitiuo cuius dominus nullū habet indiciū dictum est: sed hoc suppositum falsum est. quia in discipulo querente scientiā de conclusione precesserunt indicia: scilicet ipsa principia demonstrationis: in quibus conclusio aliquo modo cognoscebatur. Quare propter hoc argumentum non debuit conuinci Plato ad cōcedendum illam disiunctiuā: scilicet vel quod omnino nihil discere possumus: vel q𝔡 discimus id quod prius sciuim⁹. nam vtraq; eius pars est falsa. de prima enim dictum est / q𝔡 non sequitur. quia precessit in nobis aliqua noticia conclusionis: scilicet in suis principijs: ex qua per demonstrationem fit in nobis alia noua noticia eiusdem cōclusionis in seipsa. De secūda vero parte etiā patet falsitas. quia noticia quam prius habebamus de conclusione: et noticia. quam postea acquirim⁹ per demōstrationem non est eadem: sed alia et differens ab ea. Et ita nō adiscimus quod prius sciebamus: neq; nostrum adiscere est reminisci. Verum est tamen q𝔡 si de obiecto noticie fieret sermo. idest de ipsa conclusione: cōcedi potest quod id quod sciebamus prius adiscimus posterius: quia eandem conclusionē quā prius sciebam⁹ confuse: adiscimus posterius distincte: nec est possibile nos

Ad rationem Mēnonis solutio.

alio modo eam a discere nisi ex eius no ticia preexistēte. sed Plato non loque batur de obiecto: sed solum de ipsa no- ticia. et sic patet ꝙ sua disiunctiua erat falsa. nec ex argumēto Menonis seque batur. immo si bene notentur eius ver ba efficaciter concludit quod de conclu sione penitus ignota. idest cuius nulla in nobis precessit noticia: per inuestiga tionem rationis non possimus acquire re scientiam. ⁊ hoc verum est: quamuis suppositum sit falsum. quia nulla est cō clusio demōstrabilis cuius non sint ali qua principia: in quibus noticia eius precedit. ¶ Ex discursu hui⁹ tertie par tis prologi istius cognoscere poterim⁹ prudentissimam Aristoteles cautelam ⁊ ingenium valde artificiosum: quia in hoc loco quemadmodū in multis alijs libris suis: sciuit inter opiniones varias ⁊ diuersas inuenire viam mediam: que eas inter se conciliat atqꝫ corrigit. ponē do enim qđ omnis noticia intellectiua fit in nobis ex alia preexistenti cognitio ne: apparet verum esse dictum Achade micorum qđ de re penitus ignota non possumus via naturali scientiam acqui rere. verum est etiam dictum stoicorū quod nihil de nouo a discim⁹ nisi quod prius sciuimus: quāuis non eodem mo do quo illud sciuim⁹. Quāuis horū di ctorum autores non ad hūc sensum ref ferrent ea: sed ad extrema vicia declina rēt. vt Achademici quod absolute nihil possumus discere. idest de nouo scire. Stoici vero quod possum⁹ quidem di scere. i. noticiā a preceptore accipe: sed non nisi eam quam prius habebamus iam nobis innatā. que sunt manifeste falsa atqꝫ inopinabilia tā apud sapiētes quad apud alios omnes. ¶ Finē itaqꝫ huic toti prohemio facientes ⁊ priscorū errores corrigentes recolligamus veri dicam Aristotelis sententiam. quod pos sibile est nos aliqđ scire de nouo. idest nouam noticiam scientificam acquire- re. quāuis illa semper fiat ex preexisten te alia cognitione. ⁊ hoc per argumen- tationem sciētificam: que dicitur demō- stratio. quare vtilis ⁊ necessaria est no- bis doctrina logica de demōstratione: ⁊ hanc profiteri intendimus in his duo bus libris posteriorum.

Prudētia a Aristo.

¶ Epilogus totius prohemii.

Prima pars.

Recolligentes in breui Paraphrasi to tam huius capitis sententiam dicam⁹. quod cum omis noticia intellectiua nō autem omnis sensitiua: que de nouo fit in nobis: fiat ex preexistenti preuiaqꝫ co gnitione: eiusdem vel alteri⁹ rei cogno scibilis (quod inductione in omnib⁹ ar tibus liberalib⁹ atqꝫ in oibus alijs sciē tijs est quam manifestissimum: siue il- le sint scientie speculatiue. et demōstra- tiue procedentes vt mathematice: aut dialectice per inductionem ⁊ sillogismū vt phisice: siue sint scientie practice pro cedentes per exempla ⁊ enthymemata vt ethice: quia omnes ille per prius no ta faciunt doctrinam eorū que docent) opus est in hoc opere: vbi logicam de- monstratiuam profiteri intendimus: in primis declarare/que/et quot sint pre- cognoscenda in demonstratione scienti fica: ⁊ que eorū precognitiones. ¶ Sūt autem demonstrationis principia ma- terialia termini et propositiones: que sunt precognoscēda. Ideo duplices pre cognitiones sunt necessarie ad faciēdā demonstrationem: scilicet precognitio quid est/⁊ precognitio ꝙa est. prior ista rum ad terminos pertinet. nam de quo libet termino demonstrationis oportet discipulum docendum precognoscere quid est quod dicitur per nomen. idest nominis impositionem siue significatio nem tam materialē que dicitur supposi tio: quam formalem que est absolutio vel cognotatio. Secūda vero precogni tio quia est: vel potius quod est: potest referri ⁊ ad terminos/⁊ ad propositio- nes. quādo refertur ad terminos de no tat qđ de quibusdā terminis nō de om- nibus in demonstratione positis preco scendū est: quod res quam termin⁹ si-

2. pars.

gnificat est vel esse potest. quod maxime verū est in demonstratione affirmatiua cuius conclusio est de tertio adiacente. sed quia est propositionum que sunt premisse demōstrationis: denotat quod de vna quaqꝫ earum oportet discipulū precognoscere qđ sit vera: immo ⁊ qđ sit in sua veritate certissima. ¶ Verūtamē in hac propositionū scientialiū precognitione que in demonstratione concurrunt: est notanda quedam differētia. nam quasdam earū opus est precognoscere esse veras: quia prius eas didiscimus per rationis inuestigationē idest vel per inductionē si sint immediate / vel ꝑ sillogismū si mediate fuerint. et iste sunt maiores premisse et nōnunꝗ minores. Alie sunt quas prius non didiscim⁹ per inuestigationem rationis: sed quam primū eas cognoscimus esse veras tunc eas addiscimus de nouo. et iste sunt quedam ex minoribus que simul ⁊ discuntur ⁊ vere esse cognoscuntur. Alie demū sunt quas discipulus: ⁊ si prius aliquo modo sciat esse veras: tamen per demōstrationem addiscit eas perfectiori modo. et iste sunt conclusiones demonstrationū. Hec tria propositionū genera declarantur in hac demōstratione. omnis triangulus habet tres angulos equales duob⁹ rectis. sed ista figura rectilinea que descripta est in semicirculo super diametrū eius: est triangulus. ergo ista habet tres angulos equales duobus rectis. maiorem enim propositionē discipulus scit esse veram: quia prius didiscit illā vel per demonstrationem / vel inductionem probatiuam eius. minorem vero propositionē: (quia est singularis ⁊ ad sensum manifesta) simul cognoscit eam esse verā et discit eam de nouo: non quidē per rationem aliquā: sed per experientiā sensus. conclusionem autem prius aliquo modo cognouit esse veram: scilicet in maiori propositione: que est vniuersalis de omni triangulo. sed quia illa cognitio conclusionis erat imperfecta / et confusa: postea per demonstrationem applicantem ei propositionem vniuersalem mediāte minori singulari nouo quodammodo addiscit illam. idest acquirit perfectiorem eius noticiā: scilicet propriam ⁊ distinctam. In omni itaqꝫ demonstratione maior prius discitur quā sciatur esse vera: conclusio econtra pri⁹ aliquo modo cognoscitur esse vera / et postea discitur vt perfectius sciatur. sed minor: si fuerit singularis ⁊ ad experiētiā cognoscibilis: simul addiscitur ⁊ scitur esse vera: nec prius / nec posterius. si autem minor sillogismi non fuerit singularis sed subiecti cōmunis: est prius addiscenda per rationē probātem sicut maior quā sciatur esse vera. ¶ Quia tamen de precognitione conclusionis multi dubitant (immo Achademici negant eam: dicentes nos per demonstrationem nihil posse discere nec scire. et similiter Stoici. dicētes nos posse quidē discere ⁊ scire / sed non de nouo: quia solum discimus qđ prius iam sciebamus perfecte ⁊ integre:) ideo nos volentes hos duos errores extirpare / ac reprobare: dicimus incūctanter qđ omnis cōclusio scientifica / ac per demonstrationem probanda est aliquo modo scita a discipulo antequā probetur per demonstrationē: est et aliquo modo ignorata. immo addimus quod nisi eadem conclusio fuerit discipulo aliquo modo cognita ante demonstrationem: non poterit eam discere per demonstrationem sibi factam a preceptore suo. hanc veritatem probamus ad impossibile sic. quia dato opposito contradictorio: scilicet quod conclusio nullo modo fuerit nota discipulo ante demonstrationem: sequetur quod verum esset Platonis dictū disiunctiuū in suo Mennone: scilicet quod per demonstrationem vel nihil penitus scire possumus: vel nihil de nouo discere possum⁹: sed tantū quod antea sciebamus. consequens est falsum et inopinabile apud omnes / tam doctos / quā indoctos. ergo et anteces- 3. pars.

dens qꝺ est oppositū dicti nrī. ꝓbatur
tñ ꝯñia. Prima eñ pars seqtur bene. si
eñ cōclusio nullo modo fuisset nota di
scipulo ante demonstratrationem: ille
nullū haberet indiciū ad eam inuesti=
gandam: quare nec posset eam inuesti
gare per aliquā ratione͂. vt patet exe͂plo
de seruo fugitiuo cuius dñs nullū ha=
bet indiciū: qa non posset cū inquirere:
immo etiā si ei obuiaret nō posset eum
agnoscere. Secūda etiā pars sequitur
manifeste. si eñ cōclusio esset discipulo
distincte et perfecte cognita ante demō
strationem: clarum est quod per demō
strationem postea sibi factam nihil de
nouo addisceret: sed tātum illud quod
prius sciebat: et sic suum addiscere ni=
hil aliud esset quam reminisci. vtrumqꝫ
autem conseque͂s est falsum et penitus
inopinabile apud om̄es homines. qua
re melius est vt teneamus nostrā pro=
positione͂ verā ⁊ indubitatā: qꝺ cōclusio
scie͂tifica ante demōstratione͂ est quodā
modo scita ⁊ quodāmodo ignorata a di
scipulo. Ex qua vlteriꝰ apparet quā fri
uola fuerit responsio quorūdā peripate
ticorū ad ratione͂ Platonis positam in
Menone. q̄ adduce͂tes exe͂plū arithme
ticū dicebant qꝺ bonꝰ arithmeticus nō
scit oe͂m dualitate͂ esse pare͂ numerū: sed
tātū eā quā scit esse dualitate͂. Et simili
ter qꝺ bonꝰ geometer non scit oe͂m triā
gulū habere tres angulos equales duo
bus rectis: sed tantum eum quem scit
esse triangulum. hoc inquam non solū
falsum / sed ⁊ ridiculum censerent om=
nes mathemathici. quia per illas duas
vniuersales propositiones ipsi dicunt se
habere scientiam de omni binario / ⁊ de
omni triangulo / siue quem viderunt / si
ue quem nondum viderūt. neqꝫ vnquā
cum illa restrictione fecerunt vllam de
monstrationem: sed simpliciter et sine
addito / tam in premissis / quam in con=
clusionibus. Et adhuc illo ridiculo isto
rum dicto admisso: per illum modum
non satisfieret argume͂to Platonis: sed
maneret insolutum. Quare meliꝰ est

vt stemus in nostra sententia premissa:
quod scilicet conclusio demonstranda
antequam demonstretur aliquo modo
est scita: ⁊ alio modo est ignota: sed per
demonstrationem scitur de nouo: illo vi
delicet modo quo prius nesciebatur. nō
enim est incōueniens id quod vno mo=
do scitur: disci alio modo. Esset autem
inconueniens si eodem modo quo ali=
quid priꝰ sciebatur: addisceretur poste
rius de nouo: vt Plato imaginabitur.
hec Aristoteles in hoc suo prohemio.

¶ Sed ad eorum clariorem intelligen
tiam: hic quedam adde͂da censuimus:
de diuersitate propositionum a nobis
scibilium: scilicet accipiendo scientiā lar
ge pro omni noticia certa propositionū.
Est enim earū duplex genus. quedam
enim sunt propositiones adeo clare et
manifeste: quod intellectus humanus
suapte natura sine inuestigatione alicu
ius rationis cognoscit eas esse veras et
assentit eis: scilicet habens se ad eas: vt
oculus corporalis ad lume͂ solis: quod
suapte natura cognoscit sine aliquo pre
uio indicio. Econtra vero alie sunt pro=
positiones adeo obscure ⁊ ignote: quas
intellectus sine inuestigatione rationis
nullo pacto posset scire esse veras et as=
sentire eis. quia indiget preuio quodā
indicio. ⁊ ad eas se habet noster intelle
ctus: vt oculus ad colores ⁊ figuras re=
rum quas sine lumine non potest vide
re. Primi iterū generis due sūt species.
quasdā eñ huiusmodi ꝓpositiones co=
gnoscimꝰ esse veras ex solo adminicu=
lo sensus exterioris. et ille sunt singula
res formate d̄ rebꝰ externis sensibilibꝰ
vt iste ignis est calefacie͂s. hic q̄ est in se
micirculo triāgulꝰ e͂ ⁊c̃. Alias vero solo
ope intellectꝰ etiā sine adminiculo sen=
sus scimꝰ esse veras. qꝛ statim cognitis
earū terius cū atte͂tiōe me͂tis sese nobis
offerūt claras et in sua veritate manife
stas. vt q̄dlibet e͂ / vel nō est. om̄e totū est
maiꝰ sua pte ⁊c̃. iste vocari sole͂t ꝓposi
tiones p se note / cōmunes animorū cō
ceptiones / dignitates / proloquia / publi

Notabile de noticia ꝓpōnū

ea lumina intellectus/ꝛ cōmunia principia omniū scientiarū. Et tam iste propositiones vniuersales quam supradicte singulares sunt principia supponenda et non probanda in omnibus scientijs: ꝛ de illis omnibus verificatur dictū Aristotelis in secūda parte huius prologi secundū veriorem sensum: quod simul discuntur ꝛ cognoscūtur vere. Secundi quoqꝫ generis propositiones etiā sunt duplices duarūqꝫ specierum. quedam enim earum sola inductione notificātur/ꝛ ꝓbantur esse vere: et sunt principia ꝓpria scientiarū singularū. vt omnis numerus est par/vel impar: a puncto ad punctum recta linea est protrahibilis. aliquid mouetur. omnia bonū appetūt ꝛc. Cum enim huiusmodi propositiones nō sint statim note ex terminis: sed sint subobscure: indiget intellect⁹ noster inuestigare earum veritates ratione aliqua: quāuis non multum difficili: quia sine sillogismo possunt satis disci ꝛ cognosci esse vere. ideo vocantur propositiones immediate in scientijs. quia sine medio sillogistico satis constat illarum veritas apud nostrum intellectū. Alie vero sunt magis obscure et latentiores propositiones: que ad hoc vt sciātur clare esse vere indigent ratione vehementiori: hoc est: sillogismo. et iste sunt conclusiones in omnibus scientijs. vt omnis numerus est medietas duorū altrinsecus circa se positorum numerorum per equales distātias ab eo. Omnis triāgulus habet tres angulos equāles duobus rectis ꝛc. Et in scientijs practicis principia propria probantur exēplo: ꝛ cōclusiones enthymemate. Et in hoc secūdo genere propositionum verificatur quod in tertia parte Aristoteles dicit: qꝺ prius sciuntur aliquo modo: et postea discuntur a nobis alio modo: qꝛ in suis principijs probatiuis aliquo modo sciuntur esse vere: scilicet confuse ꝛ imperfecte: sed postea in seipsis discuntur cognoscunturqꝫ alio modo: scilicet distincte ꝛ perfecte: scilicet per indicium principiorum rationis probatiue. Ad hoc propositum facere potest quod idē Aristoteles in fine secundi libri priorū in cap. ꝺ enthymemate dicit: qꝺ icos est propositio probabilis: sed signū est propositio demōstratiua. idest premissa demōstrationis. que ideo dicitur signum/ quia est indicium quo potest cognosci conclusio perfecte ꝛ distincte. ¶ Ex dictis etiam patere potest quomodo ille due analogie ex reb⁹ corporeis accepte certificant nos in hac Aristotelis doctrina. quarum altera erat ꝺ oculo/ꝛ lumine/atqꝫ coloribus figurisqꝫ. altera de domino/ꝛ seruo fugiente: sed per indiciū precedens cognito a suo domino. imo ille due analogie in vnam mixtā ex eis reduci possunt. Nā oculus est vt dominus: colores ꝛ figure rerū: vt serui fugiētes: lumen est indiciū ad seruos cognoscendos quando occurrerint. Eodē modo in spiritualib⁹: intellectus noster est/ vt oculus et vt dominus. conclusiones scientiarum vt colores seu figure/ et vt serui fugientes: principia pse nota sunt vt lumen: et principia demonstrationis subobscura vt indicia ꝛc. Demum elicimus ex toto prohemio: qꝺ quāuis omnis noticia intellectiua/ nō omnis sensitiua de nouo fiat ex alia preuia cognitione: similiter ꝛ omnis noticia intellectiua adhesiua fiat ex preexistēte intellectiua apprehensiua: tamē non omnis noticia complexa adhesiua fit ex alia preuia cōplexa adhesiua: vt patet in propositionibus primi generis: que non fiunt ex alijs prioribus propositionib⁹: sed hoc solum est verum in propositionibus secundi generis. Et in eis noticia adhesiua cōclusionis que de nouo acquiritur: non fit ex preexistenti cognitione alterius propositionis: nisi quaten⁹ illa cognitio est etiam cognitio eiusdem cōclusionis. Quare prima huius prohemij Aristotelici prelocutio: quod omnis noticia intellectiua de nouo acq̄sita in nobis fit ex alia preexistenti cognitione: si specialiter ad conclusiones scientiales

Due analogie in corporalib⁹.

contrahatur: est intelligenda de preuia cognitione eiusdẽ rei: nec sufficeret preexistens cognitio alterius: nisi eadem etiam esset cognitio istius: scilicet conclusionis de nouo sciẽde. hic eñ est precipuus Arist. scopus in hoc prohemio: quo antiquoꝝ errores retũdere voluit.

Questiones idonee circa hoc prohemium.

¶ Habita ex predicto cõmentario certa et clara intelligentia huius prologi Aristotelis: videre poterit quilibet sensatus quam apte/vel quam inepte questiones disputentur hic a plerisq; sciolis. Et in primis questio illa aqua omnes fere incipiunt: videtur nimis frigida ꝛ insulsa. V. rũ oñis doctrina ꝛ omnis disciplina fiat ex preexistenti cognitione ꝛc. Nam principia scientiarũ cum fuerint bene dclarata ꝛ sane intellecta: sunt supponenda/ꝛ non dubitãda/neq; argumentis impetenda. hec autem propositio: oñis doctrina ꝛ omnis disciplina ꝛc. est primũ principium artis demõstratiue: cuius signũ est quia Aristoteles non sillogismo/sed sola inductione eam declarauit ꝛ verissimam ostendit. Potius ergo esset inquirẽda hui⁹ theorematis recta ꝛ sana intelligentia: quã eius veritas dubitanda. et hoc munus cõmentatoris plani est: nõ autẽ questionarij rigorosi. ¶ Illa deinde questio. vtrũ sint tantum due precognitiones ꝛc. etiam inepta est. nam diffinitiones ꝛ dinisiones vocabulorum in scientijs principia sunt: vnde supponenda ꝛ non dubitanda. sunt eñ precognitiones quid nominis: quod etiam in cap. sequẽti adnotabit Aristoteles: vbi distinguet hoc nomen principiũ vel propositio immediata. ¶ Tertio illa q̃stio. vtrũ in qualibet demonstratione in qualibet ve sciẽtia de subiecto eius oporteat supponi ꝛ precognosci quia est: similiter est preter literã ꝛ sensum Aristotelis vt prius notauimus: esset tamẽ aptior hec questio in secundo libro huius: vbi agetur de questionibus scibilibus. ¶ Quarto illa questio. vtrum cognitis maiore et minore simul tempore cognoscatur cõclusio ꝛc. quãuis sit preter Aristotelis literam atq; sensum: nihilomin⁹ est digna viris sapientibus: quia bonam difficultatem tangit. ¶ Quinto illa. vtrum demõstratio sit subiectũ attributionis huius doctrine posterioꝝ: potius est precognitio quam questio. vnicuiq; enim autori liberum est de quo velit tradere scientiã: ꝛ huius non est ab eo querenda ratio: sed ea supposita de alijs est inquirendũ. ¶ Sexto illa questio. vtrum possibile est nos aliquid scire de nouo: est huic prologo maxime propria ꝛ de intẽtione Aristoteles. vnde in ea essent laxanda arguti doctoris retia: ꝛ diffuse pertractanda. inquirendo radices erroris contrarij: ꝛ laborando in extirpatione earum: ꝛ in confirmatione veritatis nostre. In alijs autẽ q̃nq; supradictis q̃stionib⁹ valde succincte esset agendũ.

Diuisio horum librorum in partes suas.

¶ Expedito ꝓhemio de intẽtione autoris: aggreditur Aristo. tractatũ de disciplina demõstratiua: q̃ ꝑtit⁹ est in duos libros. Prim⁹ eoꝝ est de natura demõstrationis: ostẽdendo. s. ex quib⁹ ꝛ qualibus principijs/tam materialib⁹/quã formalibus procedat demõstratio. agit etiam de partibus/ꝛ passionibus demõstrationis/ꝛ de diuersitate demõstrationum ꝛ cõparatione earum: et demiq; de cõparatione scientiarũ inter se. et quomodo scientia differat ab opinione ꝛ ab alijs noticiarum speciebus. Secundus liber ꝑncipaliter disputat de medio demonstrationis quod est diffinitio. ꝛ qualiter sit inueniẽda/ꝛ quomodo est suo diffinito applicanda ac toti demonstrationi. et tãdem de primis principijs sciẽtiarum quemadmodũ sint notificãda.

¶ Adhuc prim⁹ liber a diuersis expositoribus diuersis modis diuiditur. sed inter alios diuidẽdi modos eligã cum

qui clarior mihi visus est. faciam enim
in toto primo libro capita viginti quinq;
cōnumerato capite precedente prohe-
miali. que brevius diuidendo in solas
decem partes distribuūtur: que ab an-
tiquis tractatus dicūtur. Prim⁹ tracta
tus fuit prohemium vnico capite tripar
tito absolutum. Secūdus tractatus. ibi.
scire autem opinamur: est de scientia
et de demonstratione in genere: habet
duo capita. Tertius tractatus ibi quo-
niam autem: agit de tribus conditioni
bus propositionis demonstratiue: que
sunt de omni / perse / et secūdum quod
ipsū. habet similiter duo capita. Quar
tus / ibi. si igitur est demonstratiua scien
tia. declarat diffinitionem materialem
demonstrationis ostēdens per quinq;
capita ex quibus & qualibus sit consti-
tuenda demonstratio. Quintus ibi dif
ficile autem: est de diuersitate principio
rum demonstrationis penes cōmune &
propriū. habet tria capita. Sextus tra-
ctat⁹ / ibi: sed quia differt & propter q̄d.
diuidit demonstrationem in species: et
comparat eas adinuicem. habet duo
capita. Septimus ibi ignorātia autem:
disputat de sillogismo deceptionis con
trario demonstrationi. habet similiter
duo capita. Octau⁹ tractatus ibi est au
tem omnis sillogismus: intendens pro
bare prima demonstrationum princi-
pia esse danda: probat non esse proces-
sum infinitum in demonstratiuis propo
sitionibus ac terminis. habet duo ma-
gna capita. Nonus tractatus ibi cum
autem sit demonstratio alia: comparat
demonstrationis / non species / sed par-
tes in modo: scilicet affirmatiuam / ne-
gatiuam / vniuersalem particularē &c.
habet tria capita. Decimus tractatus
ibi certior autē scientia: comparat scien
tias inter se. et distinguit scientiam ab
opinione & ab alijs noticiarum generi-
bus. habet similiter tria capita. Et sic
sunt in toto p̄mo libro viginti q̄nq; capi
ta: sed alijs dimissis huius secūdi capi
tis rubrica / vel sumariū huiusmodi est.

¶ Caput secundum primi libri Posteriorum in genere de clarat naturam demonstratio- nis et scientie per suas diffinitio nes duplicatas.

Scire autē opi-
namur &c. Declara
ta in prohemio in-
tentione Aristote-
lis in hoc opere su
orum posteriorū: sci
licet quod velit do-
ctrinam logicā de demonstratione (quā
summopere necessariam probauerat)
nobis tradere: hic iam aggreditur illā
doctrinā. Et procedit in ea artificio de-
monstratiuo: volo dicere quod doctrinā
de demōstratione tradit demōstratiue:
quāuis Egidi⁹ Roman⁹ debili quadā
et sophistica ratione psuasus: opposituū
teneat: dicens q̄ logicus nō potest de-
monstrare aut demōstratiue docere ali
q̄d. vnde infert q̄ logica nō est sciētia:
q̄a non est tradita demōstratiue: immo
neq; tradi potest. Ego autem dico q̄
omnes discipline sermotionales habēt
reflexionē supra seipsas: & sicut grāmati
ca cōgrue loquēs docet congruā loqu-
tionē: & similiter rethorica ornate agēs
docet ornatā cōcinnāq; orationē: ita logi
ca argumētando docet argumētationē:
& demōstrando demonstrationē: & dia
lectice arguendo tradit artē dialecticā:
quāuis nō concedā q̄ sophistice arguē
do doceat artem sophisticā. Reiecta er
go Egidij collusione dico iterū q̄ Ari
sto. in hoc opere procedit artificio demō
stratiuo: incipiendo scilicet a precogni
tionibus terminorū huius artis. quorū
precipui sunt demōstratio & scientia vel
scire. nam hoc nomē demonstratio est
subiectum attributionis in hac scien-
tia: et faciens scire est propria passio
eius / vel generans scientiam / vel cau-
sa scientie. Ad demonstrandam vero

Utrum logica possit aliq̄d demōstrare.

hanc passionem de suo subiecto: premit
tit diffinitionem demōstrationis vt me
dium sui argumēti. verum quia passio
illa est maior extremitas: de qua etiam
opus est prescire quid est sicut de sub=
iecto: ante diffinitionē demonstrationis
ponit diffinitionē scire vel scientie. Pro
batio sua vt diximus est demōstratiua
hoc modo. omnis bona argumentatio
procedens ex premissis veris/ et necessa
rijs / prioribus/notioribusq̄ cōclusione
probanda est faciens eam scire. sed om
nis demonstratio potissima procedit ex
premissis huiusmodi. ergo omnis demō
stratio potissima est argumentatio fa=
ciens scire conclusionem siue generās
scientiam cōclusionis quam probandā
assumpserat. hui⁹ sillogismi maiorem
(quia est nota ex terminis) Aristoteles
non posuit in suo textu: sed solum decla
rat terminos eius. minorē vero (in qua
predicatur diffinitio de suo diffinito) de
clarat extense per singulas particulas
eius: quia cū sit propositio immediata:
sola inductione probari potest. cōsequē
tia tandē est bona et formalis in primo
modo prime figure. quare cōclusio est
vera et euidens in sua veritate. Hec est
intentio precipua huius capituli. quod
in tres partes diuidi potest. Prima est
de diffinitionibus predictorum duorum
terminorum. In secūda/ ibi. est autem
principium. occasione accepta ex diffi=
nitione demonstrationis: declarat hoc
nomen principium scientie: diffinitio=
ne et diuisione. In tertia parte/ ibi. quo
niam autem oportet credere: compa=
rat noticiam principiorum ad noticiam
conclusionis penes dignitatem maio=
rem et minorem. ¶ Quare autem in
prima parte Aristoteles prius posue=
rit diffinitionem scientie vel scire: quam
diffinitionem demonstrationis: dicunt
quidam hoc ideo factum esse: quia de=
monstratio est quoddam instrumentū
logicum: cuius finis est scire: instrumē
tum autem omne suo fine suaq̄ opera=
tione diffiniri habet: vt Aristoteles do

Dubiū facile.

cet in sexto libro suorum Topicorum.
vnumquodq̄ inquiēs organorum pro=
pria operatione diffinitur: vt serra / se=
curis / dolabra etc. ergo quia demon=
stratio diffinienda erat per scire: scili=
cet proprio eius opere: optime Aristo
teles prius declarare voluit ipsum sci=
re: ne per ignota procederet in diffini=
tione demonstrationis. Sed ego pau=
lo superius aliam huius rei dedi ratio
nem: scilicet quia faciens scire est pas=
sio demōstrationis: et passio cum sit ma
ior extremitas: prius erat declaranda
quam subiectum quod est minor extre
mitas. precedit enī in demonstratiuo sil
logismo maior propositio: in qua poni
tur maior extremitas. ¶ Ipsius scire
duas ponit diffinitiones secundū duas
eius acceptiones. nam scire potest acci
pi stricte et propriissime: vel large et cō=
muniter. Diffinit ergo primo scire stri=
cte et proprie/ dicens.

¶ Scire autem opinamur: idest
putamus nos vnumquodq̄ simpliciter
idest perfecte et proprie loquendo de
ipso scire. non autem sophistico modo.
idest solum apparenter: quod est secun
dum accidens: idest secundum aliud
quodcunq̄ acciderit nos rei noticiam
accipere. scire inquam proprie nos cre
dimus: cum arbitramur nos cognos=
cere causam propter quam res scibilis
est: et non solum causam: sed etiam
cum arbitramur nos cognoscere quo=
niam illa causa est illius rei causa: sed
neq̄ hoc sufficit ad scire proprie dictū:
sed vlterius requiritur. quod non est
contingere: idest non est possibile hoc
quod scimus aliter se habere quam il=
lo modo quo nos illud scimus. Quia
enim immediate prius dixerat Aristo=
teles quod non est inconueniens illud
quod prius aliquo modo/imperfecte/
et secundum quid sciebamus: addisce
re de nouo simpliciter et perfecte. sub=
dit nūc qd sit hoc scire simpliciter et pfe
cte: qd de nouo acquirimus per demon

strationem. Et ad hoc denotandum ap posuit coniunctionē illam dicens: scire autem ꝛc. scilicet vt ostenderet se respōdere ad id quod immediate precesserat. Est ergo clarus sensus huius diffinitionis. quod scire aliquid simpliciter ꝛ perfecte nos arbitramur: quando rei scibilis propriam causam cognoscimꝰ: aqua res illa dependet: et scimus eam applicare ad rem scibilem: ꝛ scimus qđ impossibile est rem illam aliter se habere: quam nos eam cognoscimus se habere. nam si secūdum aliquid aliud rem illam cognoscimus quam secundum causam suam: hoc non est simpliciter scire eam: sed solum apparenter ꝛ sophistice. idest more sophisticorū: qui per quodcunqꝫ acciderit eos accipere noticiam rei putant se illam scire. verū hec particula inferius in cap̄. v. magis declarabitur/ vbi erit sermo de vniuersali ꝛ de secundū quod ipsum: cui repugnat ꝭm accidens. Adhuc clarius. scire ꝓprie ꝛ perfecte aliquid est cognoscere propriā causam eius: aqua res illa dependet in suo esse: ꝛ nō sufficit quecūqꝫ noticia illius cause: sed oportet quod cognoscatur distincte et proprie. et preter hec requiritur quod res illo modo scibilis sit penitus imutabilis: sic quod nullo modo possit aliter se habere. alias illud scire non esset certum: quare neqꝫ scire simpliciter perfectum. Aliĳ dicunt aliĳs verbis. scire vel scientia actualis est noticia euidens ꝛ certa habita de re per precedentem noticiā sue cause applicate ei in argumētatione probatiua. Resolutio ergo huius diffinitionis est: quod scire simpliciter ꝛ perfecte: est noticia rei certa et euidens: que procedit ex noticia sue cause: non quidem confusa sed distincta ꝛ propria: reiqꝫ applicata siue appropriata. Hanc diffinitionem (cum sit quid nominis ꝛ principiū supponendum) probat Aristoteles ex communi vsu loquentium/ dicens.

¶ Manifestum igitur est: scilicet quod scire sit aliquid huiusmodi. idest tale quale diximus: quia tam non scientes quam scientes opinantur scire sic se habere: scilicet causam rei cognoscere ꝛc. Quāuis in hoc iudicio sit discrimen inter scientes/ ꝛ non scientes. quia non scientes opinantur se scire: quia opinātur se causam rei cognoscere: quam tamen forte nō cognoscunt: vel si causam cognoscunt: forte non quoniam illius est causa propria. scientes autem ꝛ verā causam cognoscunt ꝛ veram scientiam habent: nec decipiuntur. Ergo ex cōmuni vsū loquentiū diffinitio scire quam dedimus constat in veritate. non enim est alius melior modus probandi diffinitiones vocabulorū quam ex cōmuni vsu loquentium. si igitur omnes qui hoc vocabulo vtunť in hac significatiōe ipsum accipiunt: certum est hanc eius diffinitionem esse bonam. Cōsonat huic diffinitioni illud quod in prohemio methaphisice dicit idem Aristoteles: scientie acquisitio est causarum inuentio. nam effectus manifestus cuius causa ignoratur causat admirationem. qui autem admiratur: ignorare videť: scilicet causam. Et subdit quod propter admirari ceperunt hoīes philosophari. i. causas rerum inquirere: scilicet ad tollendam ignorantiam et ad habēdam scientiam de rebus. ¶ Aduertendum tamen circa hāc diffinitionem: quod Aristoteles fere semper orditur a cōmunioribus: ꝛ in principio semper confuse loquitur ꝛ per vocabula valde generalia: vt postea ex illis descēdat ad magis specialia magisqꝫ distincta ꝛ clara. diffiniuit ergo scire in hoc loco per vocabula transcendentia que sunt/ res/ causa/ cognitio ꝛc. adeo vt sit hoc vnū cōmune principiū in analogia ad oēs scientias: scire est rem per causam cognoscere. nam hoc principio vtitur ipse in prohemio phisicorū/ in prohemio ꝛ in sexto methaphisicorum/ ꝛ alibi sepius. Ergo cum vocabula hec sint equiuoca: hoc principium non eodem modo est intelligendum in oībꝰ Notandum ē.

omnibus scientijs. nam in scientijs rea libus hec nomina sunt accipiēda prime intentionaliter: scilicet de re q̄ est scibi le remotissimū: et de causa eius in essen do. in scientijs vero sermotionalibus ea dem vocabula debent esse secunde im positionis vel intētionis. Erit ergo hoc principium logicū: si res accipiatur pro conclusione: que est scibile propinquū: et causa pro principio probatiuo conclu sionis: que est causa eius nō in essendo sed in cognoscēdo: sic tamē q̄d importet causam rei significate per conclusionē. et hoc modo est intelligenda in proposi to hec diffinitio scire. nam paulo inferius in hac prima parte huius capituli nomi nat Aristoteles causas cōclusionis prin cipia probatiua eius. Applicando ergo hanc diffinitionē ad nostrum propositū huiusmodi sensus elicietur. Scire pro prijssime et perfecte est cōclusionis pro bāde cognoscere principia propria: pro pter que ipsa est cognoscibilis certe et euidenter: dum modo etiam ipsa sit pro positio necessaria et immutabilis a sua veritate. que si per aliqua alia principia probaretur: non esset proprie scire nisi sophisticū. idest solum apparens et non existens. Hoc precise denotant hec Ari stotelis verba. scire autem opinamur vnūquodque simpliciter: et non sophisti co modo: quod est secūdum accidens: cū causam arbitramur cognoscere pro pter quā res est: et quoniā illius est cau sa: et non est contingere hoc aliter se ha bere. Et post probationē eius ex cōmu ni vsu loquentiū tam doctorū quam in doctorū: infert vnum correlariū de obie cto ipsius scire: q̄d dicitur scibile: dicēs.

¶ Quare id cuius simpliciter.

idest perfecte et proprie est scientia: hoc impossibile est aliter se habere. i. opor tet esse necessariū. quod si realiter intel gatur: d nulla re infra deum potest esse verū: q̄a q̄libet creatura est mutabilis et potest aliter se habere multis modis: si vocabula sint prime intentionis vel impositionis: vt pleri que intelligunt. qua re de nulla re citra deum posset haberi scientia simpliciter: nisi fingantur idee vel nature cōmunes eterne/et immuta biles: quod nō bene sonat in fide catho lica. ergo dicendum est quod in proposito li aliter se habere vel necessarium accipiatur in secunda intentione vel im positione: pro eo quod est nō posse mu tari a veritate in falsitatem. i. pro neces saria propositione. vt sit sensus correla rij. id cuius est scientia simpliciter. i. obie ctum scientie proprie et perfecte: impos sibile est aliter se habere. i. mutari a sua veritate. Sequitur autē hoc correlariū ex illa particula diffinitionis: scire sim pliciter. quod sonat scire proprie et per fecte. quod nō esset nisi res sciretur per omnimodā certitudinem. hoc esse non posset: si id cuius est scientia posset ali ter se habere. i. mutari a sua veritate. nā eo mutato et falsificato: iam eius nulla esset scientia: quia nulla vera noticia. si autem nō possit aliter se habere: eius noticia vera est certa et perfecta que di citur scientia simpliciter. vnde relinqui tur probata vltima pars diffinitionis: scilicet et non est contingere hoc aliter se habere. Sed quia posset aliquis cō tra hanc diffinitionem scire arguere di cens quod aliquādo potest causa sciri per effectum: ergo non semper scire est causam rei cognoscere: sed aliquando est cognoscere effectum cause: ad hanc tacitam obiectionem respondens Ari stoteles dicit.

¶ Si autem est alius sciendi mo dus. idest aliter quam per causam rei: posterius dicemus in hoc primo libro posteriorum: scilicet in capite decimo quarto: vbi demonstrationum species destinguemus: et inter alias ponemus de monstrationem quia ex effectu ad cau sam procedēdo. s. accipiēdo causam rea liter. vt luna eclipsatur: ergo terra est interposita inter solem et lunam. Nunc autem voluimus definire scire proprijs

hanc dictū atqꝫ pfectissimū: ⁊ hoc nō est
nisi p causā rei. Sed ꝓpter infirmiores
diffinim⁹ scire cōiter ⁊ cōfuse. vt cōphēdat
scire p causam/ ⁊ scire p effectū: hoc mō.

¶ Dicim⁹ aūt scire. i. accipere so
lem⁹ cōmuni⁹ hoc nomē scire: vt sit idē
qđ p demōstrationē intelligere. i. cogno
scere cōclusionis veritatē. siue illa proce
dat p causam siue p effectū: dū modo cō
clusio sit necessaria et imutabilis a sua
veritate/ ⁊ p demonstrationē sit ꝓbata
clarissime/ atqꝫ p omīmodā certitudinē.
sed nō omīe huiusmodi scire est pfectissi
Quatuor acceptiones scire. mū aut potissimū. ¶ Ex hac ꝗ Aristo.
distinctione apparet qđ hoc vbū scire:
qđ erat definitū pme diffinitiōis: possit
accipi multis modis. et inuenimus in
vsu sapientū quatuor ei⁹ acceptiones.
Pria. Primo cōissime: vt dicat assensum verū
cuiuscūqꝫ ꝓpositionis siue illa sit neces
saria ⁊ sciētifica: siue cōtingēs aut vulga
ris. nā oēm talē ꝓpositionē dicim⁹ nos
scire quādo cognoscim⁹ eā esse verā si
ue p certitudinē/ siue p aliquā ꝓbabili
Scda. tatē ac verisimilitudinē. Secūdo modo
min⁹ cōmuniter: vt scire dicat assensum
verū certissimū/ ⁊ sine formidine: ⁊ hoc
maxime in ꝓpositionib⁹ sciētialib⁹ q̄ sūt
necessarie: siue ille sint pncipia/ siue con
clusiones sciētiarū. et istis duob⁹ modis
Aristo. nō diffinit hic scire: siue in pma:
siue in secūda diffinitione. Nā scire pri
mo modo cōprehēdit subse verā sciētiā
⁊ opinionē. sed in hoc opere nō agit Ari
sto. de opinione/ sed solū de vera sciētia.
scire vero secūdo modo cōprehēdit sub
se intellectū principiorū ⁊ scientiā cōclu
sionū: hic autē solū intendit Aristot. de
sciētia cōclusionū/ ⁊ distinguit eā ab intel
lectu principiorū: vt palā fiet circa finē
Tertia. hui⁹ capitis. Tertio ergo modo scire ac
cipi solet specialiter pro solo assensu ve
ro ⁊ certo cōclusionū sciētialiū: siue ille
sit acq̄sitas p causam: siue per effectū. et
hoc modo est diffinitū secūde diffinitio
nis: scilicet scire est p demonstrationē. i.
certissimam probationē intelligere con
clusionē esse verā. Quarto deniqꝫ mo
do accipitur scire specialissime ⁊ stricte. Quarta.
pro solo assensu cōclusionis sciētifice ve
ro ⁊ certo acquisito per demonstratio
nem: q̄ procedit ex noticia cause ad effe
ctum manifestandū. et isto modo scire
fuit diffinitū in pma diffinitione: scilicet
scire autē opinamur ⁊c. et hoc fit notum
per illā particulā simpliciter. i. scire sim
pliciter: qđ est ꝓprie dictū ⁊ perfectissi
mū. Supradictis quatuor modis scire
corespōdent quatuor modi argumēta
tionū probatiuarū. nā primo modo cor
respōdet argumētatio ꝓbatiua in cōmu
ni. i. siue sit sillogismus siue inductio: si
ue probet certissime/ siue dialectice so
lū. Secūdo modo correspōdet argumē
tatio ꝓbans certissime: siue illa fuerit sil
logism⁹: siue inductio. Tertio modo cor
respondet nō inductio q̄ est principiorū:
sed solus sillogism⁹ demōstratiu⁹ cōclu
sionū. et hoc siue illa demōstratio ꝓce
dat a causa ad effectū: siue cōtra ab ef
fectu ad causam. Quarto modo corres
pōdet demōstratio potissima q̄ est sola
illa q̄ procedit a causa ad effectū: sic qđ
in premissis declaratur causa: quare ita
est sicut per cōclusionē significatur. Vn
de patet qđ hoc nomē demōstratio cor
respondenter ad duos vltimos modos
ipsi⁹ scire: dupliciter accipi pōt. Primo
cōmuniter. s. q̄ dicta est correspōdere ter
tio modo: ⁊ alio mō specialr siue ꝓpe. s.
correspōdēter ad q̄rtū modū ipsi⁹ scire:
⁊ vtroqꝫ istoꝝ modoꝝ Arist. diffinit de
monstrationē: primo cōiter/ scđo ꝓpe. s.
opposito ordine ad diffinitiones scire: q̄r
pma erat de scire ꝓprie: scđa de scire cō
muniter. Post diffinitionē igif scire Ari
sto. diffinit demōstrationē. et primo acci
piendo demonstrationē cōiter dicens.

¶ Demōstrationē autē dico &c.

sensus est. dico. i. diffinio demōstrationē
cōmuniter: qđ sit sillogism⁹ epistemoni
con grece. i. sciētialis vel sciētificus lati
ne. quāuis oēs codices latini in hoc lo
co sint corrupti: q̄r habeāt apodicticon

ex vicio vel interpretis vel scriptoris. apo dicticon eñ grece demōstratiu⁹ est latine. quare diffinitionis sensus esset. dmō stratio est sillogism⁹ demōstratiu⁹. et diffiniretur idē p idē. ꝫ correcta litera est. demōstrationē autē dico sillogismū epistemonicō. i. faciētē scire: vel sillogismū sciētialē. sed qa sillogism⁹ dicit sciētialis dupliciter. s. vel qa eo vtit aliqua sciētia: vel qa causat sciētiā: ideo Aristo. volēs hoc dubium declarare/ dicit.

¶ Epistemonicon dico: secūdū quē (in habēdo ipm) scim⁹. sensus est. sillogismū appello sciētificū: fm quē scimus. i. eo qd ipm habētes sciētiā acqrimus. q. d. demōstratio dr sillogism⁹ sciētific⁹ nō primo modo/ sed scdo. i. sillogism⁹ faciēs nos scire cōclusionē. s. accipiēdo scire cōiter ꝛ i tertia acceptiōe. ¶ Dei de Arist. diffinit dmōstrationē ꝓpe ꝛ stricte acceptā: q̄ correspōdeat pme diffinitioni ipsi⁹ scire ꝓpe ꝛ stricte accepti dicēs.

¶ Si igit est scire vt posuim⁹ &c. sensus ē. si diffinitio pma ipsi⁹ scire fuit bene posita/ ꝛ bene intellecta: necesse ꝙ dmōstratiua sciētia. i. demōstratio faciēs scire illo modo: aliter diffiniatur vt dicamus. qd demōstratio est sillogism⁹ ꝓcedēs ad ꝓbandā cōclusionem ex veris premissis/ ꝛ pmis/ ꝛ imediatis/ ꝛ notioribus/ ꝛ porib⁹/ causisq̧ cōclusionis. Partes singulas hui⁹ diffinitionis dclarare intēdēs: pri⁹ respondet tacite obiectioni qua posset argui hec diffinitio insufficiens ꝛ diminuta: deficit eñ illa pticula: ꝓpriis pncipiis. nā in diffinitione ipsi⁹ scire dicebat qd ad scire ꝓprie dictū reqritur qd cognoscam⁹ causam: ꝛ qm illius est causa. i. causam ꝓpriā. qd est dicere principia ꝓpria. supposuim⁹ enim qd in hoc loco causa esset accipiēda scdo intentionaliter pro premissis q̄ sunt cause cōclusionis. s. in cognoscendo. Ad hāc obiectionē respōdens Aristot. dicit.

¶ Sic eñ & propria erūt principia ꝛc. i. sic diffiniendo demonstrationē sicut nos diffinivim⁹ eam: etiā denotat qd principia demonstrationis erūt principia ꝓpria eius qd demōstratur. i. conclusiōis. q. d. ista pticula in aliis est sub intellecta. Vel potest esse sensus. sic eñ facta demōstratione. s. ex veris/ primis/ ꝛ imediatis ꝛc. principia ei⁹ erūt ꝓpria cōclusioni que demōstratur. ita qd nō sit possibile demonstrationē esse ex primis veris ꝛc. quin etiā sit ex ꝓpriis. Et ratio est qa vltima diffinitionis pticula erat: causisq̧ cōclusionis. nō possent autē premisse esse cause cōclusionis in cognoscēdo eā pfecte: nisi essent ei⁹ principia propria. nā vt infra latius ꝓbaturi sum⁹: ex cōmunib⁹ vel extraneis pncipiis nō fit sciētia conclusionis. quare nra diffinitio nō fuit diminuta: qa illa pticula ex propriis in aliis est inclusa maxime in vltima. Addit Aristoteles.

¶ Sillogism⁹ quidē erit. i. esse poterit bonus et probatiu⁹ cōclusionis aliquo modo: sine his principiis propriis cōclusionis: sed ille nō erit demōstratio: sed dialectic⁹ solū modo sillogism⁹: ꝛ ratio est. quia nō faciet scientiam cōclusionis proprie dictā si non procedat ex propriis: sed faciet forte opinionē eius aut aliā noticiam debiliorē. Aliqui tamē expositores hanc clausulā retulerunt ad totam diffinitionē demonstrationis: qua dictum est demōstrationem esse ex primis veris immediatis ꝛc. nam sine his conditionibus omnibus simul. sillogismus quidem erit forte bonus: sed non erit demonstratio: quia non faciet scire cōclusionē cum non procedat ex primis veris ꝛc. sed ex quibusdam aliis. ¶ Ad huius sue expositionis declarationem dicūt ipsi: qd hec diffinitio demōstrationis differt ab alia priore: qa illa erat formalis: hec vo ē materialis. illa eñ diffiniebat per scire quod est demonstrationis forma vel finis: hec vero diffinit demonstrationem per principia materialia ex quibus ipsa componitur: scilicet ex primis veris ꝛc. Nunc autem ex doctrina Aristoteles in hoc primo libro. in

De ordine duarū diffinitionū demōstrationis.

tra in capite nono. quando eiusdem rei dantur due diffinitiones causales altera formalis.i.per causam formalem vel finalem: et altera materialis.i. per causam materialem eiusdem rei: diffinitio materialis potest demonstrari per diffinitionem formalem.et hoc idem habetur ex secũdo libro phisicorum prope finẽ. et ratio est quia materia est propter formam in rebus naturalibus: et materia et forma sunt propter finem. ergo ex forma datur ratio dispositiõis materie: et ex fine est sumenda ratio tam forme/ quã materie etc. Ad propositum ergo dicũt qđ superior diffinitio dẽmõstrationis erat formalis hec vero materialis: ergo hec per illam erat probanda. quare ista clausula est probatio consequẽtie illius. si igitur est scire vt posuimus: necesse est demonstrationẽ esse ex primis veris etc. consequentia illa est qua ex prima diffinitione formali demõstrationis infert secundam que est materialis. Nunc probat illam cõsequentiã. ex opposito cõsequẽtis inferẽdo oppositũ antecedẽtis dicẽs: qđ sine his premissis materialibus bene erit sillogismus: sed nõ erit demõstratio. non enim faciet scire qđ est oppositũ prime diffinitionis. hec dñs Egidius in suo cõmẽtario. Sed salua eius reuerẽtia totus iste suus processus fundatur in vno falso supposito: scilicet qđ in prima et in secũda diffinitione demonstrationis sit idẽ diffinitum: qđ iam ostẽdimus esse falsum. quia in priore diffinitione demonstratio accipitur cõmuniter prout sub se cõprehendit demonstrationẽ quia et propter quid/ostensiuã/et ad impossibile/et alias species demonstrationis: et correspõdet tertie acceptioni ipsius scire per qđ et diffinitur. hec vero secunda diffinitio est solius demõstrationis propter quid et potissime: et correspõdet scire accepto in quarta acceptione: cuius et data est diffinitio in principio huius cap. qđ est scire simpliciter et perfectissime. Quare regula illa de demõstratione materialis diffinitionis per formalẽ verissima quidẽ est: sed nõ habet locũ in proposito: cũ iste due diffinitiones nõ sint eiusdẽ diffiniti. Et cõfirmatur hec mea ratio. quia Arist. inferẽs materialẽ diffinitionẽ demõstrationis nullã fecit mẽtionẽ de prima eius diffinitione: sed solũ de diffinitione ipsius scire simpliciter perfecti dicẽs. si igitur est scire vt posuimus.i. diffiniuimus a principio. quare diffinitio materialis de:mõstrationis infertur ex diffinitione ipsius scire que in principio cap. posita erat hoc modo. scire arbitramur vnũquodque simpliciter quando causam illius cognoscimus etc. ergo demonstratiuus sillogismus qui est faciẽs scire, procedit ex primis veris et imediatis etc. cõñia probatur quia sine his premissis cõclusioni propriis posset quidẽ esse sillogismus aliquo modo probatiuus cõclusionis: sed nõ esset demõstratio: quia non faceret scire simpliciter.

¶ Exclusa itaque obiectione illa tacita que cõtra diffinitionẽ demõstrationis insurgere videbatur: reuertitur Arist. ad declarãdas singulas partes diffinitionis. et incipiens ab illa particula: ex veris: dicit.

¶ Vera quidẽ esse oportet: suple ea ex quibus procedit demonstratio. quoniam qđ nõ est.i. falsum: nõ cõtingit scire: vt quod diameter quadrati sit simeter.i. cõmensurabilis coste eiusdẽ quadrati: non est possibile scire in Geometria: quia est falsum. Est ergo ratio sua hec. conclusionem demonstrationis oportet esse verã: ergo vera oportet esse principia ex quibus est demonstratio faciens scire conclusionem. consequentia est manifesta: quia quãuis ex secundo libro priorum possit aliquis sillogismus ex falsis concludere verum: tamen vera conclusio non potest sciri perfecte nisi ex veris. antecedens vero probatur. quia falsa propositio nõ est scibilis: sic quod assensus eius sit scientia: immo est error contrarius scientie manifestarius. errat enim et decipitur qui assentit false propositioni: quare nõ scit eam: sed potius habet nescientiam eius. ¶ Et verbum (non est) in hoc antecedẽte positum ab Ari-

A ristoteles in greco est participiū nō ens. et accipitur vt est nomen secunde impositionis. ideo exposuimus: quod non est i. falsum non contingit scire. ¶ Cū em̄ hoc nomen ens sit transcendens valde equiuocum/ & ad varias scientias pertinens: quādo eo vtimur in logica est terminus secunde impositionis & sermonē significat. sed non eodem modo in omnibus libris. quia in libro Predicamentorum ens dicitur terminus positiu⁹: et non ens terminus negatiu⁹. vt homo & non homo. et in hac significatione intelligitur illa maxima logica: de quolibet subiecto est verum esse/ vel non esse/ et de nullo simul ambo. idest de quolibet subiecto vere predicatur affirmatiue alterum contradictoriū terminorū: et de nullo simul ambo. et hāc maximam supra in secunda parte precedentis capituli insinuauit Aristote. dicens. vt quoniam omne quidē/ aut affirmatiue/ aut negare verum est &c. Sed in primo libro Perihermenias in cap. de verbo ad finem: ens dicitur propositio affirmatiua: et nō ens propositio negatiua: vbi dicit. quod esse idest ens significat compositionem idest orationē affirmatiuā: quā sine extremis nō est possibile intelligere. et paucissimi regētium locum illum bene intelligunt. sed qd iste sensus sit verus in loco illo: ex serie litere probatur. venit enim textus ille ad probandum quod hoc verbū est (primo intentionaliter acceptum) si pure & seorsum accipiatur: nō est oratio vel ꝓpositio affirmatiua/ aut negatiua. ideo dicit Aristoteles quod non significat esse/ vel nō esse. et declarans illa vocabula: (quia sunt secūde impositionis) addit. esse em̄ significat compositionē idest affirmatiuam locutionem: quam sine extremis idest incōplexam non est intelligere. et non ens significat negatiuam orationē: verbū autem est si purū dixeris est incōplexū & sine extremis. quare non significat esse/ vel non esse. idest affirmatiue/ aut negatiue. In hoc vero loco primi posteriorum ens accipitur pro vera propositione: & non ens pro falsa propositione. ideo antecedens huius rationis: scilicet quod non est non contingit scire: est intelligendum de falsa conclusione: qa eius non potest esse sciētia. sed oportet quod conclusio scibilis sit ens. idest vera. ¶ Exemplū Aristotelis geometricum est de cōparatione diametri ad costam in quadrato. nam in sexto libro geometrie Euclidis & similiter in decimo probatur: quod ille due linee sūt ad se inuicem incōmensurabiles. idest non possunt eadem cōmuni mensura numerari. vel non habent ad seipsas proportionem numeralē. idest qualis est proportio numeri ad numerū: quorū semper est cōmunis mēsura ipsa vnitas. sed proportio illarum linearū vocatur irrationabilis: quia nō sese habent sicut numerus ad numerum. vocantur ergo linee incōmensurabiles: grece assimetre. quare hec ꝓpositio: diameter est simeter. idest cōmensurabilis coste quadrati: est falsa: et ideo non est scibilis conclusio. quia omnis conclusio demōstrationis debet esse vera. atq; subinde omnis demonstratio procedit ex premissis veris. ¶ Alterā partē: scilicet ex primis et immediatis probans Aristo. subdit.

Variatis acceptio.

Prīo.

Scdo.

Tertio,

¶ Ex primis autem & in demōstrabilibus. idest immediatis est demōstratio constituta: qa si propositiones ille essent mediate et demonstrabiles: et quis non haberet demonstrationē ipsarum: non posset scire conclusionē per illas premissas. quia essent ignote ei. hoc patet. scire enim ea quorum est demonstratio & nō secūdū accidēs. i. per aliud: est habere demonstrationē. si ergo premissarum demonstrabiliū quis non haberet demonstrationē: non sciret eas. quare neq; conclusionē sciret per eas. si vero haberet earū demonstrationē: iam cōclusio non esset scita per eas: sed per alias ex quibus iste demonstrate sunt. quare demōstrans per premissas

mediatas & demõstrabiles: vel non acquirit scientiam de conclusione: vel non est illa scientia simpliciter/ sed secundũ accidens.i. per aliud ab illis premissis. ergo ad sciendam conclusionẽ simpliciter & perfecte per aliquã demonstrationem: oportet demonstrationẽ illã procedere ex primis & immediatis propositionibus premissis. Dicuntur autẽ prime quia nõ habẽt alias priores se a quib9 procedant. dicuntur eedẽ immediate: quia nõ habent mediũ.idest antecedẽs per quod probẽtur. et eadem ratione dicuntur indemonstrabiles: quia non possunt demonstrari per alias priores propositiones tanquã per mediũ probatiuũ.opposito modo: alique propositiones dicuntur mediate & demonstrabiles: quare & nõ prime. Ergo intentio Aristotelis in hoc paragrapho (quã vix vnus ex mille cõmentatoribus hactenus intellexit) est hec. demonstratio faciens scire simpliciter/& non secundũ accidens conclusionẽ quam probat: nõ solũ debet procedere ex veris: sed etiã ex immediatis & primis atqꝫ indemonstrabilibus premissis: alias vel illa demonstratio nullo modo faceret scire cõclusionẽ suam: videlicet nondũ demonstratis premissis suis. vel faceret cõclusionẽ scire per accidens. idest per aliud ab ipsa: scilicet per aliam vel alias demonstrationes precedentes eam: & non immediate per seipsam: quod non esset scire simpliciter. nos autẽ in hac diffinitione solum loquimur demonstratione que facit scire simpliciter: ergo debet procedere ex primis & immediatis premissis &c. Consequenter cum dicit.

¶ Causasqꝫ & notiores esse oportet &c. accedit ad probandas alias partes supradicte diffinitionis. et primo illã causisqꝫ conclusionis.

¶ Causas quidem. suple conclusionis esse oportet premissas in demonstratione scientifica: quia vt in diffinitione ipsius scire diximus: tũc res scimus cum causas earũ cognoscimus. et est cõmune proloquiũ apud omẽs sapiẽtes. ergo demonstratio faciens scire procedere debet ex causis conclusionis. quia ipsa cõclusio sicut & quelibet alia res debet sciri p suas causas. Unde patet clarissime quod Aristoteles applicãs hic diffinitionẽ scire ad suũ propositũ: exponit hoc nomen causa in secũda impositione: scilicet pro sermone: quia premissas demõstrationis appellat causas cõclusionis. Deinde tum dicit.

¶ Et priores probat illam partem: ex prioribus. et ratio sua hec est. demonstratio de qua hic loquimur procedit ex causis vt probatũ est: ergo procedit ex prioribus. consequẽtia tenet quia cause priores sunt effectibus. Eadẽ ratiõe probat aliã pticulã ex notiorib9. ibi.

¶ Et notiores: quia omnis causa est notior suo effectu: q̃a per causam notificatur effectus. & premisse sunt cause conclusionis: ergo sunt notiores ea. Sed aduertendũ quod ille termin9 notiores in proposito non debet accipi: vt dicit maiorẽ intensionẽ vel perfectiorẽ speciẽ noticie: quia de hoc sensu inferi9 est disputandũ: sed accipitur ille cõparatiuus: vt dicit ordinẽ cognitionis premissarũ ad cognitionẽ conclusionis. vnde premissas demonstrationis esse notiores cõclusione: & intelligẽdũ.i. prius notas vel precognitas ante cõclusionẽ. et quia in precedẽti cap̃. posite erant due species precognitionũ in demonstratione: scilicet quid est/et q̃a est: addit hic Aristo. quod oportet premissas demonstrationis esse notiores.i. pri9 notas: nõ solũ altero.i. solo vno modo intelligendo qui est precognitio quid est suorum terminorũ: sed etiam secũdo modo qui dicitur/quia est: hoc est debent esse pri9 note etiam insciendo quoniã sunt vere propositiones: & hoc per in dubitatã certitudinẽ sue veritatis. alias nõ esset scire simpliciter cõclusionẽ. Occasione vero hui9 partis ad maiorẽ declarationẽ ei9:

subdit Arist. vnā diuisionē bimēbrē/ ibi.
¶ Priora autem & notiora dicū
tur dupliciter rc. Et diuisio est: quod ali
quid dici prius aut notius altero cōtin-
git duobus modis. vno modo simplici-
ter r secundū naturam: alio modo secū
dum quid/ r quo ad nos. et dat rationē
huius diuisionis. quia non semper idē
est primū secūdum naturam et quoad
nos. neqꝫ semper idem est notius secū-
dum naturā et quo ad nos. immo sepi⁹
contingit in naturalibus quod effectus
sint priores r notiores quo ad nos quā
cause eorū: que tamen secūdū naturā r
sunt priores et notiores suis effectibus.
Eadē distinctio apparet in doctrinis:
quia non semper eedem propositiones
sunt priores r notiores secundū naturā
quo ad nos. et hoc modo intellecta ista
diuisio facit ad hoc nostrū propositū: sci
licet in propositionib⁹ non in rebus ex-
ternis: vt multi putant ponentes natu-
ras cōmunes. vnde declarās Arist. mē
bra hui⁹ diuisionis in ꝓpositionib⁹. ait.
¶ Dico autem ad nos priora &
notiora: ea que sunt proxima sensui. sim
pliciter autem vel secundū naturā prio
ra r notiora sunt illa q̄ lōgi⁹ sunt a sen-
sibus nostris. Sed qa adhuc loquutio
erat cōfusa: magis eā declarans subdit.
¶ Sūt autem longiora quidem:
scilicet a sensib⁹ nr̄is ea q̄ sunt maxime
vniuersalia. i. cōcept⁹ generici et ꝓposi
tiones ex eis formate. vt substātia ē ens
p se: corp⁹ est mobile. aial est sensitiuū.
¶ Proxima autē sensui sunt sin-
gularia. i. cōceptus r propositiones sin-
gulares. nā ille propositiones per expe-
rientiam sensuū exteriorū fiunt certe et
euidentes: quod etiam in secunda par
te precedentis capitis declaratū est. Et
comparans hec duo vltima mēbra sub
dit. Et opponuntur hec adinuicē. s. maxi
me vniuersalia r singularia: qa habent
repugnātes rationes penes prius r po
steri⁹ cognoscibile. nā secūdū ordinē na
ture maxime vniuersalia sunt pri⁹ nota:
r singularia posterius nota. sed in ordi
ne ad nos cōtrario modo se habent. qa
singularia sunt pri⁹ nota nobis: r maxi
me vniuersalia posterius nota. dicit enī
Aristot. in primo lib. de anima. qđ aial
vniuersale aut nihil est / aut posterius
est. scꝫ quo ad nos. Per hec vero extre
ma possumus intermedia intelligere:
scꝫ qđ ea q̄ sunt minus vniuersalia: vt
species specialissime r propositiones ex
eis formate: sunt notiora nobis: cū sint
viciniora singularib⁹ nobis notissimis:
r eadē sunt minus nota secundū natu-
ram. sed ea q̄ sunt magis vniuersalia:
vt genera subalterna et ꝓpositiones ex
eis formate: sunt notiora nature: cū sint
magis propinqua maxime vniuersa li-
bus. i. generalissimis: que sunt maxime
nota secundū naturam. et eadē sunt mi
nus nota nobis quā min⁹ vniuersalia.
Ad propositū ergo redeūtes dicim⁹ qđ
Aristo. in illa particula diffinitionis. ex
prioribus r notiorib⁹. intendit qđ demō
stratio faciēs scire simpliciter procedit
ex premissis secundū naturā vel simpli
citer prioribus et notioribus cōclusione
probanda. quāuis principia immedia-
ta doctrinarū declarent sapientes per
inductiones ex prioribus nobis r ex no
tiorib⁹ quo ad nos. i. ex singularib⁹ sen-
su manifestis. ¶ Demū vō in fine hui⁹
ṗme ptis Arist. vult ꝓbare illā ptē diffi
nitiōis q̄ subintellectā in alijs pri⁹ dixe
rat. s. ex ꝓprijs ṗncipijs cōclusiōis dicēs.
¶ Ex primis aūt est. & ꝓbat sic.
demōstratio de q̄ hic loqmur ꝓcedit ex
ṗmis r imediatis: vt ꝓbatū est: ḡ ꝓcedit
ex ꝓprijs ṗncipijs. ꝯñā ꝓbat: qa ex op
posito ꝯñtis seqtur oppositū āñtis. semp
enī ex ṗmis est qđ ex ṗncipijs ꝓprijs ē.
ḡ si nō est ex ꝓprijs: nō erit ex ṗmis. idē
nāqꝫ est dicere primū r ṗncipiū ꝓpriū.
q̄re eadē rōne q̄ ꝓbatū est q̄ sillogism⁹
nō ꝓcedēs ex primis r immediatis non
facit scire simpliciter / sed solū secūdū
accidens: probari potest qđ si nō proce-

dat ex propriis: non faciet scire simpliciter. quia ad faciẽdum scire simpliciter non quecunq; principia valent: sed certa & determinata/ & illa sunt ꝓpria: & eadẽ probata sunt esse prima. ergo si demonstratio procedit ex primis ꝓcedit ex proprijs. Hactenus Aristoteles in prima parte huius capitis declarauit nobis diffinitiones ipsius scire & demõstrationis: siue vocabula hec accipiantur proprijssime siue cõmuniter: vt declaratum est.

Duo dubia. ¶ Restãt tamẽ duo literalia dubia circa illam distinctionẽ bimẽbrem de duplici modo prioris & notioris: & hoc precipue in terminis & in propositionibus.

primũ. Primũ dubiũ est: de prioritate nature. cum enim termini & propositiones mere ad placitũ significent: loquor de vocalibus precipue: quomodo potest in eis fundari prioritas vel posterioritas secũdum naturam. cũ omnis ordo in eis sit a nobis institutus voluntarie: & nõ consurgat ex eorum naturis? immo reales dicerent illũ ordinem esse respectũ solum rationis et non realem vel naturalem.

Scdm dubiũ. ¶ Alterũ dubiũ hic mouet Sanctus Thom. de prioritate quo ad nos: quia videtur Aristoteles huic determinationi sue contradicere in prohemio suorũ phisicorũ: vbi expresse dicit: quod magis confusa: que sunt magis vniuersalia: sunt prius nota nobis. in hoc vero loco dicit qđ maxime vniuersalia sunt posterius nota nobis: quia a sensibus sunt remotissima.

Ad fm ¶ Ad hoc secundum dubium ipse in cõmentario respondet dicens: quod nulla est contradictio in his duobus dictis Aristotelis: et quod vtrũq; eorũ est verum: & alteri bene cõ-

1. Opio possibile. In hoc enim loco cõparat singularia ad vniuersalia: vt patet ex litera. et in hac comparatione certũ est qđ singularia sunt nobis prius nota: scilicet ad sensum: vniuersalia autem fiunt per abstractionem a singularibus. et ideo sunt posteriora quo ad nos. Sed i prohemio phisicorũ non fecit mentionẽ de singularibus: ideo ibi comparauit vniuersalia inter se: dicens qđ magis vniuersalia sunt nobis prius nota quã minus vniuersalia. et hoc etiam verũ est vt dicit: quia illa q̃ sunt magis cõfusa: et minus vniuersalia sunt magis distincta. nos autem prius cognoscimus confuse quam distincte. vt patet manifeste in pueris &c. ¶ Sed cũ in prohemio phisicorum hec eadẽ que hic diuisio repetatur: et eisdem fere verbis (ait enim ꝙ non eadem sunt notiora nobis & nature vel simpliciter) eadem videtur esse comparatio in loco illo/ et in isto. vnde concludens illic ait: ab vniuersalibus in singularia oportet ꝓcedere. In super ex singularibus prius abstrahimus cõceptus minus vniuersales: immo et ipsi magis vniuersales animus vniuersalibus abstrahuntur: ergo etiam quo ad nos minus vniuersalia videntur esse prius nota.

¶ Ego autem saluo meliori iudicio dicerem ad hoc dubiũ concordando istos duos textus Aristotelis ꝙ penitus idem intendit in vtroq; eorum: scilicet quod in processu demõstratiuo ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia oportet deuenire. i. a premissis ad cõclusiones que sunt minus vniuersales suis premissis. Et dico quod ille premisse sunt secundũ naturã prius nobis note quam conclusiones: vt hic expresse & similiter illic probat Aristoteles. si enim premisse non essent nobis notiores conclusione & prius ea note: quomodo per illas venire possemus ad noticiam conclusionis: vult ergo Aristo. qđ naturalis ordo in demonstratione reqrit: vt nos prius cognoscamus premissas/ q̃ sunt magis vniuersales: quã conclusiones: que sunt minus vniuersales. et hoc est quod dicit hic & in phisicorum prohemio. nec aliud hic/ & aliud illic. et propterea diximus quod magis vniuersalia secundũ naturam sunt nobis prius nota quã minus vniuersalia. Omne enim prius notum secundũ naturam siue simpliciter: nobis dicitur prius notũ: scilicet in processu scientifico: quia hoc nomen notũ 2. opio.

vel cognoscibile dicit in ordine ad nos cognoscentes: non autem ad aliquam aliam naturam. Quando autem Aristoteles hic dixit quod singularia quia sunt proxima sensui sunt prius nota nobis: non loquitur in processu scientifico siue demonstratiuo: sed quādo sine aliquo artificio incipimus res cognoscere: clarū est quod prius habem⁹ noticias singulares/tam complexas/quā incomplexas: et ex illis abstrahimus vniuersales: que sunt principia demonstrationum ⁊ scientiarū: scilicet colligēdo eas per inductionē a singularib⁹. Et in isto ordine cognoscendi: scilicet quo cognoscuntur principia: singularia sunt prius nobis nota: ⁊ hoc non negat in prohemio phisicorū. Voluit enim in pꝛhemio illo probare quod in scientia naturali prius essent tradēda principia vniuersalia illius scientie: quia sunt nobis notiora singularibus.i.specialibus conclusionibus in processu demonstratiuo: ⁊ tamen ad declaranda illa principia vniuersalia in sciētia naturali oportere incipere a singularibus nobis sensu manifestis: quia per inductionem sunt declaranda nō per alia principia priora eiusdem scientie: que nulla sunt. Ergo voluit qđ in processu demonstratiuo scientie naturalis prius nota nobis secundū naturam debent esse magis vniuersalia illius scientie: quia illa sunt prima eius principia. sed ad habendam clarā noticiam illorum principiorū: opus est ire per inductionem a singularib⁹ pri⁹ nobis notis per experientiam sensus. Eandem sententiā penitus inuariatā habemus ab Aristotele in hoc loco. nam occasione illius particule diffinitionis demonstrationis: ex prioribus ⁊ notioribus: posuit Aristoteles hanc diuisionem. de duplici prioritate in cognitione propositionū: altera secundū naturam: altera quo ad nos. vt inde colligeret qđ illa particula esset intelligenda de prioribus ⁊ notioribus secundū naturā: que sunt magis vniuersalia. i. principia demonstrationis. nam illa debent prius esse nobis nota conclusione: cum sint secundū naturam priora conclusione: et ab illis pendet naturali ordine noticia conclusionis. sed a singularib⁹ que sunt nobis prius nota ante omnem demonstrationem incipiemus: quando prima principia demōstrationis declarare voluerimus: quia illa nō iam demonstratione/ sed inductione sunt declaranda. et iste est ordo quo ad nos/⁊ non secundum naturā artificij demōstratiui. Nulla est ergo diffidentia inter hec duo loca Aristotelis: immo est omnimoda cōcordantia ⁊ penitus eadē sententia vtrobiq₃: scilicet quod in processu demōstratiuo procedamus a notioribus nobis secūdū naturam: sed ante illū processum ad habendā noticiā principiorū demonstrationis incipiamus a notioribus nobis secūdū ordinem nostrū quo sine artificio scire incipim⁹ aliquid in hoc mūdo. ¶ Restat ergo venire ad primū dubium: scilicet quare quidam termini et quedam propositiones dicantur natura priores alijs: cum inter eas nullus videatur esse ordo a natura institut⁹: sed precise ab humana volūtate. Sed hoc dubium ex ignorātia illius vocabuli natura vel potius prioritas nature insurgit. quare declarato illo vocabulo dubium nullū erit: ⁊ clara erūt omnia. Aduertendū ergo quod cū sermotionales discipline inuēte fuerint a philosophis post omnes alias scientias reales (vt egregie docet Ugo de Sancto Uictore in opusculo suo de origine artiū ⁊ scientiarum quod Grece didascalion appellauit) opus fuit in sermotionalib⁹ vsurpare multa vocabula ex scientijs realibus: equiuoce tamen ⁊ in alia significatione. cuiusmodi sunt subiectū/accidēs/passio ⁊c̄. Quare hoc nomen natura/vel ordo nature/vel prioritas nature: aliter in phisica: aliterq₃ in logica est accipiendū. nam in phisica/⁊ in methaphisica cum aliquid dicitur prius alio natura: vocabulum est prime impositio-

Ad primū dubium.

nis et supponit pro rebus externis que nō sunt signa. vnde dicitur qđ causa est natura prior suo effectu: vt interpositio terre est prior natura quam ecclipsis lune. et apertio fenestre quam ingressus luminis &c. In logica vero idem vocabulum est secūde impositionis et supponit pro sermone qui est termin⁹ vel propositio. dicitur enim aliquādo vnus terminus natura prior altero. vt animal homine / vel homo risibili / et substantia prior accidente. et generaliter omne absolutū prius cognotatiuo. hoc egregie notauit Porphyri⁹ in cōmunitatib⁹ predicabilium dicens: quod genus est natura prior specie / et species est prior natura suo proprio / et suo accidente. hoc non potuit ipse intelligere de rebus ad extra. quia semper genus et species pro eodem supponunt. vt homo et animal: nec sunt due res quarū altera est prior altera. similiter species et propriū semp pro eodem supponunt: vt homo et risibile. ergo Porphyrius intelligebat de terminis: quorum alter altero est prior natura: logice loquendo. Idem habet Aristoteles in post predicamēto prioris. nā in secūdo modo explicans prioritatem nature dicit. illud esse natura pri⁹ a quo non conuertitur consequentia subsistendi. idest per propositiones de est secundo adiacente: que significant rerū subsistencias. et hoc modo animal est prius homine. et generaliter omne superius quiditatiue ad aliud est natura pri⁹ eo. Similiter in propositionibus sepius altera est natura prior altera. vt hec: omne corpus mouetur: est natura prior illa: celum mouetur: quia sequitur ad illam et non econtra. et generaliter. omnis propositio ex prioribus terminis secundum naturam: est prior illa que est ex posteriorib⁹ secūdum naturam. et hoc est vniuersaliter verum in omnibus scientijs. quia principia demonstrationum sunt propositiones natura priores conclusionibus: eo quod ex prioribus terminis secundum naturam sunt composita principia: quam sint termini conclusionum. quod in hoc capite expresse docuit Aristoteles in declaratione illius partis diffinitionis: ex prioribus et notioribus procedit demonstratio. ¶ Quia vero tota ratio ordinis naturalis inter propositiones sumitur ex terminis: oportet videre in quo stat prioritas naturalis termini ad terminum in cōmuni cursu scientiarū. Et hoc clarissime elicitur ex citatis autoritatibus Porphyrij et Aristotelis / et ex quibusdam alijs: vt sit hec prima regula generalis. In quibuslibet duobus terminis pro eadem re supponentibus: quorum alter de altero essentialiter in quid est predicabilis: ille est natura prior qui predicatur: et ille natura posterior qui subijcitur in illa propositione quiditatiua directa et ordinata. quare in omni predicamētali coordinatione: genera sunt natura priora speciebus / et species indiuiduis. hoc est ergo quod Porphyrius dixit comparans genus ad speciem: genera inquit priora sunt et simul interimentia: sed que non simul interimuntur: scilicet a suis speciebus diuisim acceptis. et ratio est. quia vt Aristoteles dicit in post predicamentis in secūdo modo prioris: a genere ad speciē nō cōuertitur subsistēdi cōsequentia: nam ab specie ad genus affirmatiue est bona cōsequentia subsistendi: sed non econtra. negatiue autē a genere ad speciem est bona cōsequentia: sed non ecōtra. hoc est posita specie ponit͛ gen⁹: vt si homo est: animal est. sed posito genere non ponitur species: vt non sequitur si animal est: homo est. Econtra vero perempto genere perimitur species: vt si animal non est: homo non est. sed perempta specie nō perimitur genus: vt non sequitur: si homo non est: animal non est. Potest etiam dari alia ratio huius ordinis horum terminorum. quia terminus alium definiens est natura prior eo: cum presupponatur ab eo / et non econtra. sed termi-

De prioritate nāli in teris. 1. regla

nus de altero predicabilis inquid directe est illum diffiniens. ergo est natura prior eo. ¶ Secunda regula. in quibuslibet duobus terminis pro eodem supponentibus: quorum alter est absolutus/ et alter cognotatiuus saltem extrinsece: absolutus est natura prior cognotatiuo. hoc dixit Porphyrius comparans speciem ad proprium. species inquit natura prior est proprio. vt homo est prior risibili. et eadem ratio est de specie comparata ad suum accidens. vt homo est prior albo. ¶ Tertia regula: in quibuslibet duobus terminis cognotatiuis pro eodem supponentibus: quorum alter est minus cognotatiuus altero: ille est natura prior qui est minus cognotatiuus: et magis cognotatiuus est natura posterior. vt iste terminus primus motus est natura prior tempore. idest isto termino tempus. et quantitas est natura prior diuisibilitate / et magnitudo est natura prior figura. et sic de alijs multis sine numero. Ratio istarum duarum regularum est: quia id quod se habet ex additione ad alterum est natura posterius eo: cum necessario presupponat illud. nunc autem cognotatiuum addit absolutum: et magis cognotatiuum super minus cognotatiuum. hoc fundamento vtitur Aristo. infra in hoc. i. libro posteriorum: vbi inquirit que scientia est prior et certior alia: et dicit quod illa que est ex paucioribus est prior illa que ex additione. vt arithmetica geometria: et scientia subalternans est prior scientia subalternata. quia hec addit super illam.

¶ Possent tamen iste tres regule in vnam resolui / et omnes vnica ratione probari. Regula sit hec. Cuiuslibet predicationis directe vel predicatum est natura prius suo subiecto: vel subiectum predicato. dicitur autem predicatio directa illa propositio in qua predicatur superius quiditatiue de suo inferiori. iuxta primam regulam. vel in qua predicatur cognotatiuum de absoluto: iuxta secundam regulam: vel magis cognotatiuum de minus cognotatiuo: iuxta tertiam regulam. nam in primo modo predicationis directe predicatum est natura prius suo subiecto. vt homo est animal/ linea est magnitudo/ albedo est color/ et cetera. In secundo modo et in tertio subiectum est natura prius predicato. vt homo est risibilis/ quantitas est diuisibilis: bicubitum est equale etc. Ratio vnica huius regule sumitur ex analogia ad res: quarum vna dicitur natura prior altera. est enim vt aiunt: prioritas nature presuppositio huius ab hoc. ita quod illud quod ab alio presupponitur est natura prius illo. vt apertio fenestre presupponitur ad ingressionem luminis. ergo similiter in terminis: ille qui presupponitur ab alio debet dici natura prior illo. et hoc vel quia terminus ille presupponitur ad diffiniendum alterum quiditatiue. vt in exemplis prime regule quia predicatum presupponitur a subiecto: vel presupponitur ad significationem alterius. i. ad diffiniendum ipsum descriptiue: vt in exemplis aliarum duarum regularum: in quibus subiectum presupponitur a suo predicato. Ergo in omnibus illis terminis est ordo nature logicaliter accipiendo naturam. quare et in propositionibus ex eis formatis etiam erit ordo nature logicalis: scilicet comparando propositionum subiecta adinuicem respectu eiusdem predicati. vt hec. animal est sensitiuum: est natura prior illa: homo est sensitiuus. vel hec. color est visibilis: est prior illa: albedo est visibilis. et ita in alijs exemplis prime regule. Item hec. homo est animal: est natura prior illa: risibile est animal. et hec: animal est corpus: est natura prior illa: sensitiuum est corpus. et ita in alijs exemplis secunde regule. Item hec: magnitudo est quantitas: est natura prior illa: diuisibilitas est quantitas. et hec: motus est successio: est natura prior illa. tempus est successio. et ita in alijs exemplis tertie regule. Patet ergo clara responsio ad primum dubium. s. quomodo est intelligenda prioritas na

ture in terminis et propositionibus ad placitū significantibus. Unde ad argumentum dubij facilis est respōsio. quia accipiebat vocabulum nature vt est nomen prime impositionis et phisicum: quomodo null⁹ est ordo nature in sermonibus mere ad placitū significantibus. sed solum modo accipiendo vocabulum nature: vt est nomen secūde impositionis ꝛ logicum.

¶ Secūda pars hui⁹ capitis.

¶ Est autem principium demōstratiōis ꝛc. In secūda diffinitiōe demōstrationis (quā materialem dicunt) posuerat Aristoteles. vnā partem nondū declaratam: scilicet ex immediatis: que tamen erat magni momenti in hoc negocio: quare in hac secunda parte hui⁹ capituli super eam regreditur: ꝛ intendit eam declarare diffinitione ꝛ diuisione. Repetēs ergo eam partem dicit: est autem principiū demonstrationis propositio immediata: quasi dicat: notāter diximus in diffinitione demōstrationis quod procedit ex principijs imediatis: nam pars illa indiget declaratiōe. et q̄a est complexa ex duobus vocabulis: scilicet propositio/ꝛ immediata: dicamus in primis de immediata: post modū de propositione agemus.

¶ Immediata autem est: scilicet illa propositio demonstratiua: qua non est alia prior suple ꝛ notior per quā demonstrari possit: ꝛ que sit medium siue antecedens ad eam probandam. vnde ꝛ hac ratione immediata dicta est: quia sit sine medio. idest antecedēte quo possit demonstratiue probari. Ergo quando diximus demonstrationē procedere ex immediatis principijs: idem est ac si dixissemus ex in demonstrabilibus. qđ etiam vocabulū prius declarauimus. Deinde / ibi.

¶ Propositio autem: declarat alterum illius complexi vocabulum: scilicet propositionem hoc modo. propositio est enunciationis altera / siue alterutra pars: vnum scꝫ predicatū de vno subiecto significans. pars in porposito logice accipitur pro specie vel parte in modo inquā diuiditur hoc gen⁹ enūciationis. vt sit sensus. propositio est enūciatio ad aliquam eius partem / vel speciem pertinens. ¶ Sed cū enūciatio in primo libro Perihermenias diuisa sit per affirmatiuam ꝛ negatiuam: ꝛ iterum per veram ꝛ falsam: dubium est de qua istarū diuisionū Aristoteles loquatur hic cum dicit: propositionē esse enunciationis alteram. i. alterutrā siue vnam / vel aliam partem. Et aliqui putant quod loquat̄ hic de partib⁹ prime diuisionis. vt sit sensus. propositio est enūciatio affirmatiua / vel negatiua alicuius predicati de aliquo subiecto: ꝛ sic ista diffinitio propositionis non differt ab illa que posita est in primo priorū: nisi quod hic dicitur vnum de vno significans: ad innuendū quod sit propositio vna ꝛ non propositio plures: in qua scilicet plura de vno: vel vnum de pluribus: vel plura de pluribus dicuntur: vel ad innuendū quod sit propositio cathegorica simpliciter vna: ꝛ non sola cōiunctione vna: vt hyppothetica: de quibus propositionū varietatibus dictum est in primo libro Perihermenias. Alij verius ꝛ profundius hunc locū sentientes dicunt quod Aristoteles loquitur de partibus secūde diuisionis: vt sit sensus. propositio est enunciationis altera pars: scilicet vera vel falsa: vnum de vno significās. vnde isti dicunt quod hic nō diffinitur propositio in tota sui cōmunitate: quemadmodum in primo priorū diffiniebatur: sed magis cōtracte. Est enim propositio in cōmuni secundū nominis interpretationem: positio siue principiū ꝓ alio idest pro cōclusione. q. d. est premissa ordinata ad conclusionem. sed quia premissa potest dupliciter ad conclusionem ordinari: scilicet vel ad inferendam solum / vel ad inferendam simul ꝛ probādam: inde est qđ propositio. i. premissa est du

Prim⁹ sensus.

Sc̄dus sensus.

plex: altera .s. illatiua solum. et illa diffiniebatur in primo priorum. cuius differentie erant affirmatiua et negatiua: quia penes illas differentias variatur forma sillogismi illatiui. altera est propositio non solum illatiua: sed etiam probatiua conclusionis: et illa est que diffinitur hic. cuius differentie sunt vera et falsa: quia penes illas variatur probatio bona vel mala conclusionis. et huius signum est. quia propositio hic diuiditur per dialecticam et demonstratiuam: de quibus sequitur in textu.

¶ Dialectica quidem est propositio accipiens similiter. i. indiferenter quamlibet partem eius .s. qua diuiditur in veram et falsam.

¶ Demonstratiua autem est propositio determinate accipiens alteram partem predicte diuisionis .s. quoniam verum est. i. solam veram partem. Sensus est. quod ars dialectica (de qua in topicis agemus) est modus arguendi ad vtramlibet partem illius diuisionis: quia tam veram quam falsam propositionem docet probabiliter deffendere. et probabiliter impugnare. quia nihil prohibet falsa esse probabilia quemadmodum et vera. sed ars demonstratiua (de qua hic agimus) est modus arguendi ad vnam partem determinate. s. ad solam veram. quia falsa propositio licet possit esse probabilis: non tamen potest esse demonstrabilis. dictum est enim quod falsum non est scibile: quare nec demonstrabile. Bene ergo dictum est quod propositio dialectica. i. que artificio dialectico probari posset: est similiter. i. indifferenter quelibet propositio siue vera siue falsa. sed propositio demonstratiua. i. que artificio demonstratiuo probari potest: non est quelibet propositio indifferenter: sed determinate sola vera propositio: quia sola vera potest sciri/ et nullo modo falsa.

¶ Enunciatio autem que in supradicta membra diuiditur: est genus commune comprehendens sub se contradictionis quamlibet partem. i. tam veram quam falsam. quia vtraque duarum contradictoriarum sub enunciatione comprehenditur tanquam partes sub toto suo vniuersali. Et quia vocabulum contradictionis nondum declarauimus: dicamus quod.

¶ Contradictio est oppositio propositionum. i. repugnantia in veritate et in falsitate: talis inquam repugnantia quod impossibile est duas contradictorias simul esse veras aut simul esse falsas. ideo addit. cuius. s. oppositionis non est dare medium secundum se. i. de per se et necessario. et accipitur hic medium aliter quam superius cum loquebamur de propositione immediata et de mediata: quia illic medium dicebatur antecedens probatiuum conclusionis: hic autem medium dicitur quod neutrum extremorum est. ¶ Et loquendo de medio inter contradictorias dicimus quod duplex posset imaginari medium: alterum per participationem: alterum per abnegationem. Medium per participationem esset per admixtionem extremorum: ita quod daretur propositio simul vera et falsa: vel quod daretur propositio copulatiua vera ex duabus contradictoriis composita. Medium vero per abnegationem diceretur in quo neutrum extremorum reperiretur. vt si esset propositio neque vera neque falsa: vel quod daretur disiunctiua negatiua vera ex duabus contradictoriis composita. et de vtroque istorum mediorum est verum quod contradictionis non est dare medium. quia non habere medium conuenit contradictioni secundum se. i. de per se tanquam propria passio eius. Et sicut non est dare medium in veritate et falsitate: ita neque in affirmatione et negatione inter contradictorias: sed necessarium est in contradictoriis semper alteram esse affirmatiuam/ et alteram negatiuam: neque enim stat duas esse propositiones contradictorias et ambas simul affirmatiuas: vel ambas simul negatiuas. vnde subditur in textu.

medium in contradictoriis duplex.

¶ Pars autem contradictionis. idest altera duarum contradictoriarum: que quidem aliquid enunciat de aliquo: est affirmatio. i. propositio affirmatiua. que vero aliquid ab aliquo remouet: est negatio. i. propositio negatiua. Sed transeamus vlterius: nam hec omnia vulgaria sunt et tri-

tissima apud omnes logicos. sed hic repetita sunt occasione illi⁹ diffinitionis: scz principiũ demõstrationis est propositio immediata: quia oportuit declarari illa duo vocabula. immediata: ꝛ ppositio. Et q̃a in diffinitiõe ppositionis ponebatur enunciatio: posita est diffinitio eius. Itẽ q̃a in diffinitione enũciationis ponebatur cõtradictio: addita est ei⁹ diffinitio: ꝛ declarate sunt ptes ei⁹ affirmatio ꝛ negatio. Et quia nõ de omni ppositione erat sermo: sed de sola pbatiua: diuisa est ppositio in duas species: iuxta duo genera argumẽtatiõis pbatiue: q̃ sunt argumẽtatio dialectica ꝛ demonstratiua. et dicta est ppositio dialectica: q̃ est antecedẽs aut cõsequens argumẽtationis dialectice. s. ppositio probabilis: ꝛ q̃a probabilis ppositio potest esse vera aut falsa: ideo dicta est ppositio dialectica indifferẽter accipiens quãlibet partẽ cõtradictionis. i. siue verã siue falsam. et dicta est ppositio demonstratiua: q̃ est antecedens vel cõsequẽs argumentationis demonstratiue. et q̃a illa non potest esse nisi ppositio vera: ideo ppositio demõstratiua dicitur accipiẽs determinate alterã. i. vnam solã partẽ cõtradictionis: scilicet verã. ¶ Ergo post diffinitionẽ principij immediati demonstrationis: subditur ei⁹ diuisio in duas species que sunt positio ꝛ dignitas. Hac diuisione supposita Aristot. ponit declarationes membrorũ dicens.

¶ Immediati aũt principii sillogistici. i. sillogismi demonstratiui: positionem (que est prima species eius) dico illam esse: quã non est. i. non cõtingit demonstrare. et hoc superius probatũ est. sed q̃a non est ppositio nota ex terminis: nõ est necesse eam habere. i. prescire docẽdũ discipulũ in aliqua sciẽtia: antequã sibi tradatur a preceptore: immo indiget declarari sibi illam a doctore. E cõtra vero illam propositionẽ siue principium demonstrationis.

¶ Quã necesse est habere docẽdum discipulũ antequam a preceptore erudiatur: voco dignitatem: ꝛ hec est secunda species principij immediati demonstrationis. Hec duo membra Stapulẽsis egregie declarat/dicens: qđ positiones scientiarũ plerũq; diligẽtia preceptoris percipim⁹: vel inductione/vel analogia/siue exẽplo: q̃a nõ sunt nobis adeo note ex terminis: vt per nos ipsos percipiam⁹ eas quãtumcũq; aptissim⁹ ad disciplinas addiscẽdas. Sed dignitates ita nobis a natura coaptate sunt: vt cognitis terminis eas per nos ipsos percipiamus: neq; opera preceptoris egeamus. Et comparat hec duo mẽbra (vt in precedenti cap.) ad obiecta visibilia in sensu exteriore. oculus inquit qui apertus lucẽ solis meridianã non percipit: cecus est: atq; impotens prorsus vt visionem sibi vendicet de coloribus. similiter intellectus qui dignitates per seipsum non percipit esse veras: cecus est ac penitus inhabilis ad disciplinas capiendas. ait enim Aristoteles in secũdo libro suorũ methaphisicorũ in: foribus ciuitatis quis delinquit? quiasi dicat. nemo nisi cecus. At sicut oculus corporeus nõ clare videns colores in vmbra intra domũ: nõ iccirco dicitur cecus ꝛ impotens absolute ad videndum: ita intellectus hominis nõ clare percipiẽs positiones scientiarũ per seipsum (que sunt velut vmbre quedã) non ideo est cẽsendus inhabilis ad scientias discẽdas. quia nos a natura non ita instituti sumus: vt positiones istas statim per nos ipsos percipere valeam⁹ sicut dignitates. de quibus Aristoteles addit.

Pulchra cõparatio

¶ Sunt enim quedam: scilicet propositiones huiusmodi in scientijs. quas scilicet necesse est habere idest p seipsum cognoscere quemlibet docendum antequam erudiatur a preceptore circa conclusiones. hoc enim nomen idest dignitatem maxime cõsueuimus dicere in huiuscemodi propositionibus que sunt note ex terminis. Resolutia

huius diuisionis est. quod in qualibet
disciplina sunt duplicia principia imme
diata. quedam perse nota ex terminis
(q̄ q̄libet discipul⁹: nisi prorsus hebes
amens ve sit: per seipsum ⁊ sine prece=
ptore cognoscit esse vera) et illa vocan
tur dignitates ⁊ merito: quia digne sunt
vt ex seipsis ⁊ non ex aliis fidem habe=
ant. Alia sunt principia scientiarum ob
scuriora: que ad hoc vt discipulus quan
tumcūq; ingeniosus ea cognoscat esse
vera: indiget aliqua declaratione a pre
ceptore preter cognitiones terminorū
simplices: scilicet vel per exempla/vel
per inductiones/vel aliquo alio modo.
et huiusmodi principia vocātur positio
nes. horum membrorū exempla supe=
rius notata sunt in fine capitis precedē
tis: ⁊ adhuc infra in cap. vndecimo hu=
ius libri de eis amplior futurus est ser=
mo. Quia vero dignitates omnes eius
dem sunt modi. idest perse note ex ter=
minis: eo membro sine diuisione dimis
so: subdiuidit Aristot. positionē in alias
duas species. hoc est in suppositionē ⁊
diffinitionē. Primā speciē declarās dicit.

¶ Positionis autem: idest huius
generis principiorum. illa species (que
quidem est accipiēs quamlibet partiū
enunciationis idest que pertinet ad ali
quā speciem enunciationis. vt dico que
significat esse/vel non esse idest que est
affirmatiua vel negatiua oratio asserēs
aliq̄d esse vel nō esse: illa inq̄ spēs sup
positio dicēda est. q̄ vero species positio
nis sine hoc est. idest non accipiens ali=
quam partem enunciationis: sic quod
non sit enunciatio affirmatiua vel nega
tiua: diffinitio dicenda est. Et ne credat
aliquis: quod hoc genus positio (que
dicitur immediatum principium siue in
indemōstrabile) solū comprehendit pro
positiones: probat Aristoteles secundā
speciem que non est propositio/sed pro
positionis extremum/dicens.

¶ Diffinitio positio est: idest
principium sciētie immediatum, et hoc
patet exusu scientiarum que procedūnt
artificio demonstratiuo. ponit enim ari
thmeticus tanquam principium in sua
scientia diffinitionem vnitatis. hanc sci=
licet indiuisibile secundū quantitatē: sci
licet discretā que dicitur multitudo. i. ali
quid ad quantitatē discretā pertinens:
sc; indiuisibile discretiue. quam diffini
nitionem aliis verbis explicans Eucli
des in septimo libro dicit. vnitas est cu=
ius pars nō est. et Jordan⁹ in. i. lib. sue
arithmetice primā oīm diffinitionū hāc
ponit: vnitas est rei pse discretio: sed nu
mer⁹ est collectio discretorū. Eodē mo
do geometer Euclides ponit: vt princi=
piū diffinitionē puncti in. i. libro dicens:
pūctus est cuius pars nō est. qd̄ est pū=
ctum esse indiuisibile quid secūdū ma=
gnitudinem. ad eundē sensum cū prece
dēte. Et eadē ratio est de diffinitionib⁹
aliorū vocabulorū eiusdem scientie ari=
thmetice vel geometrie. quia oēs dif
finitiones ponūtur ab autorib⁹ vt prin
cipia scientiarū: sunt enim precognitio=
nes quid est quod dicitur. Et quia for=
te aliquis diceret quod etiam diffinitio
est propositio cum sit oratio complexa:
⁊ p̄ ɔ̄ñs nō differt hoc principiū a suppo
sitione. hoc reprobans Aristo. subdit.

¶ Suppositio autem non est: sci
licet ipsa diffinitio. id enim q̄dquid est
vnitas. i. diffinitio dicēs q̄d est vnitas: ⁊
esse vnitatē. i. ꝓpositio dicēs vnitatē esse:
nō idē est. quare nō est idē p̄ncipiū diffi
nitio et suppositio. ¶ Resolutio toti⁹ di
uisionis p̄ncipiorum sciētificorum stat in hoc.
qd̄ in qualibet sciētia duplicia sunt p̄nci
pia ex q̄b⁹ ipsa ꝓcedit ad demōstrādas
suas cōclusiones. alia nāq; sunt nota ex
teris ⁊ solo nāli lumine itellect⁹ huma
ni sine discursu alicui⁹ ꝓbationis: ⁊ ille
ꝓpositiones vocātur dignitates de q̄b⁹
Arist. dicit qd̄ necesse est quēlibet disci
pulū eas p̄scire ex seipso āteq̄ ad scho
las veniat/siue āteq̄ a suo p̄ceptore eru
diat. Alia vero sūt p̄ncipia subobscura: ⁊
nō ita nota ex teris q̄ nō est necesse disci

Diuisio p̄ncipiorū d̄mōstrationis.

pulum ex seipso prescire antequã a preceptore doceatur: sed eget ea sibi declarari a suo preceptore. non quidẽ probatione demonstratiua: quia sunt immediata pñcipia τ indemõstrabilia: sed inductione vel exẽplo aut experiẽtia aliqua. Et vocantur in scientijs positiones: q̃a ponũtur tanquã fundamẽta totius edificij scientifici: τ sunt elementa primaq; rudimenta quib⁹ erudiẽdi sunt discipuli a suis preceptoribus. Differuntq; a dignitatibus non solũ modo predicto: sed etiam quia positiones ingrediũtur substantialiter demonstrationẽ tãquã premisse vel extremitates premissarum: dignitates vero nunquã ingrediũtur demonstrationes substantialiter: sed solũ virtualiter. i. nunquã sunt premisse demonstrationũ neq; extremitates earũ: sed ex eis sumitur tota virtus demõstrationis. nã ꝓbatio cõsequẽtie sillogismi demõstratiui ex dignitatibus sumitur. Positiones etiã in scientijs sunt duplices. quedã enim earũ sunt ꝓpositiones siue affirmatiue siue negatiue: τ vocantur suppositiões vel petitiones: alie sũt diffinitiones vel diuisiones vocabuloꝝ quib⁹ scientie vtũtur. que cũ non significent aliq̃d esse vel nõ esse: nõ sunt ꝓpositiones: sed potius extrema propositionum. i. subiecta vel predicata propositionum. Ergo in vniuerso principia immediata sciẽtiarũ triplicia sunt. dignitates / suppositiones / τ terminorũ declarationes: q̃ sunt eorũ diffinitiones τ diuisiones a precipuis autorib⁹ accepte. ¶ Horum tamẽ principiorũ ordo in scientijs est. q̃a primo tradũtur diffinitiones τ diuisiones principaliũ vocabulorũ cuiuslibet disciplinę. Deinde prelibantur dignitates. et tertio addũtur suppositiones que alias dici solent petitiones. Et quia Aristoteles posuit exẽplũ de diffinitione vnitatis: declaremus hec omnia genera principiorũ mathematica q̃ est omniũ in arithemetica prima atq; certissima. In ea siquidẽ Jordanus premisit diffinitiones vnitatis τ nũeri. atq;

Ordo pñcipiorũ i sciẽtijs.

diuisiones numerorũ: et declarationes specierũ. Deinde apposuit dignitates: vt q᷈ pars numeri est minor toto suo. q᷈ omnis numeri pars est vnitas τc. Tertio subiecit suppositiones. vt q᷈ cuilibet numero quotlibet numeri possint dari equales. quolibet numero: dabilis est numerus maior quantuslibet τc. Deniq; post principia ꝓcedit ad demonstrationes cõclusionũ. Similiter se habuit Euclides in principio sue geometrie. orsus enim a diffinitionib⁹ puncti / magnitudinis / τ figure: diuisit i species τ declarauit specierũ diffinitiones. Consequenter posuit cõmunes scientias siue dignitates. vt quecũq; due magnitudines vni tertie sunt equales: sibi inuicẽ etiã sunt equales. si ab equalib⁹ equalia demas vel idẽ cõmune: residua erũt equalia τc. Postea adiecit suppositiones vel petitiones. vt a puncto ad punctum rectã lineã ducere: sup quodlibet punctũ circulum describere τc. Patet ergo declaratio illius particule in diffinitione demonstrationis posite: scilicet ex immediatis principijs. Uerũ hec satis in genere dicta sunt: nam inferi⁹ de principijs sciẽtiarum adhuc operosior fiet sermo.

¶ Tertia pars capituli.

¶ Quoniam autem oportet credere & scire rem in habendo huiusmodi &c.

Ex predictis diffinitionibus sciẽtie τ demonstrationis: alijsq; declaratis vocabulis ad eas pertinẽtibus: cõparat nũc noticiam principiorũ demonstrationis ad noticiã conclusionis eius. et hoc ad magis declaranda principia de quibus ĩmediate processerat sermo. Et de hac materia ponit duas cõclusiones. prima est. q᷈ ad habẽdã scientiã de conclusione per demonstrationẽ: non solũ oportet principia aut omnia aut aliqua precognoscere: sed τ illa magis credibilia τ scita esse cõclusiõe necesse est in quali

bet

bet disciplina. Et in hac tertia parte to=
ta hoc verbum scire accipitur large. scz
in prima vel in secūda earū quatuor ac
ceptionū quas in prima parte hui⁹ cap.
posuimus. s. pro quacūqz noticia propo
sitionis/siue sit opinio/siue intellectus/
siue scientia proprie dicta. Unde ad hoc
denotandū adiūgitur ei hoc verbū cre=
dere vel opinari. Et notāter in cōclusio
ne dictū est principia aut omnia aut ali
qua: quia licet in vna disciplina totali
oporteat omnia eius principia scire: ta=
men hoc nō opus est ad quālibet cōclu
sionem seorsum. nam ad istam conclu=
sionem sciendā: omnis triāgulus habet
tres angulos equales duobus rectis:
non est necessariū prescire omnia prin=
cipia geometrie. i. om̄es dignitates/om
nes suppositiones/om̄esqz diffinitiones
⁊ diuisiones terminorū: sed ea dumta=
xat principia ex quibus pendet scientia
illius cōclusionis. nō enim omnes con=
clusiones eiusdē discipline innituntur eis=
dem principijs: sed he istis/ille alijs ⁊c.
His prenotatis Aristot. probat suā con
clusionē duabus rationib⁹ altera quidē
ostensiua/⁊ altera ducens ad impossibi
le. Prima ratio huiusmodi est. scientia
cōclusionis per demonstrationē acquiri
tur. vt patuit in secūda diffinitione ipsi⁹
scire: sed sillogismus demōstratiuus (vt
eius diffinitio materialis explicuit) con
stat ex principijs: ergo ad demonstran
dam conclusionē oportet principia pre=
cognoscere: et hec fuit prima pars date
conclusionis. Secūda vero. s. qđ princi
pia debeant esse magis scita siue cogni=
ta ipsa cōclusione: quāuis sequatur ma=
nifeste ex illa particula diffinitionis: ex
prioribus ⁊ notiorib⁹: tamē adhuc pro=
bat eam Aristoteles topice ex quadā re
gula dialectica sumpta ex tertio lib. suo
rum Topicorū. semper enim propter qđ
vnūquodqz est: ⁊ illud magis est. Sen=
sus est. quādo propter aliquid esse tale:
alterum tale est: ipsum propter quod
alterū est tale: est magis tale. patet regu
la exemplis. quia id propter quod ama
tum alterum amamus: est magis ama
tum a nobis quam illud alterum. vt si
amam⁹ discipulū propterea quod ama
m⁹ magistrū: proculdubio magis ama
mus magistrū quam discipulū. In se=
cūdo autem methaphisice Aristoteles
eādem regulā probat exemplo de igne
calido et de alijs calidis ab eo calefa=
ctis ⁊c. Sed clarū est quod scimus con
clusionē propter principia precognita:
que etiam dicta sunt cause cōclusionis:
ergo principia demōstrationis oportet
nō solū prius scire: sed etiam magis sci
re conclusione demonstrāda. hec est in
summa prima ratio Aristotelis. Huius
rationis ipse primo ponit maiorē/dicēs.

¶ Quoniam autem oportet cre
dere ⁊ scire rem. i. conclusionē in haben
do huiusmodi sillogismū quē vocamus
demōstrationē. Deinde ponit minorē:
est autem hic sillogismus probans con
clusionem eo quod sunt scita ea ex qui=
bus est ipse. i. principia ex quibus demō
stratio procedit. Tertio infert cōclusio=
nem dicēs. necesse est nō solū precogno
scere prima aut omnia aut quedā: sed
⁊ magis. Quarto ad probationē huius
vltime p̄tis adducit regulā topicā. sem=
per enim propter qđ vnūquodqz est: il
lud magis est. vt propter qđ amamus:
illud magis amicū est. Quinto infert
partē istam magis clare dicens: quare
siquidem scimus cōclusionē propter pri
ma ⁊ credimus: ⁊ illa scimus ⁊ credim⁹
magis: quoniā propter illa ⁊ posteriora
i. conclusiones scimus et credimus. Et
intellige principia debere esse magis sci
ta cōclusionibus in disciplinis: non qui=
dem intensiue sed specifice. ita quod no
ticia principiorum sit alterius speciei/et
meliores quā sit noticia conclusionis.
huius signū est quia paulo inferius co
gnoscens principia dicetur meli⁹ dispo=
situs quā sciens conclusiones. alias pos
set in aliquo tantū intendi noticia con=
clusionis quod adequaretur noticie p̄n
cipiorū. hoc autem est impossibile. quia

sunt noticie diuersarum specierum. ¶ Regula vero topica ab Aristo. inducta in hoc loco: a varijs vario modo declaratur. sed melius omnibus eam declarat ipsemet in secundo libro methaphisice/dicens. vnumquodque vero maxime aliorum dicitur id secundum quod alijs inest vniuocatio. vt puta ignis calidissimus est: quia hic est alijs causa caloris. verus ergo huius regule sensus est. quod quando eadem denominatio potest conuenire cause et effectui vniuoce: causa dicitur magis talis secundum illam denominationem quam effectus. vnde non sequitur. aer est calidus propter solem. ergo sol est magis calidus. nec sequitur. homo est ebrius propter vinum: ergo vinum est magis ebrium. quia ille sunt cause equiuoce illorum effectuum: regula autem non tenet nisi in causis vniuocis: neque in eis omnibus sed in solis illis quarum denominatio potest suscipere magis et minus. quia non sequitur socrates est homo propter calliam patrem suum hominem. ergo callias est magis homo quam socrates. Quare ad veritatem huius regule opus est quod fiat comparatio inter duo susceptiua eiusdem denominationis: et que possit de eis predicari secundum magis et minus. vnde notanter in prima huius regule expositione diximus: quandocunque propter aliquid esse tale: alterum est tale etc. ad denotandam vniuocationem inter comparabilia respectu eiusdem predicati suscipientis magis et minus. Et quia principia demonstrationis conueniunt cum conclusione in hac denominatione scibile vel cognoscibile vniuoce. quia tam principia quam conclusio sunt propositiones a nobis cognoscibiles: et est hoc predicatum dicibile de diuersis subiectis secundum magis et minus: quia ergo conclusionem cognoscimus propter principia cognita: necesse est principia esse magis cognita quam conclusionem. Secunda ratio Aristo. ad eandem conclusionem ponit. ibi.

¶ Non potest autem magis credere.

que est ducens proteruum ad inconueniens seu ad manifeste falsum. et formatur sic secundum communes expositores. si volens acquirere scientiam per demonstrationem non precognosceret principia et non eis magis crederet quam conclusioni demonstrande: sequeretur quod non magis crederet ijs que nouit quam eis que non nouit (quamuis comparatio sit impropria) consequens est manifeste falsum et inopinabile apud omnes. ergo antecedens erat falsum. scilicet oppositum nostre conclusionis. quare sequitur quod nostra conclusio fuit vera. consequentia est notissima: quia acquisiturus scientiam ante demonstrationem: conclusionem non nouit: et principia demonstrationis nouit: ergo si per aduersarium non magis credit principijs quam conclusioni: sequitur quod non magis credit ijs que nouit: quam eis que non nouit. huius rationis Aristo. primo ponit falsitatem consequentis prime consequentie dicens. non potest autem. i. sequitur quod non posset quis de numero credentium. i. cognoscentium veritatem per demonstrationem: magis credere. i. cognoscere esse vera ea que scit: quam ea que non contingit. i. nondum attingit: neque sciens. i. scientia proprie dicta: neque melius dispositus quam sciens. i. neque intellectu: que est melior dispositio quam scientia. Deinde ponit probationem consequentie dicens.

¶ Accidet autem. i. sequetur hoc inconueniens: nisi aliquis de numero credentium. i. scientiam acquirentium per demonstrationem: precognouerit. i. prius et certius cognouerit principia quam conclusionem demonstrationis. Tertio ex falsitate predicti consequentis infert veritatem sue conclusionis opposite/dicens.

¶ Magis ergo necesse est credere principijs aut omnibus aut quibusdam quam conclusioni demonstrationis. in hac ergo ratione verbum contingit non est accipiendum in textu pro accidit vel euenit vt sepius in Aristot. sed pro attingit vel assequitur seu acquirit noticiam. Quia tamen hic textus est valde anceps et difficilis colligantie in verbis suis: ideo potuit pati aliam intelligentiam quam sequitur Jacobus Faber Stapulensis.

qui dicit in hoc loco Aristotelem voluisse aliam conclusionē ponere & probare de noticia principiorū demonstrationis hanc.s.principia aut per demonstrationem scisitur: aut circa ea melius affecti esse debemus quā si demōstratione ea sciremus. que quāuis nō sit expressa in textu Aristo.tamen dicit eam ibi probari ratione ostensiua hoc modo. non est possibile quempiam credere magis ea q̄ scit.i. prescit ante demōstrationē:(quod de principijs demōstrationis cōcessum est) que tamē nō est sciens/neq; per demonstrationē: neq; circa ea est melius dispositus quā sciens per demōstrationem. sed hoc accidet nisi quis credēs principia cognoscat ea per demonstrationem: aut circa ea melius dispositus fuerit quā si p demōstrationē ea cognosceret. (nā necesse est magis credere pricipijs aut omnib⁹ aut quibusdā quam cōclusioni: vt superi⁹ in precedentibus probatū est) principia igitur aut per demōstrationē scisitur: aut circa ea meli⁹ dispositi esse debem⁹ quā si ea fuerim⁹ demōstratione sciētes. Ad huius rationis fundamentū hic Faber dicit quod verbū contingit in textu isto male positum est a nostro interprete. nam in greco textu Aristotelis verbum tynchano in hoc loco positum anceps vocabulū est siue equiuocum ad esse: et ad contingere siue attingere vel assequi. et recti⁹ videtur vt hac in parte accipiatur pro esse. vt sit textus correctus hoc modo. nō possibile autem credere magis que scit: queq; non est neq; sciens neq; melius dispositus quam si fuit sciens. ergo Faber iste/loco verbi contingit ponit verbum est: et loco contigerit verbum fuit aut fuerit. Sed quicquid sit de hac noua interpretatione: quia nobis ignota est: qui Grece nescimus. tamen expositio ista non placet propter duo. tum quia cōclusio hec quā secūdā facit in hoc loco: non apparet in textu siue Greco siue latino: sed extra textum ponit eam mere ad placitum. tum etiā quia in secunda parte huius capitis fuit per illa particula diffinitionis ex immediatis siue ex indemonstrabilibus: probatum est quod principia demōstrationis non possunt demonstratione probari: vt quid ergo in hoc loco Aristoteles hanc nouam questionē adduceret q̄d principia illa oportet aut demonstratione scire aut circa illa melius disponi &c. Stemus ergo in cōmuni aliorum expositione quod in hoc loco: non potest autem &c. Aristoteles ponit secundam rationem ad primā conclusionem: que dicta est ratio ad impossibile siue ad inconueniens deducendo proteruū: scilicet quod acquisiturus scientiam per demonstrationem nō magis crederet vera esse que nouit: quam ea que nondū nouit: si non magis crederet principijs quā conclusioni demonstrationis. quia demonstraturus iam nouit principia: conclusionem nondum nouit. si ergo non magis crediderit vera esse principia quam cōclusionem: non magis credet ijs que iam nouit quam ijs que nōdum nouit. Sequitur textus.

¶ Magis autem hoc debētē habere sciētiā p demōstrationē &c. ponit secūdam conclusionē: scilicet hāc. debentē habere scientiam conclusionis per demonstrationē: nō solū oportet magis scire pncipia/magisq; eis credere q̄ cōclusionē q̄ demōstrāda ē: sed etiā neq; aliq̄d aliud ei d̄bet esse noti⁹ ac credibili⁹ oppositis principijs: ex q̄b⁹ fit sillogismus ignorantie vel contrarie deceptionis. hec conclusio clara est in textu. et sensus est. quod per demōstrationē habere volens scientiam de conclusione: tam certus esse debet de veritate principiorum ex quibus procedit demonstratio: quod ex illa certitudine fiat certus de falsitate oppositorū.i. cōtrariarū vel contradictoriarū propositionū. hāc conclusionē Aristoteles breuissime probat. quia habens scientiam simpliciter de sua cōclusione debet esse immobilis

a sua scientia sic.s. quod non habeat formidinē vel titubationē de falsitate sue cōclusionis/ vel de veritate cōtrarie aut cōtradictorie eius. hoc autē accideret si non esset certus de falsitate oppositorū principiorū. ergo conclusio secunda est vera.cōsequentia est notissima: quia ex certitudine atq; euidētia principiorū demonstrationis pendet certitudo ac euidētia cōclusionis. ergo si nō haberet homo omnimodā certitudinē de veritate principiorū & de falsitate oppositorū: dimoueri posset a sua scientia per aliquā persuasionē in oppositū:quare non habebit scientiā simpliciter de cōclusione: nos autē hic de sola scientia simpliciter loquimur. ¶ Circa hanc literā tria notari opus est. Primū q̄a in principio cō-

primū nōbile.

clusionis dixit Aristot. debentē habere scientiā de cōclusione per demonstrationem &c. per qd̄ innuit qd̄ si aliquis haberet euidentiā de conclusione non per illā demonstrationem: sed per experiētiam sensibilē: vel forte per aliā demonstrationem:non esset necessariū magis credere principijs quā conclusioni/vel scire principia huius demonstrationis esse vera/& opposita principiorū esse falsa.vnde iste textus:magis autem volentem habere scientiam per demonstrationem: ab aliquibus ponitur esse finis rationis precedentis:ab alijs vero ponitur esse principiū huius secūde conclusionis: quia ad vtramq; conclusionem limitandā facere potest. ¶ Secūdum

Scdm nōbile.

notabile est.quod latinus codex in fine huius capituli dicens:oportet scientem simpliciter nō incredibilem esse:corruptus est:sed dicēdum fuit: non mutabilem vel immutabilē esse.et hoc propter duo.tum q̄a textus grecus habet: ametaptoton. quod vocabulum nō incredibilem significat: sed poti⁹ immutabilē/ & qui a sua sentētia dimoueri nequeat. tum etiam quia non facit ad propositū huius rationis dicere non incredibilē: vbi probandum erat quod habens sciētiam simpliciter de cōclusione debet esse certus de veritate principiorū & de falsitate oppositorū: sed potius quadrat si dicatur oportere eum non esse dimouibilem seu persuasibilē ad oppositū.hoc enim dicebat Aristot.ad differentiā argumentationis dialectice:que non facit tantā certitudinem de veritate cōclusionis quā probat: quin relinquat formidinem de opposita: quare omnis talis posset persuaderi per aliā rationē probabilem ad assentiēdū opposito sue cōclusionis: est ergo a sua sententia mutabilis. demonstratione vero habens sciētiam simpliciter de conclusione est omnino immutabilis a sua sentētia. et hoc propterea quod ei nihil est credibilius suis principijs in veritate:& oppositis eorum in falsitate. vnde bene concludit: quod oportet scientem simpliciter immutabilem esse. Quare autoritas vulgata que ex hoc loco citari solet: oportet adiscentē credere: non habet hic certum fundamentum: vbi nihil de credulitate et fide: sed de certa scientia atq; immutabili sentētia sermo erat. ¶ Tertio hic aduertendū quod Jacobus faber alium sensum habet de ista conclusione secūda: quā tamen (vt diximus) ipse tertiam facit. et sensus eius est. qd̄ habens scientiā simpliciter de cōclusione per demonstrationē: non solum debet magis credere principijs quā conclusioni: sed etiam opus est qd̄ eis magis credat quam oppositis principiorū: ita qd̄ nullū eorū credibilius ei sit quā sua principia.quia illo dato:nō esset immutabilis in sua sciētia.i. firm⁹ & certus sed formidolosus:q̄a nō esset oīno certus de veritate principiorū. Iste tamen sensus parū differt a precedente.cui em̄ oppositū p̄ncipij alicui⁹ est noti⁹ aut credibili⁹: ille nō est oīno cert⁹ de veritate illi⁹ principij & de falsitate oppositi.

Tertiū nōbile.

Qd̄ autē text⁹ dicit: qd̄ ex oppositis principiorū sit sillogism⁹ contrarie deceptionis: inferius declarabitur in cap.16. de sillogismo ignorantie.si enim hec principia demonstrationis generant scientiā:

oppoſita generant errorem: quia oppoſita non poſſunt ſimul eſſe vera: quare aſſenſus vtrorū ſunt cōtrarij ⁊ repugnantes: ſic qđ ſi alter eorū ſit ſcientia: alter erit error ⁊ ignorātia praue diſpoſitionis. ¶ Hactenꝰ de cōmētario huiꝰ ſecūdi capitis: in quo principalis intentio erat declarare demōſtrationem: que eſt ſubiectū attributionis huius doctrine: ⁊ quia demōſtrationis propria paſſio erat faciens ſcire: oportuit declarare hoc verbū ſcire. Ex diffinitione autē demonſtrationis data eſt occaſio declarādi quedā alia vocabula ad hoc negociū pertinentia: quorū tamen precipuū fuit hoc complexū: principiū immediatū: de quo in ſecūda parte huius cap̄. actū eſt diffinitiue ⁊ diuiſiue. Et deniq in tertia parte diſputatū eſt de cōparatione principiorū ad concluſiones in demōſtrationibus ⁊ in ſcientijs omnibus.

¶ Queſtiones idonee in hoc cap̄.

¶ Quare ex predictis omnibus manifeſtū eſſe poterit cuilibet vel mediocriter docto: que de numero queſtionū (q̄ ſuper hoc capitulū moueri ſolent) ſint idonee ⁊ facientes ad propoſitū: ⁊ que impertinētes ⁊ extranee. ¶ Nēpe queſtiones de bonitate diffinitionū ipſius ſcire/ ⁊ demonſtrationis/ aliorumq vocabulorū huiꝰ cap̄. ſuperflue ſunt ⁊ inanes poſt cōmentariū huius declarationem. ¶ Illa vero queſtio: vtrū ad habēdum ſcientiam de aliqua re oporteat ſcire omnes cauſas eius: impertinentiſſima eſt in tota logica Ariſtotelis. conſtans enim ex terminis prime impoſitionis potius eſt methaphiſica aut phiſica q̄ſtio quā logica. ¶ Sola autē queſtio de prioritate naturali principiorum ad cōcluſionē in demōſtratione: ⁊ de maiori credibilitate ſiue notione eorū faceret ad propoſitū huius cap̄. in quibus tamen cōmunes queſtionarij ſatis leuiter pertranſeunt: ⁊ pauciſſima extra textū notatu digna in hoc loco ſcripſerūt.

¶ Caput. iii. excludit duos errores circa demōſtrationē ⁊ ſcientiam.

Quibuſdam autem propter id quod oportet prima ſcire ⁊c̄. Ex diffinitionibus ſciētie ⁊ demōſtrationis male intellectis occaſionē habere potuerunt duo errores: ſuper quibus opus eſt lectorem admonere: ne forte ex ignorantia incidat in labyrinthū inexplicabilē. Errores eſſent ſi diceretur vel qđ non eſt poſſibile nos aliquid ſcire: vel quod opus eſt omnia demonſtratiue ſcire. Occaſio vtriuſq erroris vna ⁊ eadem eſt ſumpta ex dictis diffinitionibꝰ. ſi eīm ſcire ſimpliciter eſt per demōſtrationē: ⁊ demonſtratio procedit ex prioribus ⁊ notioribus principijs. i. prius notis ⁊ ſcitis: videtur ſequi vel quod ſit impoſſibilis nobis ſcientia per demonſtrationē: vel qđ omniū ſit demōſtratiua ſciētia. i. tam principiorū quam concluſionū: patet conſequentia. quia vel principia demonſtrationis ſunt ſcita vel non. ſi primum: ergo omniū eſt ſcientia ⁊ demonſtratio. ſi ſecundū: ergo nullius eſt ſcientia. quia ignoratis principijs demōſtrationis ignoratur concluſio. Ad euitandos ergo errores iſtos/ Ariſtoteles in hoc capite procedit ſic. Primo enim errores proponit: et fundamēta eorum declarat. Deinde vero primū errorē euacuat: ſcilicet dicētiū nos nihil poſſe per demōſtrationē ſcire. Tertio ſecundū errorem impugnat: ſcilicet eorū qui dicūt omniū eſſe demonſtrationē ⁊ ſcientiā. Erunt igitur tres partes huiꝰ cap̄: ſecūda ibi. nos autē dicimus. tertia: ibi. circulo quidē. Due prime p̄tes faciles ſūt ⁊ plane in textu. tertia v̄o eſt ſub obſcurior. Errores proponens Ariſto. dicit. quibuſdā autē: ſuple philoſophis: ques tamē non nominat. nec credo quod iſti erāt Achademici: vt patet ex ratione. ſci

licet propter id qđ ad habendam scien=
tiam simpliciter oportet prima. i. princi
pia demonstrationis scire. suple que ta
men sciri non possunt: non videtur eis
sciētia esse possibilis per demonstratio
nem. Quibusdā.i. alijs videtur scientia
esse possibilis per demonstrationē: et ad
hoc sustinēdū putant omniū esse demō
strationē. i. oīa posse demōstrari tam
principia quā cōclusiones. quorū tamē
extremorū neutrū est verū/neqꝫ neces=
sarium.i.necessaria ratione probatū.qđ
ex ꝓpositione suarū rationū: et ex harū
solutione manifestū fiet. Ratio primi er
roris tangitur.ibi.

¶ Ponētes aūt nō esse oīno pro
cessum infinitū in ꝑncipijs volūt reduci
ꝓbationē suā.quo posito: inferunt tanꝙ
vtiqꝫ.i. procerto nō sint sciētes posterio=
ra.i.cōclusiones: propter priora.i.princi=
pia prius nota. q.d. qđ procedēdo ininfi
nitū.s. ascēdēdo per principia demōstra
tionis: nunꝙ ꝑueniretur ad prima ꝑnci
pia.qꝛ impossibile est infinita ꝑtrāsire.
infinitorū ergo principiorū nō sunt pri=
ma principia: et sic nō erunt scita princi=
pia demōstrationis.nō erunt ergo scien
tes posteriora per priora ignota. Et si
stent demōstrātes.i.non procedāt ininfi
nitum in principijs: sed sint dāda prima
principia ad que fit status: hec ꝑncipia
putant ignota esse.i. non scita: cū demō
stratio nō sit ipsorū.qđ quidē dicunt isti
esse scire solū.s. ꝑ demōstrationē. ꝓ pau=
cioribus ergo et clarioribꝰ verbis ratio
sua hec est.omē scire est per demōstra=
tionē. s. procedendo ex principijs prius
et magis notis cōclusione: sed impossibi
le est scire principia demōstrationis. er
go etiā impossibile est scire cōclusionē.
cōsequētia est notissima.et maior suppo
nitur ex diffinitione ipsius scire.s. quod
est per demonstrationē cognoscere.mi=
nor vero probatur qꝛ vel in principijs
demōstrationis ascēditur probādo hec
per illa/et illa per alia.et sic cōsequēter
ininfinitum: vel statur ad aliqua prima
principia vltra que non amplius ascen
ditur. sed quocūqꝫ istorū concesso non
sciūtur principia demōstrationis. si enī
fiat processus ininfinitū nō erit dare pri
ma principia scita: et sic nulla erūt prin=
cipia scita. si sit statꝰ ad aliqua ꝑma prin
cipia: illa non erūt scita.qꝛ non demon
strata per alia priora. siquidē omne sci=
re est per demōstrationē ex prioribus.
Concludens ergo istorū rationem Ari
stoteles.subdit.

¶ Quare si non est.i.non cōtin=
git prima scire: neqꝫ que ex eis sunt.s.co
gnoscenda erit.i. continget scire.s. cōclu
siones/neqꝫ simpliciter/neqꝫ proprie lo
quendo de scire: sed solū erit scire ex cō
ditione: si illa principia sint vera.quod
potius est credere cōclusionē esse verā:
quā proprie scire illā. Totus defectus
huiꝰ rationis stat in equiuocatione hu
ius verbi scire.quia si accipiatur quarto
modo et proprijssime vera est maior. et
tunc etiam minore cōcessa: ꝯña non va
let.quia ad sciendā conclusionē non est
necessariū scire principia demonstratio
nis. si vero scire accipiatur tertio modo
et cōmuniter: maior est falsa. minor etiā
est negāda qꝛ principia possunt sciri sal
tem ex terminis vel ꝑ inductionē. Qua
re existentibus premissis huiꝰ argumē
ti veris cōsequētia est inualida. si aūt al
tera ꝑmissaꝝ fuerit falsa: cōsequētia qꝛ=
dē erit bona: sed cōsequēs erit falsum.
hāc solutionē licet obscurius Aristo.po
net in secūda ꝑte huiꝰ articuli. Deinde
ponit rationē secūdi erroris cum dicit.

¶ Quidā autē de eo quod vere
est scire ipsum esse confitentur.i.conce=
dūt qđ est possibile nos aliqđ scire: sed
quia isti etiā cōcedūt qđ omne scire est
ꝑ demonstrationē et solū per illā: dicūt
qđ nihil ꝓhibet oīum esse demōstratio
nem.i.tā ꝑncipiorū ꝙ cōclusionū: quare
nꝰ oīa sciri possint a nobis.et ad euitā
dū ꝓcessum ininfinitū in demōstratione
ꝑncipiorū: addūt qđ aliquādo cōtingit
demonstrationē fieri circulariter. ita qđ

hec.i.principia demonstrantur ex his q̄ sunt iam demōstrata per illa principia: ⁊ sic principia et cōclusiones demōstrēt sese adinuicem. vnde isti ad ratione alio rum respōdentes dicerent qd non ꝓce ditur ininfinitū in demonstratione prin cipiorū: sed est status ad aliqua prima principia: que iam nō demonstrātur ꝑ alia priora: nec tamē remanent ignota: quia demōstrātur per posteriora.i. per cōclusiones. vnde fit ꝓcessus circularis a principijs per conclusiones redeūdo ad principia.

¶ Secunda pars capituli.

¶ Nos autem dicemus &c.

Reprobat supradictos duos errores quantū ad principale fundamentū eo rum.s.qd omne scire est per demonstra tionē. In hoc eīm cōcordabant ille due opiniones: vt declaratū est. contra hoc ponit Aristoteles hāc conclusionē. nos autē dicim⁹ non omniū.s. scibiliū scien tiam demonstratiuā esse.i.demōstratio ne esse acquirendā: sed īmediatarū pro positionū scientiā esse indemonstrabilē i. non acquisibilem per demōstrationē. et quāuis hec ꝓpositio sit nota ex termi nis: tamē Aristo. probat eā ratione. ibi.

¶ Et hoc quidē necessariū esse manifestū est.s. ex predictis in precedēti cap̄. si enim necesse est prescire priora ex quibus est demonstratio: ⁊ statur ali quando ascendēdo ad aliqua principia immediata. ergo illa indemonstrabilia esse necesse est. sed clarū est quod in sci entijs aliquando statur ad aliqua prin cipia immediata: quia nunquam in eis proceditur ininfinitū vt latius probabi tur infra cap̄. 18. ergo nostra conclusio est vera quod immediatarū propositio num scientia est indemonstrabilis.i. nō acquisibilis demonstratione. quia igi tur hoc sic se habere probauimus: ad dimus ⁊ aliud: quod non solum est no bis possibilis scientia: sed ⁊ principium aliquod scientie esse notum nobis sine demonstratione: scilicet quia cognosci mus terminos eius / ex solaqꝫ apprehē sione terminorū assentimus principio perse noto. Hec est illa vulgata Aristo telis autoritas. quod prima scientiarū principia cognoscimus esse vera nō per rationem aliquam: sed principia que dam cognoscimus inquantū terminos eorum apprehendimus. Relinquitur ergo prima opinio esse falsa ⁊ fundamē tum ei⁹ penitus euersum: scilicet quod ad habendam scientiā simpliciter ⁊ pro prie dictam de cōclusione demonstra tionis: quod oporteat principia ei⁹ etiā demonstratione esse scita. hoc enim fal sum est. quia vt in capite precedenti di ctum est: demōstratio que facit scire sim pliciter procedit ex principijs immedia tis ⁊ indemonstrabilibus. quare illa nō sciūtur esse vera ꝑ aliq̄ demōstrationē.

¶ Tertia pars huius capi tis alijs prolixior.

¶ Circulo quidem quod impos sibile sit ⁊c̄. Procedit contra secundum errorem: qui dicebat principia demon strationis ⁊ scientie posse demonstrari. fundamentum eius erat quia possibilis est circulatio indemōstratiuis. primo ergo destruit Aristoteles hoc fundamē tum. deinde arguit contra opinionem ipse: ibi. at vero neqꝫ hoc possibile ⁊c̄. hoc fundamentū destruit Aristote. dua bus rationibus. prima est ostensiua. se cunda ad incōueniens deducit. propo nens igitur in primis fundamentū de clarat ipsum dicēs. circulo autē qd im possibile sit demōstrare.s. simpliciter.i. demōstratione q̄ faciat scire simpliciter. vt nos diffiniuim⁹. manifestū ⁊ clarū erit ex nr̄is rationib⁹. prima sit hec. siqdē ex priorib⁹ ⁊ notiorib⁹ simpliciter oportet esse demōstrationē q̄ facit scire simplr: vt in ei⁹ diffinitione ꝓbatū est: sed im possibilis est circul⁹ in hm̄ōi dm̄ōstratio ne. q̄a īpossibile ē eadē eisdē.i. duas enū ciatiōēs ad se iuicē cōpatas: esse sibi iui

cem priora et posteriora: esse notiora et
min⁹ nota. nisi forte altero. i. alio et alio
modo. hoc est nisi diuersis modis priori
tatis et posterioritatis. vt pote quod hec
sint priora ad nos: illa vero sint priora
simpliciter et secūdū naturam. quo mo=
do. i. ex prioribus ad nos inductio nō de
monstratio facit principiū notum. Est
itaq; ratio Aristotelis in summa. si de=
monstratio simpliciter posset circulo fie
ri: sequeretur quod idē respectu eiusdē
esset prius et posterius: notius et minus
notū eodem modo. sed hoc est impossi
bile: et implicat contradictionē: ergo nō
est possibile quod in circulo fiat demon
stratio simpliciter. cōsequentia est mani
festa. et maior probatur ex diffinitione
demonstrationis. quia demōstratio sim
pliciter procedit ex prioribus et notiori=
bus secundū naturam: ex dictis supra
in cap. secūdo. si ergo huiusmodi demō
stratio cōuertatur in circulū (sic quod
ex principijs demonstrētur cōclusiones:
et vice versa ex cōclusionibus demōstrē=
tur principia:) sequitur manifeste princi
pia esse priora et notiora simpliciter/et se
cundū naturam cōclusionibus: et eodē
penitus modo conclusiones priores ac
notiores principijs. minor etiam proba
tur ex terminis. quia si principiū est na
turaliter prius cōclusione: ergo conclu=
sio existēs posterior nō est natura prior
suo principio: et si ex ea possit demonstra
ri principiū eius: conclusio est naturali
ter prior suo principio: quare eadem cō=
clusio est/et non est natura prior eodem
principio. q̄ est manifesta cōtradictio.

Notandum. ¶ Notāter in maiori ppositione dictū
est: prius et posterius/notius et min⁹ no
tum eodem modo: quia diuersis modis
non esset incōueniens. posset enim fieri
probatio circularis principij per conclu
sionem et ecōtra: sic quod prior demon=
stratio esse propter quid: et posterior es=
set demonstratio quia. vt terra interpo
nitur diametraliter inter solem et lunā:
ergo luna ecclipsatur. et econtra. luna
ecclipsatur ergo terra interponitur. Itē
posset fieri circulatio demonstrationis
causalis inter aliqua duo variando ge
nus cause. quia Aristo. in secundo phisi
corum dicit qd cause sunt sibi inuicē cause:
vt materia est causa forme: et forma est
causa materie. vel efficiens est causa fi=
nis: et finis est causa efficiētis. vt Socra
tes ambulat post cenā ergo appetit sa=
nitatē: et econtra. vult sanitatē q̄ conatur
ambulare post cenam. et ita in multis
alijs variando genus demonstrationis
vel genus cause si fiat circulatio nullū
accidit incōueniens. stando tamē in eo=
dem genere demonstrationis/et in eo=
dem genere cause: impossibilis est cir=
culus in demonstratione simpliciter: q̄a
sequitur manifesta contradictio: vt iam
probatum est. Si ergo ex principijs de
monstrata conclusione: iterum ex cōclu
sione probentur principia: illa secunda
probatio nō erit demonstratio simplici=
ter: sed vel erit inductio/vel dialectica
ratio/vel aliud genus cause/vel aliud
genus demonstrationis ab ea q̄ dicitur
demonstratio simpliciter. quare nō est
possibile quod fiat circulus stando sem
per in demonstratione simpliciter et po=
tissima. Ex hac ratione patet responsio
ad vnam cauillationē: que posset fieri
contra diffinitionē demonstrationis. et
ponit eam Aristoteles: ibi.

¶ Si autem sic: scilicet quod alio
et alio modo dicantur priora et posterio
ra: nō igitur recte diffinitū est scire vno
duntaxat modo: sed duob⁹ modis erat
diffiniendū: scilicet ex prioribus secūdū
naturam et prioribus quo ad nos. Ad
hanc cauillatione respondet Arist. ibi.

¶ At non simpliciter: sensus est.
quod demonstratio altera. s. secūda in=
circulo. videlicet qua ex cōclusione pro
batur principiū: non est demonstratio
simpliciter: quia procedit ex notioribus
nobis: nos autē diffinimus demōstra
tionem simpliciter. s. ex priorib⁹ et notio
ribus secundū naturā. et de illa nunc di
cimus quod est impossibilis in circulo.

quare demõstratio simpliciter faciens scire vno tantũ modo erat diffinienda. quia vno dumtaxat modo fieri potest.s. ex prioribus ⁊ notioribus simpliciter et secundũ naturam: quo modo principia demõstrationũ probari nõ possunt: sed solum ex prioribus ad nos. i. per inductionem ⁊ experientiam sensus. Sequitur textus.

¶ Accidit autem dicẽtibus. est secũda ratio Aristo. cõtra ponentes circuculũ in demonstratione simpliciter. et dicit quod dicẽtibus circulo demonstrationem esse: accidit incõueniens non solum quod nũc. i. in prima ratione dictũ est. s. eadem sibi inuicẽ priora ⁊ posteriora esse eodem modo: sed etiam accidit eis aliud incõueniens: quod demõstrare nihil aliud esset quam dicere: hoc est si hoc est. i. probare idem per seipsum. quod est petere principiũ ⁊ nihil probare. sic autẽ facile esset demonstrare omnia. s. vnũquodq; per seipsum. vt homo est risibilis: quia homo est risibilis: ⁊ sic de alijs. hoc autem dicere est valde ridiculum apud omnes sapientes. ergo nõ est possibilis circulus in demonstratione simpliciter. Quod vero hoc sequatur probat Aristoteles. ibi.

¶ Manifestũ autem est. i. probo manifeste qd hoc sequatur ad istã positionem. et pono tres terminos exempli gratia: scilicet. A. B. C. in quib9 volo facere probationẽ circularẽ. non enim refert ad formã huius rationis ponere multos aut paucos terminos. i. duos aut tres vel plures. et nihil etiã refert ponere exemplũ huius circulationis in terminis incõplexis aut in ꝓpositionibus: qa eadẽ erit forma arguẽdi. sed id facili9 ⁊ clari9 erit in teris quã in ꝓpositionibus: ⁊ in paucis terminis quã in pluribus. Sint ergo tres termini. A. B. C. et arguo sic. cum enim sit. A. ex necessitate erit. B. et cũ sit. B. ex necessitate erit C. ergo de primo ad vltimũ cum sit. A. de necessitate erit. C. hec est probatio directa. modo faciamus reflexionẽ et circulum: si ponatur hoc esse possibile. et primo in duobus tantũ terminis. A. et B. si cum sit. A. necesse est. B. esse. ergo conuertẽdo cũ sit. B. necesse est. A. esse. hoc enim est circulo arguere: ⁊ quia in probatione directa ad esse. B. sequebatur esse. C. in probatione vero reflexa ad esse. B. sequebatur esse. A. ergo ad esse. B. sequitur tam. C. quã. A. quare ponatur. A. in tertio loco: in quo erat. C. sic arguendo. cũ sit. B. erit. A. quia ꝑ casum. A. esse est dicere. C. esse. hoc aũt dicere est: quoniã cũ sit A. est. C. sed. C. est idem ipsi. A. ergo dicentes circulo demonstrationẽ fieri: nihil aliud dicere volunt nisi qd cum sit. A. est. A. sic autẽ omnia demonstrare facile esset: ⁊ tam idiote quam sapiẽtes scirent demõstrare quodcũq; sibi ꝓpositũ. quod est manifeste falsum ⁊ inopinabile apud omnes homines. Sequitur textus.

¶ At vero neq; hoc possibile.

Reprobat Aristoteles eandẽ secundã opinionẽ quantũ ad principale assertũ: quo scilicet dicebant omnia posse demõstrari. et dicit neq; hoc dictum est possibile: sicut neq; fundamentũ eius iam reprobatũ. ponit ergo contra eos hãc cõclusionẽ. quod quãuis demõstratio circularis esset possibilis: tamẽ non ꝓpterea omnia possunt demõstratiue sciri. s. circulo arguẽdo. quia demonstrare circulo non est possibile in omĩbus: sed solum in his q̃ sese alternatim consequũtur sicut sunt ꝓpria. sensus est. quod in solis ꝓpositionibus ex terminis cõuertibilibus est possibilis demonstratio circularis: quorũ terminorũ vnus dicitur alterius propriũ predicabile vel ꝓpria passio. vt homo ⁊ risibile: rationale ⁊ risibile: discipline susceptiuũ ⁊ risibile. et sic de alijs multis. nam in eis ꝓpositio vniuersalis affirmatiua ratiõe materie potest conuerti simpliciter. nunc autem notissimũ est quod nõ omnes ꝓpositiones sunt ex huiusmodi terminis cõposi

te: etiam si loquamur de ꝓpositionibus scientificis. ergo circularis demōstratio nō est possibilis in oib⁹. quare ꝓpter circularē ꝓbationē nō seqtur qḋ oīa possint demonstratione sciri. Igiꝭ admissa circulari demonstratione secūdū aliquē modū possibilē: vt superi⁹ notauim⁹: ad huc secūda opinio nō ꝓbatur esse vera. ¶ Ad hui⁹ cōclusiōis declarationē Aristo. premittit quasdā suppositiones: ex qb⁹ manifeste cōficietur hui⁹ opinionis reprobatio. Prima suppositio: ibi.

¶ Vno qdē posito &c. qa ostēsū est in p̄mo lib. priorū in diffinitione sillogismi qḋ ex vno posito nequaꝙ necesse est aliqd esse. i. seq: alterū. i. ꝯclusionē. Dictū est em̄ qḋ in sillogismo quibusdā positis: necesse est aliud. i. cōclusionē sequi. ergo nō vno solo posito. Dico autē. i. declaro substātiuū illi⁹ adiectiui vno: qa nec termino vno: nec positione vna posita. i. premissa. positio em̄ in hoc loco accipiꝭ p ꝓpositione posita vt principio argumētatiōis. eo modo quo in p̄cedēti cap. diffinita est positio. ergo ex duab⁹ ꝓpositionib⁹ p̄mis. i. premissis: et minimis. i. ad minimū: cōtingit aliqd seq sillogistice: siqdē cōtingat. i. opus sit sillogizare. Est ergo p̄ma suppositio. sumpta ex diffinitione sillogismi posita in p̄mo prioꝝ: qḋ qa oīs demōstratio est sillogism⁹: oportet ad demonstrandū circulariter: qḋ in ꝓcessu directo assumātur plures termini ⁊ plures ꝓpositiones: ad minimum tres termini / ⁊ due ꝓpositiones: alias non cōtingit sillogistice arguere. Secunda suppositio. ibi.

¶ Si qdē. A. ipsi. B. & C. inhereat i. predicetꝭ cōuertibilē. et hec duo. A. et. B. adinuicē suple inhereāt: ⁊ ipsi. A. qḋ est dicere. si ponātur tres termini cōuertibiles. A. B. C. ad hoc qḋ in eis fiat demonstratio circularis: qua siqdē contingit ex alterutris demonstrare. i. cōclusionem ex premissis ⁊ ecōtra: hoc maxime fiet in prima figura sillogismorū in qua oīa qsita. i. oīa ꝓpositionū vel q̄stionum genera sillogistice ꝯcludūtur: sicut ostēsum est in his q̄ de sillogismo dicta sunt. i. in primo lib. priorū. Est ergo scda suppositio. qḋ demōstratio circularis si sit possibilis: maxime fiet sillogizādo in p̄ma figura: immo solū in ea. nā in aliis duab⁹ figuris nō potest fieri sillogism⁹ circularis. Unde subditur.

¶ Ostēsum est autē. s. in secūdo libro priorum qḋ in aliis duab⁹ figuris aut nō fit sillogism⁹ huiusmodi. i. circularis. aut nō fit ex acceptis suple ꝓpositionib⁹ in priori discursu: sed preter eas op⁹ erit ab extra alias accipere. hoc nō est necessariū in prima figura. quare in sola p̄ma figura recte fit sillogismus circularis. immo in solo primo modo prime figure. Ideo subdit.

¶ Quare nō equaliter predicātia. i. nō cōuertibilia nō cōtingit circulo demōstrare. qa argumētatio probatiua qua ex premissis inferꝭ cōclusio. et ecōtra: non pōt fieri nisi in terīs cōuertibilibus. ¶ Ad istarū suppositionū maiorē declarationē sciēdū ex secūdo lib. priorū cap. v. vi. et. vii. qḋ sillogism⁹ circularis est ꝯposit⁹ ex duob⁹ sillogismis altero directo ⁊ altero reflexo. Et secūd⁹ cōcludit alterā premissarū p̄mi ex cōclusione ei⁹ cū cōuersa alteri⁹ premisse. qa vel cōcludit maiorē p̄mi sillogismi ex ei⁹ cōclusione cum cōuersa minoris: vel cōcludit minorē ex conclusione cū cōuersa maioris. Exēplū sit hoc. omne aīal rōnale est risibile: omnis homo est aīal rōnale: ergo oīs hō est risibilis. iste est sillogismus direct⁹. Reflex⁹ pōt fieri primo sic. oīs hō est risibilis: oēe aīal rōnale est homo: ergo oēe aīal rōnale est risibile. Scdo pōt fieri sic. omne risibile est aīal rōnale. oīs hō est risibilis: ergo oīs hō est aīal rōnale. Quare si demōstratio circularis fieret in terīs non cōuertibilib⁹: semꝑ vna p̄missarū esset falsa. Exēplū. oēe aīal est substātia: oīs hō est aīal: ergo oīs hō est substātia. si fiat reflexio p̄mo modo: minor erit falsa sic arguēdo, oīs

Egregia declaratio premissoꝝ

homo est substātia: omne aial est hō:ergo omne aial est suba. si fiat reflexio secūdo modo: maior erit falsa sic arguēdo. ois suba est aial: ois hō est suba. ergo ois hō est aial. Probatū est ergo qđ argumētatio pbatiua circularis nō pōt fieri in oibus teris: sed solū in teris cōuertibilibus. hinc seqtur q demōstratio circularis nō possit fieri nisi in pma figura: et in solo pmo modo eius. qđ inductione pbat. In scda eni figura semp cōclusio est negatiua. ergo oportet alterā pmissarū esse negatiuā: et alterā affirmatiuā. et si affirmatiua premissa deberet circulo pbari: argueret ex puris negatiuis. i. ex cōclusione et ex cōuersa pmisse negatiue. quare in scda figura pmissa affirmatiua nō posset pbari circulo: nisi acciperent alie pmisse extra pmissas directi sillogismi. In tertia etiā figura nō pōt fieri circulus. siqdē in ea semp est cōclusio pticularis. et oportet alterā pmissarū ad minus esse vniuersalē. ergo illa vniuersalis nō poterit i tertia figura circulariter inferri: tū etiā qa vniuersalis nunq cōcludit nisi ex ambabus vlibus: cū ergo in reflexo sillogismo tertie figure cōclusio prioris sillogismi debeat esse pmissa: nō argueret ex duabus vlibus. ergo vniuersalis pmissa nō pōt circulo probari in. 3. figura ex acceptis ppositiōibus in sillogismo directo. sed ad hoc opus esset accipe alias ppositiones extraneas. Ex pdictis palā seqtur qđ neqȝ in aliis modis pme figure a pmo mō demōstratio circularis fieri possit: qa illi vel cōcludūt negatiue vel pticulariter: et accidūt ipedimēta pdicta. ergo in sola pma figura et in solo pmo modo eius esset possibilis demonstratio circularis. in illo aūt modo nō posset circulus fieri nisi essent termini cōuertibiles: vt pbatū est: qa in solis illis ppositio vlis affirmatiua pōt simpliciter conuerti: qđ reqrit ad circularē argumētationē. oēs itaqȝ suppositiones posite sunt vere. Ex quibus Aristoteles concludens intentum dicit.

¶ Quare qm̄ pauca huiusmodi idest cōuertibilia sunt indemōstrationibus: vt iam ostēsum est in suppositionibus: manifestū quidē est. i. manifeste sequtur qđ vanū et ipossibile est dicere demonstrationē esse ex his q sunt adinuicem. i. circulariter et reflexe. i. ex pncipiis ad conclusionē: et iterū ex cōclusione ad pncipia. et pptera dicere qđ omnin cōtigit esse demōstrationē. i. tam principiorū q cōclusionū. hoc inquā est vanū: qa inutile: cū non possit esse regula gn̄alis in arte demōstratiua. ex quo demōstratio circularis si cōcedatur possibilis: nō haberet locum nisi in paucis teris / et in paucis ppositionibus / et in paucis figuris / et in paucis modis sillogismorum. Est etiā hoc impossibile. qa demōstrationē dicere circularē (loquēdo de demōstratione simpl'r faciēte scire) est dicere conclusionē esse simul natura posteriorē: et natura priore pncipiis demōstrationis: qđ est ipossibile qa implicat cōdictionē hāc: qđ conclusio simul sit et non sit posterior natura principiis demonstrationis.

¶ Questiones idonee.

¶ Hactenus de isto tertio cap. sup quo due tantū essent apte qstiones. s. de predictis duabus opinionibus. sed de prima qstiōe: an possibile sit nos aliqd scire: satis dictū est in prohemio huius libri cōtra Achademicos. De secūda vero qstione: an possibile sit demōstrare circulariter: satis bene disputauit Aristo. addūt tn̄ ei ex dictis eius alias: qđ tribus modis est bene possibilis dmōstratio circularis. pmo mutādo demōstrationē ppter qd idemōstrationē qa vel eō. vt pt3 d iterpositiōe terre / et d ecclipsi lune qđ ifra in cap. 14 huius / Arist. dicit expsse. Scdo mutādo ab vno gn̄e cause in aliud. vt sanitas et d ābulare post cibū: sūt sibi inuicē cause: d hoc i. 2. li. huius. Tertio / qn̄ cōclusio pmi sillogismi e alias pbata p aliā vel alias rōnes. qrto nō mō est ipossibilis circulatio. s. qn̄ vtrobiqȝ eēt dmōstratio ppt qd / et i eodē gn̄e cause / et cōclusio pmi sillogismi nō eēt alias scita. et h mō itellexit Arist.

¶ Tractatus tertius de conditionibus propositionum demonstrabiliū generalib⁹. habet cap̄. duo : eorū primū est in ordine.

¶ Caput quartum de dici de omni/ de per se/ ⁊ de vniuersali.

Q Voniam autem impossibile est aliter se habere ⁊c̄. Declarata diffinitiōe scire simpliciter : ⁊ demonstrationis que ei correspōdet : atq̧ reprobatis erroribus circa eam subortis: procedit Aristoteles ad ampliorem probationē eorū que dicta sunt de principijs materialibus demonstrationis. hoc est intēdit speciali⁹ declarare ⁊ ꝓbare ex q̄b⁹ ⁊ qualib⁹ premissis demōstratio faciens scire simpliciter : debeat procedere. Sed in primis Aristoteles insinuare volens suā intentionē : continuat dicta dicendis. et ait. quoniā autē impossibile est : id cuius est sciētia simpliciter. i. conclusionē scibilē demonstrationis simpliciter et potissime : aliter se habere in sua veritate. i. imutabilē esse a sua veritate: vt in diffinitione ipsius scire simpliciter dicebamus : necessarium vtiq̧ erit id esse scibile simpliciter : q𝔡 est probatum per demonstratiuā scientiam. i. per demonstrationē certissimā. Sensus est. q𝔡 ex quo in diffinitiōe ipsi⁹ scire simpliciter vltima particula fuit: ⁊ non est cōtingens siue possibile hoc q𝔡 sic scitur aliter se habere quin sit verū: alias cognitio eius nō esset certa nec sciētia simpliciter : scientia vero simpliciter non habetur nisi per demōstrationem: vt patuit ex diffinitione demōstrationis: est em̄ sillogismus faciēs scire: ergo necessarium est obiectū scibile esse probatum per demonstrationē. nam demonstratiua sciētia est noticia adhesiua propositionis: quā acquirim⁹ habendo demonstrationē. quare sequitur quod demonstratio sit sillogism⁹ procedens ex necessarijs : q̄a conclusio necessaria nō pōt simpliciter sciri nisi ex necessarijs: ⁊ que nō possint aliter se habere in sua veritate : quemadmodū est ⁊ de cōclusione dictū. Hoc itaq̧ supposito: scilicet q𝔡 conclusio demōstrationis que est necessaria: non possit sciri nisi ex necessarijs principijs.

¶ Igitur accipiendum est. i. cognoscendū ⁊ declarādū impresentia ex quibus ⁊ qualib⁹ principijs sint demōstrationes. hoc est. que ⁊ quales cōditiones requirūtur ad hoc quod ꝓpositiones sint necessarie ⁊ apte ad faciendas demonstrationes. Et in primis dicim⁹ q𝔡 debent esse ꝓpositiones de dici de omni/ ⁊ predicationes p̄se/ ⁊ de predicato vniuersali. primū itaq̧ demonstrabimus. i. declarauimus q̄d sit dici de omni/ quid p̄se/ ⁊ q̄d vniuersale. hec tria declarabimus in hoc capite. vnde erunt tres partes eius.

¶ Prima pars de dici de omni.

¶ De omni quidē hoc dico &c. sensus est: illud predicatū est de omni respectu sui subiecti: quod de eo vere affirmatur: non in quodā quidē in quodā autē non. i. non pro vno supposito subiecti: ⁊ pro alio non. quale est hoc predicatum alb⁹ respectu hui⁹ subiecti homo. quia vere affirmatur de eo pro aliquo homine ⁊ non pro alio. tale inquā predicatū nō dicitur de homine pro omni homine: sed solū pro aliquo: ⁊ pro aliquo nō : ideo nō est predicatū de omni : neq̧ aliquando quidē: aliquādo nō. i. nō pro aliquo tempore / ⁊ pro alio non. quale est hoc p̄dicatū canescens respectu hominis: q𝔡 vere affirmatur de eo pro aliquo tēpore. s. senectutis : ⁊ non pro alio tempore. s. iuuētutis. Ergo predicatū de

omni est illud quod vere affirmatur de subiecto pro quolibet eius significato/ et pro quolibet tẽpore, quale est hoc predicatũ animal respectu hois. vt de omni hoie animal dicitur: et pro omni tẽpore. si enim de aliquo verũ est dicere hoiem i. qd sit homo: etiã de eodẽ verũ est dicere animal. et si nunc. i. isto tẽpore verum est alterũ. i. primũ istorum puta esse hominẽ: in eodẽ tẽpore verũ est et alterum s. animal. ergo animal est predicatũ de omni respectu hois: quia vere affirmatur de hoie pro quolibet supposito/ et pro quolibet tẽpore. similiter dico in predicamẽto quãtitatis qd in omni linea est punctum. i. hoc predicatũ punctũ est de omni respectu hui⁹ subiecti linea. et sic de aliis predicamẽtis: quia semper genus est predicatũ de omni respectu sue speciei in omni predicamento.

¶ Signũ aũt est nãq3: probatur qd diffinitio sit bona a posteriori. signũ inquã huius veritatis hoc est. nãq3 in instãtias sic profecimus alicui respõdenti de omni. i. de predicato de omni: ad probandũ qd male assignauit predicatũ de omni respectu alicuius subiecti: dicẽdo aut si in quodã nõ: aut si aliquãdo non cõuenit illud predicatũ subiecto dato. per qd cũq3 enim istorum probatur predicatũ aliqd nõ esse de omni. ergo vtraq3 cõdicio simul requiritur ad predicatũ de omni. quare diffinitio ei⁹ est bene assignata. Ex qua etiã elicitur diffinitio propositionis que est predicatio de omni. i. de dici de omni. omnis enim propositio in qua predicatũ est de omni ad eius subiectũ: est propositio de omni. et hãc vocãt dici de omni posterioristicũ. siue enim propositio sit vniuersalis/ siue indefinita/ siue particularis: est dici de omni: si predicatũ illas duas conditiones simul habeat ad suũ subiectũ. Sed dici de omni prioristicũ solũ modo est propositio vniuersalis de subiecto cõplete distributo: quocũq3 modo predicatũ eius sese habeat ad subiectũ. quare breuis differentia eorũ est hec: quia dici de omni prioristicũ consideratur ex subiecto: posterioristicũ ex predicato: vt declaratũ est. Ex hac prima parte huius cap. satis clare elicitur qd ad hoc qd propositio demõstratiua sit necessaria: debet esse predicatio de omni. alias nõ esset necessaria: quia ex defectu cuiuscũq3 illarũ conditionũ predicati de omni: propositio redderetur falsa/ et posset aliter se habere in sua veritate. quare non posset facere cõclusionis scientiam simpliciter.

¶ Secunda pars huius cap. de dici perse.

¶ Perse autem sunt &c. Altera conditio propositionis demõstratiue aut sciẽtifice est qd sit predicatio perse directa et ordinata. propterea Aristo. in hoc loco distinguit quatuor modos vel acceptiones huius cõplexi perse. quib⁹ explicatis accipiet eos qui sunt ad propositũ quo loquimur de propositione demonstratiua. Primo igitur modo perse dicitur predicatum essentiale suo subiecto. i. qd ponitur in eius diffinitione quiditatiua vel causali tanquam genus vel differẽtia eius. ideo ait. perse autẽ sunt: aut insunt siue predicãtur illa predicata quecũq3 sunt in eo qd quid est. i. in diffinitione quiditatiua ponitur suorũ subiectorũ. vt triangulo perse inest linea: et linee perse inest punctũ. nã substãtia. i. diffinitio substãtialis ipsorũ duorũ subiectorũ est composita ex his duobus predicatis. diffinitur enim triãgulus: figura trilinea. et linea diffinitur: lõgitudo terminata pũctis. et accipitur hic verbum inest secũde intẽtionaliter pro verbo: predicatur affirmatiue et vere. subdit. et vniuersaliter quecũq3 insunt in rõne. i. diffinitione alicuius subiecti: dicente qd quid est. i. quid est res significata per illud subiectũ: omnia illa predicãtur perse hoc modo de suo subiecto. vt aial rõnale de hoie: corpus animatũ de planta &c.

¶ Et in quibuscunq3 eorum. Secũdus modus perse est quãdo vice versa subiectũ propositionis ponitur in diffi=

nitione predicati: nam tunc etiam predicatū cōuenit perse subiecto: vt homo est risibilis. et vniuersaliter quādo predicabile propriū predicatur de suo subiecto. ait ergo. et quibuscūqꝫ: scilicet diffinitionibus eorū predicatorū que insunt eis .i. predicātur de eis: hoc est de subiectis. et ipsa .s. subiecta insunt .i. ponūtur in ratione .i. diffinitione monstrāte quid est illud predicatū. vt rectū ⁊ circulare inest linee .i. predicatur perse de linea: q̄a est ꝓpria passio eius. q̄a om̄is linea est recta vel curua. et par ⁊ impar inest numero pse hoc secūdo modo. et similiter primum ⁊ cōpositū. quia omnis numerus est par vel impar ⁊ similiter prim⁹ .i. incompositus vel cōpositus aut secūdus. vocabula sunt arithmetica. Dicitur em̄ numerus primus et incōpositus: cuius nulla est pars aliquota preter vnitatē. vt. 3. 7. 11. ⁊c. secūdus vero ⁊ cōpositus est ille numerus qui preter vnitatē aliam vel alias partes aliquotas habet. vt. 6. 9. 12. ⁊c. Item isopleros .i. equilaterū: et scalenos .i. altera parte lōgi⁹ sunt passiones forme arithmetice aut figure geometrice. om̄is em̄ forma numeralis ⁊ similiter omnis figura rectilinea est equilatera vel altera parte lōgior. et vniuersaliter in hoc secūdo modo pse sunt ea subiecta que insunt in omnib⁹ his predicatis in ratione .i. diffinitione eorū dicente quodq̄d est. Vbi gr̄a. hinc .i. in diffinitione recti ⁊ curui linea ponit̄. illinc .i. in diffinitione paris et imparis ponitur numerus: ⁊ similiter in aliis huiusmodi subiectis vnicuiqꝫ inesse perse dico predicatum in cuius diffinitione ponitur subiectū ei⁹. Est ergo secūd⁹ modus predicationis perse quādo propriū predicabile vel ꝓpria passio predicatur de suo subiecto. et illa propria passio aliquādo est simplex aut risibile inest homini / hinnibile equo / rugibile leoni ⁊c. aliquādo cōplexa vt par vel impar numero / curuū aut rectū linee / equilaterū vel inequilaterū figure ⁊c. nam si passio debeat diffiniri: subiectū ei⁹ ponitur in sua diffinitione. Et quia predicatio per accidēs opponitur predicationi perse: subdit Aristoteles maioris declarationis gratia de ea dicens.

¶ Quecūqꝫ vero neutraliter .i. neutro predictorū modorū sese habent adinuicē subiecta ⁊ predicata ꝓpositionum: accidētia sunt .i. predicationes per accidens. vt musicum aut albū animali insunt per accidens. quia neqꝫ animal ponitur in diffinitione albi / neqꝫ album in diffinitione animalis. ideo hec ꝓpositio: animal est albū vel musicū: est accidentalis predicatio ⁊ nō perse. et multo magis hec: musicū est album vel econtra. Sequitur textus.

¶ Amplius quod nō de subiecto: declarat tertium modū vel acceptionē perse / dicens. Amplius pse dicitur predicabile quod non predicatur de subiecto aliquo alio .i. qd̄ nō ponitur in propositione tanq̄ extremū eius: sed perse et seorsum stat. vt homo. Ista est expositio multorū in hoc loco. q̄ tamen est nimis larga et nō cōsonat verbis Aristotelis q̄ sequūtur. nā secūdū eam quilibet terminus extra ꝓpositionē diceretur pse: qd̄ tamē Aristo. negat de istis terminis ambulans ⁊ albū. Ergo meli⁹ alii exponunt: nō dicit̄ de subiecto: eo modo quo in predicamētis Arist. dicit primas substātias: q̄ hoc aliqd significant: non dici de subiecto .i. perse inferiori aliquo. vnde infersit qd̄ in hoc loco Aristo. pse tertio modo intelligit primā substantiā. vt Plato / Socrates ⁊c. Sed ista etiam expositio est nimis angusta. neqꝫ est verū qd̄ tertio modo sole p̄me substātie sint perse: sed mediocris intelligētia erit verior. vt dicamus qd̄ nō om̄is termin⁹ extra ꝓpositionē est pse hoc tertio modo: neqꝫ sole p̄me sustātie. vnde notādū qd̄ illa duo vocabula q̄ Arist. ponit in secūda diuisione ante predicamentali .s. esse in subiecto: ⁊ dici de subiecto: ⁊ eorū opposita: nō esse in subiecto: et non dici de subiecto: quāuis ponātur ad distinguen

Tertij modi Pria expositio.

Scd̄a expositio.

Tertia expositio. da ea q̄ in predicamētis essent reponenda: q̄a ea q̄ sunt in subiecto sunt in predicamentis accidentiū: ⁊ ea q̄ non sunt in subiecto in predicamēto substātie. et iterū in quolibet p̄dicamēto genera ⁊ species dicūtur de subiecto: indiuidua non dicūtur de subiecto: tamē in hoc loco aliter accipit vocabulū dici de subiecto. sc3 pro esse in subiecto. vt sit sensus: perse tertio modo est dicibile qd non dicitur de subiecto. i. non predicatur accidentaliter de aliquo: quo contra illud qd de aliquo predicat̄ accidentaliter est per accidens ⁊ non pse: vt ambulans ⁊ albū ⁊c. Sed neq3 ista expositio videtur esse docta satis: cū declaret idē per idē. clarum est enī qd id qd de aliquo predicatur p accidens nō predicatur de eo pse. Ideo aliter dicendū est. qd Aristot. tertiū modum perse ponit in terminis simplicib9 ⁊ extra ꝓpositionē positis: non quidē in oīb9 vt primi dicebāt: neq3 in solis primis substātijs vt secūdi asserebāt; neq3 demū in modo quo vn9 termin9 de altero predicat̄ vt tertij dixerunt: q̄a iste tertius mod9 pse: vt cōmunes expositores dicunt: nō est modus p̄dicādi sed mod9 essendi. Est ergo terti9 mod9 pse in terminis incōplexis penes eorū significationem formalē accipiendus: ita qd terius absolutus dicat̄ pse: cognotatiu9 per accidens. hoc ipsa plana facies litere declarat dicens. amplius autē. i. tertio modo perse dicitur illud dicibile qd nō dicitur de subiecto alio quodam. i. qd nō cōnotat aliqd inherens subiecto: nā qd sic cognotat nō est pse: quale est ambulās aut albū: q̄a cōnotant inherentiā ad aliqd subiectū: cum alterū q̄d sit ambulās ⁊ albū. s. preter ambulationē ⁊ albedinē connotatā in his terminis. substātia autem. i. absolutū dicibile: ⁊ q̄cunq3 significāt hoc aliqd. i. absolute / vt homo / de9 / angelus ⁊c. nō alterū aliqd sunt p̄ter id qd q̄dem sunt. i. significāt formaliter. nō enī aliud q̄d est homo q̄ hō: quo cōtra aliud q̄d erat albū ab albedine. Cōcludēs q̄ ait. q̄ q̄dē igit̄ dicibilia nō de subiecto alio sunt: ad sensum datum pse dico hoc tertio modo. q̄ vero de subiecto dicūtur vt albū: accidentia voco cōtra istū tertiū modū. ¶ Ad hui9 text9 clarā intelligētiā reppetēda sunt ea q̄ in nr̄is predicamētis circa p̄mā diffinitionē prime substātie notauim9. illā. s. q̄ ꝓpe p̄ncipaliter ⁊ maxime substat: vbi declarātes illam ꝑticulā p̄ncipaliter; dixim9 qd substare p̄ncipaliter est esse subiectū ꝓpositionis nō rōne alteri9 presuppositi aut subintellecti subiecti: sed ratione sui ⁊ ꝑ seipsum. et huiusmodi sunt oēs termini absoluti. ecōtra vero substare nō p̄ncipaliter est esse subiectū ꝓpositionis rōne alterius presuppositi aut subintellecti: ⁊ nō ratione sui vel nō per se: p̄m. et huiusmodi sunt oēs termini connotatiui quocunq3 modo connotationis. i. siue connotent intrinsece siue extrinsece ⁊c. vnde ibidem posuim9 hanc regulā. qd omnis termin9 connotatiu9 presupponit aliū absolutū eiq3 attribuitur vel ei innitit̄. Ex qua regula seq̄batur alia clarior. q͛ oīs ꝓpositio de subiecto connotatiuo: ad hoc qd sit vera: presupponit necessario aliā verā ꝓpositionē de subiecto absoluto. vt hec ꝓpositio: albū currit: non pōt esse vera nisi detur alia vera de subiecto absoluto respectu eiusdē predicati. vt hec. homo currit: vel hec: equ9 currit ⁊c. hac etiā regula vtunt̄ sophiste in tractatu appellationū loquētes de positione ꝓpositionū in esse. ¶ Ad ꝓpositū q̄ redeūtes dicim9 tertiū modū pse iuxta Aristo. esse intelligēdū adhuc sensum. qd hoc complexū perse in tertia ei9 acceptione significat terminū absolutū: q̄ in predicamētis dicebatur substātia siue prima siue secunda vt homo animal socrates ⁊c. et per oppositū ꝑ accidens tertio modo est quilibet terminus connotatiuus: qui non per seipsum sed ꝑ aliū est. vt rationale / risibile / album / ambulans ⁊c. In hoc itaq3 sensu litera Aristotelis in hoc loco nullū scrupum habet cum ait. amplius autem. i. tertio modo perse dicitur; qd non dicitur de alio

Quarta expositio.

Nobile optimū

quodã subiecto.s. presupposito vel subintellecto.vt animal/homo/leo/Socrates/brunellus &c.nam si de subiecto alio diceretur ad sensum datũ:nõ esset perse sed per accidẽs hoc tertio modo: vt ambulans & albũ.cũ alterũ quoddã sit ambulans & albũ.s.absolutum qd illi termini presupponũt.vt homo vel leo &c.substantia autẽ & pro.i.quecũqz dicibilia significãt hoc aliqd.i.absolute:non alterũ aliqd sunt q̃ que vere sunt.q̃a homo nihil aliud est q̃ homo/et similiter equ9/ & leo &c. quo cõtra ambulãs & albũ aliquid aliud erat.cõcludens ergo Aristo. subdit.q̃ quidẽ igitur dicibilia nõ in subiecto sunt.i. nõ cognotatiua sed absoluta:perse dico hoc tertio modo.q̃ vero de subiecto alio dicũtur.i.q̃ sunt cognotatiua/& aliqd aliud presupponũt/cicqz inni tũtur accidentia voco tertio modo.Resoluẽtes itaqz paucis verbis hũc tertiũ modũ perse & oppositũ ei per accidens: dicim9 qd perse est absolutũ dicibile:q̃a nullũ aliud presupponit in sua significatione sed per seipsum est id qd est:vt homo/leo/Socrates/brunellus &c.per accidens vero est omne cognotatiuũ: qd aliqd aliud presupponit in sua significatione:vnde per aliud & nõ perse est ergo per accidẽs.vt ambulans/ albũ/bicubitum/pater &c. Sequitur textus.

¶ Itẽ alio modo quod qdẽ &c.

ponit quartũ modũ quartãqz acceptionem vocabuli perse estqz modus predicationis.s.quãdo ꝓpositiones extrema sic se habent qd subiecti cognotatio de perse respicit cognotationẽ predicati. vt domificator edificat/musicus canit/ alatũ volat/quadrupes greditur &c. quãuis enĩ in huiusmodi predicationib9 predicatũ sit predicabile accidens respectu subiecti:nihilomin9 dicũtur predicationes perse: quia cognotatio subiecti de perse respicit cognotationem predicati. et vice versa predicatum de perse. idest propter se respicit subiectũ. per accidẽs vero cõtra hũc quartũ modũ perse; est quãdo cognotationes predicati & subiecti sunt disparate vel sibi ipsis impertinẽtes:vt homo/vel Pelicletus/ vel musicus edificat. Hũc quartũ modũ perse & per accidens notauit Aristoteles in secũdo libro suorũ phisicorũ quando declarat illam causarũ diuisionẽ que est in causas perse & in causas per accidẽs. vbi ponit supradicta exempla q̃ inde accepta sunt. ea ꝓpterea iste quartus modus perse dicitur mod9 causandi apud cõmunes expositores huius cap. dicunt enĩ qd primi duo modi perse sunt modi predicãdi:terti9 est mod9 essendi:& quartus est modus causandi. qd dictũ quãuis verum sit & ad bonũ sensum concedendũ : tamen vix aliquis corũ habuit verũ sensum huius dicti:precipue quãtum ad tertiũ et quartũ modos perse: qd ex hoc nostro cõmentario relato ad cõmentarios illorũ facile quisqz coniectari poterit. Dicit ergo Aristoteles. itẽ alio.i.quarto modo dico perse.predicatum qd quidẽ propter ipsum.s.subiectũ inest vnicuiqz subiecto. hoc est qd predicatur vere de subiecto ꝓpter ipsum subiectũ.i.propter formale significatũ subiecti qd de perse respicit predicatum. quod vero predicatum inest subiecto nõ propter ipsum subiectum : accidens est contra hunc quartũ modum perse. dat exemplũ de predicato per accidens . vt si ambulante aliquo homine corruscauit. i. fulgurauit aer : accidens est.idest hec predicatio est ꝑ accidens hoc quarto modo: dum iste homo ambulat corruscat.i. fulgur apparet.quia subiecti cognotatio: scilicet:ambulare impertinẽs est ad predicatum corruscare.non enim propter id quod ambulauit : corruscauit: sed hoc accidens dicimus.idest cõtingens quod dum iste homo ambularet: appareret fulgurans aer. si vero propter ipsum subiectum. i. propter ei9 formale significatũ attribuatur ei predicatũ : perse dicim9 illud predicatũ. vt si dicam9 qd aliqd animal interfectũ interyt secundũ interfectionẽ.i. ꝓpter iugu

lationẽ

lationē: est locutio perse: quoniā ꝓpter id qđ interfectū est aliqđ: ꝓpterea interijt: non autē qđ accidat interfectū animal interire. quasi dicat. hec predicatio est perse: interfectus .i. iugulatus vel cō fossus aut letaliter vulneratus interijt .i. mortuus est. sed hec est per accidens: homo vel Socrates mortu⁹ est: q̄a predicatū non inest subiecto ꝓpter ipsum subiectū: sed accidit ei .i. impertinēs est significatio subiecti significationi predicati. Sequitur textus.

¶ Que ergo dicūtur &c. declaratis quatuor modis perse. hic Aristot. ex ipsis eligit eos qui magis faciunt ad ꝓpositum artis demonstratiue: ⁊ quos oportet inuenire in propositionibus demōstratiuis. sed q̄a ei⁹ litera est breuis ⁊ obscura: variant expositores circa sensum ei⁹. Dicunt enī quidā eoꝝ qđ modi quos hic eligit Aristot. sunt duo primi. reiectis tertio ⁊ quarto ab hoc ꝓposito. nā in demonstratione potissima maior ꝓpositio est in secūdo modo pse. minor vero est in primo modo pse. et huic sensui alludit id qđ infra cap. 6. dicitur qđ ea q̄ perse sunt necessario insunt reb⁹. ⁊c. et in cap. 19. de ꝓcessu finito in predicatis perse: vbi dicitur analytice autē ⁊c. vnde sic declarāt literā. q̄ ergo acceptiones perse: dicūtur esse perse in simpliciter scibilibus .i. in demōstrationibus potissimis q̄ faciunt scire simpliciter: sic sūt .s. sicut esse .i. ratio vel diffinitio attribuatur predicatis. ita qđ predicatū sit de ratione subiecti: ⁊ iste est prim⁹ modus perse. vel sicut inesse .i. predicari de subiecto qđ est ratio predicati. et iste est secūdus modus pse. et probās hoc subdit. ꝓpter ipsa .s. predicata esse talia in ordine ad subiecta: sunt vera de suis subiectis / ⁊ ex necessitate insunt .i. predicantur de illis. non enī contingūt talia predicata nō inesse suis subiectis ⁊c. Unde Jacob⁹ Stapulensis hūc sensum habens ponit literā hoc modo. sicut esse predicatis aut inesse: propter ipsa q̄ sunt ⁊ ex necessitate ⁊c. facit enim punctū ante li ꝓpter. et illam dictionē: q̄: adiūgit inclitice ꝓnomini ipsa: ad modū cōpulatiue coniūctionis. Alij vero attēdentes ad literā antiquā: q̄ sic habet: sicut inesse predicātib⁹ / aut inesse propter ipsa: q̄ sunt ex necessitate: dicunt qđ Aristot. eligit duos modos pse: qui sunt secūdus et quart⁹. nā in eo qđ dicit: sicut inesse predicātibus teris .i. predicatis: intendit secūdū modum pse .s. quo subiectū inest predicato .i. ponitur in rōne ei⁹ q̄ est diffinitio predicati. in eo vero qđ subditur: aut inesse ꝓpter ipsa: itēdit quartū modū perse .s. quo predicatū inest subiecto ꝓpter ipm subiectū. seq̄tur. q̄ sunt ex necessitate .i. sunt predicationes necessarie. nō enī cōtingit talia predicata nō inesse suis subiectis ⁊c. quare isti faciunt punctū post li ꝓpter ipsa: ⁊ dictionē: que: putāt esse ꝓnomen ⁊ principiū alterius clausule: dicunt enī qđ Aristo. p simpliciter scibilia designat cōclusiones demōstrationū. et ⁊ ille oēs sunt in secūdo modo pse: q̄a predicata in eis sunt passiones subiectorū. et ad demonstrādas cōclusiones oportet premissas dicere causam quare predicatū cōclusionis inhereat subiecto eius: ⁊ hoc ptinet ad quartū modū pse quē dicūt modū causandi. Sed iudicio meo prima expositio est de mēte Arist. nō secūda vt inferi⁹ patebit. Adaptant literā sequentē. nō enī cōtingit ⁊c. omnes expositores cōformiter ad secūdum modū pse. quo passio predicat̄ de subiecto. dicētes qđ duplex est passionū gen⁹. nam quedā sunt passiones simplices .i. incōplexe. vt risibile est passio hominis / hinnibile equi / rugibile leonis ⁊c. alie sunt passiones cōplexe .i. disiuncte ex duobus teris. vt rectū vel curuū est passio linee / par vel impar est passio numeri / sanū vel egrum animalis / verū vel falsum ꝓpositionis. ⁊ sic de alijs multis. ait ergo textus. non enim contingit .i. non est possibile passionē non inesse .i. vere negari de suo subiecto. aut simpliciter .i. siue sit passio simplex ⁊ incom

Prīa expositio. (left margin)

Scđa expositio. (right margin)

plexa: aut opposita.i. siue sit passio disiū cta ex duobus oppositis.vt linee passio est rectum vel obliquū.i.curuum. simili ter ꝛ numero inest aut par aut impar. Et quia passionem disiunctā diximus ex duobus oppositis: declarat ex quib⁹ oppositis/ dicens.

¶ Est enim suple passio disiun- cta: vel contrariū.i. ex terminis contra- rijs.vt rectum vel curuū/ sanū vel egrū verum vel falsum ꝛc. aut priuatio. i. ex terminis priuatiue oppositis. vt par vel impar/ videns vel cecum ꝛc. aut contra dictio.i.ex terminis ꝯtradictorijs.vt ens vel non ens/ loquēs vel nō loquens ꝛc. quocunq; enim istorū modorū fiat pas- sio disiuncta necesse est eam vere inesse suo subiecto: quia talium oppositorū ne cesse est alterum inesse subiecto: quod hic genus dicitur. opposita enim in eo- dem genere sunt. i. circa idem subiectū fieri habent. vt par aut impar sunt in numero: secundum quod consequitur: suple negatio vnius ad affirmationem alterius.quare si necesse est alterum op positorū aut affirmare aut negare de eo dem subiecto: necesse est ꝛ q̄ talia sunt predicata: scilicet passiones disiunctas perse inesse suis subiectis.s. in secundo modo.quare ꝛ huiusmodi ꝓpositiones esse necessarias ꝛ demonstratiuas. De niq; has duas partes huius cap̄. epilo- gans Aristoteles.ait.

¶ De omī igit̄ ꝑ pse demōstra tum.i. declaratū sit hoc modo predicto. hoc est sufficiat hec nostra declaratio predicta. ¶ Sed anteq̄ ad tertiam hu- ius cap̄.transeamus partē.aliqua adde re volumus de quarto modo perse. q̄a siue ille ptineat ad demonstrationē sim pliciter ꝛ potissimam/ siue non: tamē in procursu scientiarū est frequētissimus magniq; momenti: ꝛ eo bene declarato multe questiones elucidantur in doctri na Aristo.eoq; ignorato multa ignoran tur in recta intelligentia plurīū dictorū eius tam in logica quā in phisica atq;

Comē- datio q̄rti mo di pse.

in methaphisica ei⁹.fuit enim in sua do ctrina artificiosissim⁹: ꝛ quia in fine sex- ti libri sue methaphisices dicit quod de his que sunt per accidens nulla est scie tia/ sed tantū de his que sunt perse: hinc fit q̄d sepius in sua doctrina reijcit ꝓpo sitiones manifeste veras. s. q̄a sunt pre dicationes peraccidens ꝛ in artificiose: admittitq; propositiones manifeste fal sas.s.quia sunt predicationes pse ꝛ arti ficiose: in eis tamē omnib⁹ semper ha- bet sanū ꝛ rectū sensum: quē etiam req̄ rit ab studioso lectore: vt nihil derogat veritati sue doctrine propter illarū ꝓpo sitionū reiectionē: ꝛ ꝓpter istarū admis sionē. ¶ Hoc inductione declaram⁹ per varios libros Aristot. nā in cathegorijs cap̄. de quātitate dicit q̄d linea/ superfi cies/ corpus/ ꝛ numer⁹/ sunt quātitates perse: sed albedo/ actio/ ꝛ alia quedam sunt quantitates per accidens. videlicet q̄a hoc predicatū quātitas perse conue nit illis: sed peraccidēs istis.vnde si ab eo q̄s q̄reret: vtrū albedo sit quantitas: respōderet negatiue. q̄uis secūdū quos dam illa sit vera. est tamē peraccidens ꝛ in artificiosa ꝓpositio. similiter in cap̄. de adaliq̄d: sciētiā/ scibile/ alā/ caput/ ꝛ alia huiusmodi ponit per accidens in il lo predicamēto: q̄a vocat ea relatiua se cundū dici: vbi simile/ equale/ duplum dimidium ꝛc. perse ponuntur in illo pre dicamento: ꝛ vocat ea relatiua secundū esse. Itē in primo phisicorū contra Par menidē agens dicit q̄d finiti aut infiniti ratio quantitati cōuenit et nō substātie. scilicet q̄a hoc predicatū finitum vel in- finitū de perse quarto modo conuenit huic subiecto quantitas/ et de per acci- dens huic subiecto substantia: quāuis re vera omnis substantia corporea sit fi nita vel infinita extensiue: atq; propte- rea hoc predicatum sibi conuenit: sed quia non conuenit ei perse: dicit Ari- stoteles quod non conuenit ei: scilicet artificiose loquendo ꝛ modo scientifico. Subinde in eodem primo libro phisi- corum loquens de principijs rerum na

Pro- bat id- ctione.

turalium que sunt materia/forma/et privatio: dicit quod materia/et forma/sunt princi pia perse. privatio vero est principium per accidens. quamuis res illa que est priua- tio nihil aliud sit quam materia vel for ma secundum omnes expositores: tamen hoc predicatum principium perse/quarto mo do dicitur de materia vel forma: et per accidens de hoc subiecto priuatio. nega ret ergo Aristoteles hanc propositionem absolute prolatam. priuatio est princi- pium rei naturalis. que tamen est vera: sed predicatio per accidens quarto modo. ¶ Consequenter in secundo libro phisicorum dicit has esse perse (haud dubium quin quarto modo) domificator edificat/dia lecticus disputat/arithmeticus nume- rat etc. et has per accidens. musicus edi ficat/Policletus statuam facit etc. quamuis idem homo scilicet Policletus sit musi cus/arithmeticus/dialecticus/et domi ficator. sed est varia connotatio illorum subiectorum: ex qua fit vt ille propositio nes sint perse et scientifice: iste per acci dens et reijciende. ¶ In quarto quoque libro phisicorum dicit quod locus est im- mobilis: (scilicet concedens propositio nem manifeste falsam:) omnis enim lo cus est mobilis: siquidem est corpus vel extremitas eius. ergo concedens quod omne corpus est mobile: negat locum esse mobilem. cum tam vera sit secunda quam prima. sed prima est perse quar- to modo/secunda per accidens. quia hoc subiectum locus nihil connotat de motu. Ideo dicit quod locus est immobilis pri mum. idest perse: vas autem est mobi- le. Et deinde in eodem quarto phisico rum negat istas propositiones. celum est tempus. circulatio est tempus. et con cedit istam: primus motus regularis est tempus. cum tamen res eadem sit celum circulatio/et primus motus: quare om nes ille propositiones sunt equaliter ve re: sed non eque artificiose. nam priores earum sunt per accidens contra quar- tum modum perse: posterior vero est perse quarto modo. Ibidem quoque di cit quod tempus non est velox nec tar- dum/sed bene motus est velox vel tar- dus. cum tamen tempus nihil aliud sit quam primus motus. Denique in primo de celo et in quinto libro methaphisicorum in ca pite de vno dicit: quod punctus et vnitas est indiuisibilis simpliciter/linea est in- diuisibilis secundum latum et profundum: superficies secundum profundum solum: sed corpus est vndiquaque diuisibile: et tamen secundum probabiliorem modum philoso- phandi eadem penitus res est corpus/ superficies/linea/punctum/et vnitas. sed hec predicatio est perse corpus est diui sibile. et ista est per accidens punctum vel vnitas est diuisibilis. et ita de linea et su perficie. Ad saluandum ergo omnia ista Aristotelis dicta in veritate: tenere opor tet quod ipse magis attendebat ad pro prietatem et artificium locutionis: quam ad naturas rerum. vnde negationes illas non referebat ad res significatas per ter minos: sed potius ad modos significan di terminorum. et ideo dicta Aristotelis sunt trahenda ad modales compositas. vt sit sensus. locus est immobilis. i. hec non est perse locus est mobilis. punctum est indiuisibile. i. hec non est perse punctum est diuisibile. priuatio non est principium perse. i. hec non est perse: priuatio est principium. ce- lum non est tempus. i. hec non est perse: celum est tempus. item tempus non est velox aut tar- dum. i. illa predicata non insunt tempori perse. et sic de alijs multis in doctrina Aristo. que propter huius notabilis ignorantiam val- de extorta et mutata sunt ad alios sensus penitus inutiles/ne dicam falsos et friuo los. Resolutio igitur modorum perse secundum intentio nem Arist. stat in hoc quod non est Arist. inten tio dicere quod omnes illi quattuor modi puincant ad demonstrationes: sed quod hoc vocabu lum perse quando est nomen secunde impositionis. et ad regulas logicas ascitum: est equocum et quattuor modis variatum. et in aliquibus illarum acceptionum significat vnam conditionem propo sitionis demonstratiue ad hoc quod sit ne cessaria et scientifica. precipue in primis duobus modis: in quibus predicatum est peni

Hec nota bene

tus intransmutabile a suo subiecto: scilicet quia est ei essentiale vt gen⁹ vel differentia vel tota diffinitio eius. aut quia est propria passio eius incõplexa vel cõplexa siue disiuncta. nam quocũq; illorum duorũ modorũ predicatio erit de omni posterioristice. Terti⁹ vero modus per se (qui est terminorũ incõplexorũ) magis pertinet ad doctrinam predicamentorũ quam ad aliã logice partẽ. Demũ quartus modus pse pars est doctrine posterioristice. s. quãtũ ad demõstrationes causales: quia debent procedere ex causis perse ⁊ nõ per accidens: de quibus causarũ diuersitatibus Aristoteles disputat in secũdo libro phisicorũ: et in quinto libro methaphisicorũ. s. explicãdo eas per cõnotationes subiectorũ cõparatas ad cõnotationes suorum predicatorũ: an sint pertinẽtes vel impertinẽtes. omnis enim discursus scientificus versatur in causarũ inquisitione: ideo ꝓpositionibus causalib⁹ crebrerrime vtitur cõcedens propositiones perse ⁊ reijciẽs eas q̃ sunt p accidẽs hoc quarto modo.

¶ Tertia pars huius capitis de vniuersali.

¶ Vniuersale autem dico &c. Tertia cõditio propositionis demõstratiue aut scientifice est qđ sit vniuersalis. i. de predicato vniuersali. et in p̃mis ponit eius diffinitionẽ. que sic est intelligẽda. vniuersale predicatũ dico. i. definio in hoc loco esse illud: qđ cum respectu sui subiecti. sit predicatũ de omni: quale docuimus in prima parte huius capituli: sit etiã predicatũ de perse primo aut secũdo modo: de quibus in secũda parte dictum est: addit hanc tertiam conditionem: quia est predicatũ conueniens suo subiecto secundũ qđ ipsum. i. primo ⁊ adequate: vt in hac ꝓpositione: homo est risibilis. predicatum est vniuersale. q̄a cõuenit subiecto de omni ⁊ pse estq; ei adequatum. qđ in sequẽtibus magis declarabitur. Textus.

¶ Manifestũ igitur est Antequã diffinitionẽ vniuersalis declaret: infert ex ea vnũ corrolariũ: quo applicat ad ꝓpositum hanc determinationẽ de vniuersali. et dicit. si vera est diffinitio vniuersalis: manifestũ est. i. manifeste sequitur: qđ ea predicata q̃ vniuersalia sunt: ex necessitate isunt reb⁹. i. subiectis suis. hoc est constituũt ꝓpositiones necessarias: quales oportet esse demonstratiuas ꝓpositiones. vniuersalitas ergo est conditio cõueniens ꝓpositionib⁹ demõstratiuis. cõsequentiã non probat. q̄a de se est satis nota. q̄a iam probatũ est qđ omnis ꝓpositio de omni et omnis ꝓpositio de pse primo vel secũdo modo est necessaria. et propositio vniuersalis est de perse ⁊ de omni: ergo est necessaria atq; subinde est demonstratiua ꝓpositio: ergo agẽtes de ꝓpositionib⁹ demonstratiuis: cõsiderare debuim⁹ de vlitate earũ. s. ex pte predicati. Deinde cũ subdit.

¶ Perse autẽ &c. reuertitur Aristo. ad diffinitionẽ vniuersalis declarandã atq; cõplendã. et primo dicit qđ illas duas ptes vltimas huius diffinitionis: pse ⁊ secũdũ qđ ipsum: nõ inepte cõiunxit: q̄a semp idẽ est pse / ⁊ fm qđ ipsum: vel quaten⁹ ipsum: vt Stapulensis latinatur: sensus est. qđ oĩs ꝓpositio de pse p̃mis duob⁹ modis est etiã de secũdũ q ipsum: ⁊ ecõtra: quare hec duo cõplexa pse ⁊ secundũ qđ ipsum semp pro eodẽ supponũt atq; cõuertibiliter sese habẽt. q̃uis nõ sint synonima: vt putat Faber: sed varias habeãt rõnes. qđ enim sint conuertibilia probat Aristo. exẽplis in geometria. q̄a linee pse inest punctũ: vt declarauim⁹ in p̃mo modo pse: etiã eidẽ linee pse inest rectitudo: vt declarauim⁹ in scđo modo pse. et tñ hec p̃dicata cõueniũt ei fm qđ linea est. qđ est dicere fm qđ ipm. sit triãgulo fm qđ est triãgul⁹ cõuenit habere duos rectos. s. in valore: sic qđ tres ãguli ei⁹ valeãt duos rectos ãgulos. et tamẽ hoc idẽ p̃dicatũ cõuenit triãgulo de pse. et enim triãgul⁹ duob⁹ re

ctis perse equalis est. et ita probari pos set in multis alijs exẽplis qd perse/ et secundũ qd ipsum sint interse cõuertibilia et sese cõsequãtur mutuo in ppositionibus demonstratiuis: secus in alijs. Cõsequẽter Arist. declarat quid sit dicere secundum quod ipsum/ dicens.

Vniuersale autẽ tunc est aliqd predicatũ/vel secũdũ qd ipsum: cum demonstratur.i. pbatur cõuenire subiecto in quolibet supposito suo et in quolibet tẽpore: et adhuc primo.i.adequate et conuertibiliter. declarat in premisso exẽplo de triãgulo/et habere tres ãgulos equales duobus rectis. Ad cui9 exẽpli claram intelligẽtiã supponam9 hic ex quarta specie predicamenti qlitatis qd hoc gen9 figura geometrica diuidit in multas species: q sunt triangulus/quadrangulus/ et psic sequẽter ininfinitũ. Nec tamen ille sunt species specialissime: sed adhuc qlibet earũ diuiditur in alias inferiores species. nam triãguli sunt tres species grece dicte isopleros/isocheles/ et scalenos. latine vero. eqlaterus/ eqtibiarũ/et gradarius. similiter quadrãgulus habet subse species varias etc. quod late declarauim9 in quarta specie qualitatis. Dicit ergo Aristo. qd hoc predicatum habere tres angulos equales duobus rectis: cõuenit perse et primo triãgulo: et nõ figure q est genus triãguli: neqꝫ isocheli q est species trianguli: quãuis de pse conueniat illis trib9 subiectis: qa adequate se habet illud predicatũ cum triãgulo.i. neqꝫ in plus/ neqꝫ in min9 qꝫ triangulus. sed nõ adequatur figure: qa predicatũ est in minus quã figura: neqꝫ adequatur isocheli: qa predicatũ est in plus quã isocheles. Dicit ergo textus.

Aduertendũ.

Vt duos rectos habere.s. inualore: non cuilibet figure inest vniuersaliter seu primo. et tamẽ est demõstrare.i. contingit pbare de figura qd duos rectos habeat: sed hoc non de qualibet figura.i.specie figure. quadrangulus eñi figura quedã est.i.species figure: nõ autem habet angulos suos equales duobus rectis: immo poti9 quatuor rectis. ergo hoc predicatũ est in min9 quã figura: quare nõ conuenit figure primo siue adequate. sed neqꝫ isocheli. qui fortasse duobus rectis equales habet angulos suos tres.i. hoc predicatũ etiã conuenit isocheli: qui est species triãguli: sed non primũ.i.adequate: qa predicatum se habet in plus quã subiectũ: sed triãgulus prius quã isocheles recipit hoc predicatum secũdũ omnes suas species. Concludens Aristoteles, ait.

Quod igitur quodlibet primum.i. quodlibet subiectũ qd primũ.i. adequate mereatur habere hoc predicatũ: valere duos rectos angulos: vel qdcũqꝫ aliud predicatũ: huic pmo inest predicatũ vniuersale.i. tanqꝫ vniuersale eius. alijs autẽ subiectis et si perse possit inesse: nõ tamẽ pmo et secũdũ qd ipsum/ sed per aliud. et demonstratio pse et proprie est hui9 vniuersalis.s. probatiua de suo subiecto primo: aliorũ autẽ subiectorum illud predicatũ est quodãmodo et nõ perse pmo. vt patuit in exẽplo premisso. isocheli eñi non pse primo inest vniuersale predictũ: sed frequẽtibus.i. amplius et cõmunius est quã hoc subiectũ. eodẽ modo idẽ predicatũ non inest primo figure: sed rari9 ac densi9 est.i. min9 cõmune quã illud subiectũ. Totus iste processus Aristot. circa vniuersale posterioristicũ pẽdet ex vna regula predicabilium apud Porphyriũ in cap. de predicabili pprio. s. qd datis pluribus terminis essentialiter subordinatis in eadẽ recta linea predicamentali: omne predicatũ qd est predicabile ppriũ alicui eorũ: est etiã propriũ oñib9 alijs in eadẽ linea siue superiorib9 siue inferioribus eo: et tamẽ solus vni eorũ est ppa passio.i.adequatũ et cõuertibile siue propriũ quarto modo. vt mobile est predicabile propriũ.i. perse secũdo modo substãtie/corpori/animato/aiali/homini/et equo etc. et hoc qa est ppria passio siue

Regle pdicabili ppri.

ꝓpriū quarto modo illi subiecto corp⁹. et ideo ꝺ solo corpore hec passio est simpliciter demōstrabilis: cū sit ei⁹ vniuersale / ⁊ cōueniat ei ſm q̄ ipsum: aliis aūt cōuenit hoc p̄dicatū p̄ se q̄dē sed non ſm qꝺ ipsum: sed p̄ corp⁹. ideo enī substātia est mobilis q̄a aliqua substātia est corpus: ⁊ aīal ideo est mobile q̄a est corp⁹: ⁊ sic de aliis. corp⁹ vero ideo est mobile q̄a est corp⁹. et hoc conuenit ei ex ꝓpria rōne. i. ſm qꝺ ipsum / ⁊ nō ſm qꝺ substātia vel animatū / vel aīal ⁊c̄. Patet ꝗ q̄d est dicere ſm qꝺ ip̄m vel p̄mo aut adequate. et solū p̄dicatū hoc modo cōueniens suo subiecto dr̄ vniuersale in hoc loco. q̄a nō loq̄mur hic de vniuersali ꝓ signo distributiuo subiecti vt in Perihermenias vel in p̄orib⁹. Et ꝓpositio vl̄is in hoc loco dicit̄ illa cui⁹ p̄dicatū est de omī vel ſm qꝺ ipsum: nō autē illa cuius subiectū est distributū signo vniuersali: vt in superiorib⁹ libris dicebat̄. illic enī a subiecto denoīabat̄ ꝓpositio vl̄is: hic a p̄dicato. s. qꝺ est vniuersale vel ꝓpriū quarto modo respectu subiecti. vt homo est risibilis. triangulus habet tres angulos equos duobus rectis ⁊c̄.

¶ Questiones idonee huic capitulo.

¶ Hactenus itaq̄ de hoc quarto cap̄. ⁊ de tribus precipuis conditionibus ꝓpositionum demonstratiuarū: que ad modum quarundā precognitionū declarate sunt vt supponende ⁊ non probande neq̄ dubitande. Inepte igitur ponūtur super hoc capite questiones multe a neotericis. scilicet vtrum diffinitiones ⁊ diuisiones de omni modorū per se / ⁊ vniuersalis sint ab Aristotele bene posite. nam preter planam sue litere intelligentiam ex bono cōmentario habitam: nihil apparet hic difficile ⁊ dubitandū. quia vt supra in cap̄. secūdo dictum est: diffinitiones ⁊ diuisiones vocabulorum in qualibet scientia sunt principia que dicuntur positiones. quia scilicet ponūtur et non probantur.

¶ Caput quintū corrigit quosdam errores: qui circa vniuersale posterioristicū possent accidere.

Oportet autē nō latere ⁊c̄. Ad maiorē declarationem vniuersalis posterioristici Aristo. fingens hostē imaginatur quosdā modos: quib⁹ quis errare posset in assignatione p̄dicati vniuersalis respectu alicuius subiecti. nam ex illo errore etiā sequeretur ipsum errare in facienda demonstratione potissima: que est faciens scire simpliciter ⁊ nō sophistico modo qꝺ est secūdū accidens. vniuersalitas enī est potissima conditio ꝓpositionis demonstratiue: ⁊ que alias omēs includit: vt ex diffinitione vniuersalis premissa clarissime apparet: quare precipua cura est adhibenda ipsi demonstratori ne contingat error in acceptione predicati vniuersalis. Et huius cap̄. sunt tres p̄tes. prima ꝓponit errores. in secūda ibi: si ergo: declarat eos. in tertia ibi: q̄n̄do igitur ponit regulas ꝺ vniuersali. Quāuis ergo ex tertia parte precedentis capituli habita clara intelligentia vniuersalis: ingeniosus quisq̄ posset euitare omnē errorē circa ipsum: tamen propter tardiores ingenio Aristoteles voluit errores possibiles circa vniuersalis acceptionem ānotare: quia res ista est magni momenti in arte demonstratiua. ideo admonens auditorē ait: oportet autem non latere. i. nō ignorare artis demonstratiue professorem: quoniam multotiens cōtingit incautos errare in assignatione predicati vniuersalis: ⁊ non esse vniuersale primū idest adequatum subiecto: quod demonstratur. idest proponitur esse vniuersale: secundum quod videtur debere demonstrari vniuersale primū. idest quale cōuenit vere ⁊ potissime demonstrationi

que vniuersale primum demonstrat de suo subiecto. Dociles namque et claro ingenio prediti hac admonitione nõ egẽt habita doctrina precedẽtis cap. si enim vt premissum est vniuersale predicatũ est solum predicabile proprium quarto modo: scilicet quod conuenit omni et soli subiecto et semper: clarum est quod si quis loco predicabilis proprij assignaret accidẽs: erraret in assignatione vniuersalis vt albũ homini. similiter si poneret propriũ primo modo: quod conuenit soli sed non omni: vt risibile animali: aut si poneret propriũ secũdo modo quod conuenit omni sed non soli: vt valere duos rectos isochcli: aut si poneret propriũ tertio modo quod non conuenit suo subiecto semper: vt canescere homini. solis enim his modis posset cõtingere error in assignatione vniuersalis predicati. et ad hos reducuntur modi erroris quos Aristoteles in hoc cap. cõmemorat. posita ergo commonitione in genere: specie tenus declarat tres modos huiusmodi erroris: cũ subdit.

¶ Oberramus autem hac deceptione suple tribus modis. cum aut nihil sit accipere a superiori. idest primus modus est quãdo sub aliquo superiori genere vel specie nihil. i. non sit accipere extra. i. preter singulare. i. inferius vnũ: vel singularia. i. inferiora pauca. nam tunc posset aliquis indoctus putare. qđ vniuersale illius superioris esset etiam vniuersale illius inferioris. ex quo illa duo subiecta essent equalia in supponẽdo. hoc autẽ esset error in assignatione vniuersalis. quia vniuersale vnius assignaretur alteri. Ut si tenẽdo viam quorundam nominalium diceretur: quod omnis quantitas est discreta: et propria passio quantitatis: que est diuisibile: poneretur propria passio quãtitatis discrete. Eodẽ modo diceretur de hoc genere ad aliquid et de hac specie idẽ. et similiter de istis speciebus mũdus/sol/luna/fenix et cetera. quarũ quelibet non habet sub se nisi vnum indiuiduũ. quia omnis sol est iste sol / omnis mũdus est hic mundus/ et sic de alijs. Hoc etiã genus luminare nõ habet nisi duas species solem et lunam. hoc genus planeta non habet nisi septẽ species. hoc genus elementũ solas habet q̃tuor species: et sic de quibusdam alijs. Est ergo primus modus erroris quando passio superioris assignatur inferiori: propterea quod superius et inferius reputantur esse idem formaliter sicut sunt idem materialiter. qui est secundus modus proprij quo predicatum conuenit omni sed nõ soli subiecto assignato. quãuis enim nulla esset species animalis nisi homo: ita quod omne animal esset homo: nihilominus animal esset genus ad hominẽ: et passio animalis nõ esset passio hominis secundum quod ipsum. quia animal formaliter est cõmunius homine. Secũdus modus erroris notatur. ibi.

¶ Aut si sit quidem &c. suple superius habens plura subiecta inferiora: sed sit innominatum in rebus specie differentibus: hoc est quãdo passio alicuius cõmunis innominati attribuitur alicui inferiori eius vel pluribus disiunctim acceptis ac si esset inferioribus propria: propterea quod ignoratur propriũ eius subiectum. vt paulo inferius declarabitur in permutata proportionalitate: cuius subiectũ adequatũ est innominatũ: et propterea attribuitur alteri subiecto inadequato tanq̃ propria passio eius. Tertius modus erroris circa vniuersale iungitur. ibi.

¶ Aut cũ cõtingat &c. sensus est quandoque contingit quod totũ siue superius ad subiectũ alicuius passionis habet magnam similitudinẽ cum sua parte subiectiua. i. cum illo suo inferiori: et propter illam similitudinẽ incauti decipiuntur attribuentes illi toti passionẽ sue partis. hoc est passionem speciei attribuunt generi. nam tunc illud predicatũ nõ est propriũ quarto modo illi subiecto sed primo modo. quia cõuenit soli sed nõ omni. vt si risibile quod est passio homi-

nis attribueretur animali tanq̄ vniuersale ei⁹. ait ergo. aut suple accidit error tertio modo in acceptione vniuersalis: cū illud subiectū in quo.i. de quo demōstratur passio aliqua: cōtingat esse sicut totū.i.genus vel superius: in parte.i.ad partē subiectiuā q̄ reuera est propriū ꝫ adequatū subiectū illius passionis. et hoc ꝑpterea qꝺ totū illud videtur esse in parte illa: i. idem cū ea ꝑpter aliquā similitudinē. et tunc ex illa deceptione demonstratio passionis illi⁹ inest.i.attribuitur ijs totis q̄ predicto modo sunt in pte.et erit.i. putabitur esse illa ꝑpositio de omī posterioristico. sed tamē secūdū veritatē huiusmodi subiecti primi.i. adequati nō erit demonstratio vniuersalis i.passionis illius. dico autē hui⁹ primi.i. declaro q̄d est dicere primi: q̄a secundū qꝺ hui⁹ subiecti est demōstratio passionis. idem eñ est primū ꝛ secūdū quod ipm. cū demōstratio potissima sit primi vniuersalis. i. passionis q̄ p̄mo siue adequate conuenit subiecto de quo probatur per demonstrationem.

¶ Secūda pars huius cap̄.

¶ Si ergo aliquis demōstret &c. declarat supradictos errores exemplis mathematicis. et primo ponit exemplū pro tertio errore de quo immediate precesserat sermo: dicens. si ergo aliq̄s vellet demonstrare hanc conclusionē qꝺ linee recte nō intercidant. i. nō cōcurrant vel nō se intersecent: videbitur vtiqꝫ huiusmodi demonstratio esse bona. s. qua ꝓbetur vniuersale de suo primo subiecto: ꝑpter id qꝺ tale predicatū. s. nō concurrere inest q̄busdā rectis lineis. hoc est paralellis vel eque distātibus. et videtur eedē esse recte linee et paralelle: q̄a vtrobiqꝫ rectitudo denotatur extēsionis linearū. non est autē talis vniuersalis predicati recta assignatio: q̄a predicatum min⁹ cōmune est quā subiectū. i. cōuenit soli sed non omni. nisi quidē addatur subiecto aliq̄d cōtrahens ipsum. s. quoniā sic equales sunt anguli duo intrinseci earū duob⁹ rectis angulis: fiat hoc.i. hec linearū dispositio. aut q̄uolibet modo equales duob⁹ rectis. s. in forma vel inualore. quia illo modo restringendo subiectū: passio esset conuertibilis ꝛ adequata suo subiecto: essetqꝫ eius vniuersale verū ꝛ propriū. ¶ Pro declaratione huius exēpli geometrici sciēdum qꝺ apud geometricos demonstrari solet de lineis adinuicem cōparatis hec passio. s. non concurrere ad angulū vel nō se intersecare. eius propriū ꝛ adequatū subiectū est hoc complexū: linee recte inter quas duo āguli causati a tertia linea eis incidenti aut intersecanti ex eadē parte linee cadentis. s. penes dextrum et sinistrū: sunt recti vel equales duob⁹ rectis: q̄ linee alias dicūtur paralelle. i. eqꝫ distantes. sed q̄a hoc cōplexū: linee recte: videtur esse synonimū: cum hoc: linee eqꝫ distantes: ideo posset minus ingeniosus credere qꝺ hec ꝑpositio esset de predicato vniuersali. linee recte non cōcurrūt: sicut ista: paralelle nō concurrūt. et tamē prima nō est de secūdum qꝺ ipsum: sed secūda. q̄a hoc complexū linee recte: est cōmuni⁹ quā hoc: linee paralelle. ergo propria passio paralellarū linearum: nō est adequata lineis rectis sed est minus cōmunis quā hoc complexū linee recte. Quo autem modo fiat demōstratio illa ad probādū qꝺ linee paralelle nō concurrūt: nō est presentis negocij declarare. satis sit nūc qꝺ Aristot. intentio est dicere qꝺ si hec passio. s. non cōcurrere attribuatur huic cōmuni subiecto: linee recte: est error tertius in assignatione vniuersalis. nam ꝑpriū subiectū hui⁹ passionis est linee paralelle: qꝺ est minus cōmune quā linee recte. ¶ Verū Jacobus Faber hūc locū ad aliā sententiā detorquet. s. quod passio cōmunioris per errorē attribuatur minus cōmuni. hoc modo. sint hec duo subiecta. primū. linee recte a tertia incidēti secte: quarū anguli intranei ex alterutra parte sunt recti. et hoc dicit esse subiectū minus cōmune. secūdū ꝛ ma

De lineis paralellis.

Alius sensus.

gis cõmune sit hoc. linee recte a tertia incidente secte quarũ anguli intranei ex alterutra parte sunt recti vel equales duobus rectis. illa ergo passio .s. nõ esse concurrẽtes lineas: est ꝑpria huic secundo subiecto: si ergo attribueretur ꝑmo: esset error in assignatione vniuersalis. hec ille in sententia. Sed salua pace eius: videtur qꝺ hec nõ sit vera hui⁹ loci expositio. tum q̃a hoc exemplũ Aristo. nõ esset pro tertio sed pro primo errore: quo passio superioris attribuebatur inferiori: et tamẽ ipse Faber conformiter ad om̃es expositores dicit ꝙ hoc exemplũ est pro tertio errore. tum etiã q̃a textus expresse habet qꝺ subiectum huius exẽpli est hoc complexũ: linee recte. ait enĩ. si q̃s demonstret qꝺ recte quidem non intercidãt &c. passio vero est li: non cõcurrere: estq; ꝑpria et adequata huic subiecto: linee paralelle. qꝺ est minus cõmune quã linee recte. ergo error huius exẽpli stat in hoc qꝺ passio subiecti minus cõmunis attribuitur subiecto magis cõmuni. et sic facit ad propositũ tertij erroris. tum deniq; q̃a lineas rectas habere duos angulos intraneos rectos vel equales duobus rectis ex alterutra parte linee cadẽtis sup eas: non est subiectũ huius passionis: sed potius est mediũ quo illa passio demõstratur de suo subiecto: vt patere põt ex geometria. in qua hec cõclusio. linee paralelle nunquã concurrũt: demõstratur per illud mediũ de angulis intraneis &c.

Reprobatio.

¶ Et si triãgul⁹ nõ esset ali⁹ &c. est exemplũ primi erroris. si inquit triãgulus nõ esset ali⁹. i. si non esset alia species sub hoc genere triangulus: nisi isocheles. i. duarũ linearũ equaliũ triãgulus: videretur vtiq; esse demonstratio illi⁹ passionis: habere tres ãgulos equales duobus rectis: de isochele secundũ qꝺ est isocheles. qꝺ tamẽ est falsum: sed conuenit ei secũdũ qꝺ est triãgulus. cuius est hec ꝑpria passio adequata et proprium vniuersale secũdum qꝺ ipsum.

¶ Et proportionabile &c. est exẽplũ secundi erroris de genere innominato ad multas species: et propterea passio ei⁹ videtur esse ꝑpria alicui⁹ vel aliquarũ specierũ eius. ¶ Pro cui⁹ exẽpli intelligentia sciẽdũ qꝺ tam in arithmetica de numeris/ quã in geometria de magnitudinibus sunt quedã passiones relatiue q̃ dicũtur ꝑportiones et ꝑportionalitates: de quib⁹ late dixim⁹ in predicamẽto ad aliquid. Est autẽ ꝑportio cõparatio vni⁹ quãtitatis ad alterã. cuiusmodi sunt equalitas/ inequalitas/ ꝑportio rationalis/ et irrationalis &c. Sed ꝑportionalitas est ꝯparatio pluriũ quãtitatũ ad plures. vt sicut sex ad tria: ita octo ad quatuor &c. Proportionalitatũ vero plures sunt species: et de vna illarum est hoc exemplũ q̃ dicitur ꝑmutata vel cõmutata ꝑportinalitas. s. quando sunt quatuor quãtitates et primo cõparatur ꝑma ad secũdã sicut tertia ad quartam. deinde ꝑmutaẗ cõparatio sicut prima ad tertiã/ ita secũda ad quartã. vt si dicam⁹. sicut sex ad tria/ ita octo ad quatuor: q̃a vtrobiq; est dupla proportio. deinde cõmutemus: sicut sex ad octo/ ita tria ad quatuor: q̃a vtrobiq; est subsesq̃tertia proportio. est ergo sensus huius litere qꝺ ꝑportionaliter cõmutabile est ꝑpria passio vni⁹ subiecti cõmunis sed innominati: et ꝑpterea hec passio solet demonstrari de numeris/ de lineis/ de corporibus/ de motib⁹/ de tẽporibus/ et aliis huiusmodi multis adinuicẽ cõparabilibus: cũ tamẽ nulli⁹ taliũ subiectorum sit ꝑpria passio: et ꝑpterea est error in applicatione hui⁹ vniuersalis ad subiectũ non ꝑpriũ eius neq; secundũ qꝺ ipsum. Cum enĩ ista subiecta inferiora nõ sint termini eiusdẽ predicamenti sed diuersorũ vt patet: valde difficile esset nominare vnũ gen⁹ cõmune vniuocũ ad ista omnia: nisi forte daretur vnũ genus mixte connotationis ternarie aut quaternarie: ſm modũ quẽ [illegible] in q̃nto dialogo nostrarum introductionũ lo

Proportio q̃d sit.

Proportionalitas

Cõmutata ꝑportionalitas.

gicalium ad predicamenta Aristotelis. ait ergo textus. et proportionabile qd cōmutabiliter est.i.hec passio proportionabiliter cōmutabile videtur demōstrari primo de numeris lineis &c.secundū quod numeri/ & secundū quod linee/ & secundū quod solida vel firma.i. corpora/ & secundū quod tēpora sunt: quēadmodū demonstratū est a mathematicis aliquādo seorsum de quolibet illorum subiectorū.contingens autē est.i. posset contingere demonstrari illā passionem de omnibus illis simul vna demonstratione.s.propter id quod nō est nominatum aliqd cōmune genus; secundū qd hec omnia subiecta inferiora vnū sunt i.vnam rationē habent cōparationis.dico hec omnia numeri/longitudines.i.linee/firma.i.corpora/tempora/ & alia huiusmodi que specie differētia sunt:queque seorsum abinuicē accepta sunt in diuersis sciētijs.vt nūeri in arithmetica/linee in geometria/corpora & motus in phisica/tempora in astrologia. non autē vniuersale. i. propria passio demonstratur de suo proprio subiecto in omnib9 illis demōstrationib9: cui conuenit secundū qd ipsum. non enim secūdum qd linee sunt/ aut secūdū qd numeri inerat eis hec passio:sed secundū quod hoc gen9 innominatū: qd vniuersale ponūt esse recte sentiētes.i. propriū subiectū illius passionis. Sed quia premissum exēplū videbatur aliquātulū obscurum: ponit ad idē propositū de secundo errore aliud magis clarū/et familiari9 exemplū: de ista passione habere tres āgulos equales duobus rectis.cum subdit.

¶ Propter hoc.s. quia passio superioris non bene aptatur inferiorib9: nec si aliquis demonstret.i.velit demōstrare vnūquemque triangulū. i. trianguli speciē.qd duos rectos habet.s.demonstratione vna de omnib9 eis simul. aut altera.i.diuersa & separata demonstratione de vnaquaque specie trianguli seorsum. dico autem isopleron.i. triangulū equilaterū siue omniū trium linearum equaliū.et scalenon.i.gradatū omniūque trium linearū inequaliū.et isochelem.i. duarū tatum linearū equalium:talis in quā demonstrator nondū cognouit triāgulum genus cōmune ad illas tres species habere duos rectos angulos inualore:nisi sophistico modo & per aliud: non autem secundū quod ipsum.nec cognouit vniuersale trianguli.i. de triangulo: nec si nullus.i. quāuis nullus sit triāgulus alter preter hos dictos.hoc est.quāuis aliquis de omnib9 speciebus trianguli siue simul siue seorsum & sigillatim cognosceret quod haberent tres angulos equales duobus rectis: non propterea secundū quod triāgulus est cognouit illam passionē. nec omnē triangulū i.cōmunem rationē trianguli cognouit que sola est ratio secundū quā illa passio est demonstrabilis simpliciter & non sophistico modo quod est per accidēs i.per alterū vel ratione alterius.sed cognouit illam passionē secundū numerū i.numerando omnia inferiora subiecti: secundū speciem autē.i. cōmunē rationem:non omnē triangulū cognouit habere tres duobus rectis equales angulos:& si.i. quāuis nullus est triangulus quē non nouit; sed hoc nō sufficit ad demonstrationē potissimam: sed requiritur quod passio demōstretur de suo proprio & adequato subiecto. ¶ Cōcludam9 ergo ea que dicta sunt circa secundum modū erroris:quod siue illud subiectū sit innominatū siue nominatū:quantūcunque passio eius probetur de omnibus speciebus eius siue simul siue seorsum: nō est assignatū bene predicatū vniuersale; neque habetur demōstratio eius de suo subiecto secundū quod ipsum sed secundū aliud: quod est scire sophistico modo & per accidens.

¶ Tertia pars huius capitis.

¶ Quādo igitur non nouit &c. ponit duas regulas necessarias ad cognoscendum verum vniuersale poste-

riozisticum.prima regula sit hec.quãdo duorũ subiectorũ esset eadem ratio formalis ita qđ essent synonima: tunc passio que de vno illorum subiectorũ demõstratur vt propriũ vniuersale eius: erit etiam.propriũ ⁊ verũ vniuersale alteri⁹ sine errore: si autem essent diuerse illorum subiectorũ rationes: esset manifestus error si passio vnius eorũ de altero demõstraretur. Et ratio huius regule est.quia ex diffinitione:vniuersale cõuenit suo subiecto secũdũ quod ipsum i.secundũ propriã eius rationem ⁊ non secundũ aliam rationẽ.ergo quãdo duorum subiectorũ fuerit eadẽ ratio: vtriqȝ eorum conuenit illa passio secundũ qđ ipsum: ⁊ si eorũ non fuerit eadem ratio sed altera ⁊ diuersa:vni eorum non conuenit illa passio secundũ quod ipsum: quare neqȝ erit verum vniuersale eius. Exẽplũ primi de istis duobus subiectis tunica ⁊ vestis que sunt synonima:vnde Joãnis.19.vtriqȝ eorũ eadem passio attribuitur sine errore.s.missum in sortes. ait enim ibi: erat autem tunica incõsutilis ⁊c. sortiamur de illa cui⁹ sit.sequitur vt scriptura impleretur q̃ dicit. Psal. 21. et super vestem meã miserunt sortẽ. Exemplũ secundi ponitur in textu isto de istis duobus subiectis triangulus et isocheles. ait ergo Aristoteles: quando igitur nõ nouit demonstrator vniuersaliter, idest verũ vniuersale de aliquo subiecto: et quando nouit simpliciter.i. habens scientiam simpliciter de cõclusione demõstrata:in qua verum vniuersale predicatur de suo proprio subiecto: manifestum erit ex his regulis. prima. si idem esse.i.eadem ratio (glossa est frequentissima apud Aristotelem in multis locis) inhereat triangulo:⁊ isocheli/ aut equilatero: aut gradario. que sunt species triãguli. et hoc attribuatur aut vnicuiqȝ speciei seorsum/ aut omnibus simul disiunctim acceptis.suple tũc demonstrando passionem de illo subiecto isocheles vel de trib⁹ illis specieb⁹ aut simul aut seorsum: idem erit ac si demõstraretur de triãgulo secũdũ qđ ipsum i.secundũ propriã eius rationem. si vero non idem.i.non sit idem esse triangulo ⁊ isocheli sed alterũ.i.diuersum:tunc demonstrando passionẽ de isochele nõ nouit illã secundũ quod est triangulus i.secundũ propriã rationẽ triãguli.quare non sciuit verũ vniuersale de suo proprio subiecto secundũ quod ipsum: sed secundũ alterũ.quod non est scire simpliciter sed sophistico modo qđ est secũdum accidens.i. secundũ alterum.

¶ Vtrum autem secundũ quod est.secũda ponitur regula precedẽtis declaratiua.s.quando aliqua passio attribuitur alicui subiecto vt verum vniuersale eius:poterit hoc examinari sic.si remoto illo subiecto.i.negato vel non supponẽte:adhuc illa passio remaneat: aut ecõtra.si remota illa passione modo predicato adhuc maneat illud subiectum: quocũqȝ inquã istorum modorũ id accidat: illud predicatum non erat verum vniuersale illius subiecti: errabaturqȝ in acceptione vel applicatione vniuersalis primo vel tertio modo. si autem subiecto remoto non remaneat predicatũ: ⁊ econtra si remota passione non remaneat subiectũ: sed conuertibiliter se habeant:sic qđ posita se ponant ⁊ perẽpta se perimant: tũc est bene assignatũ vniuersale sine errore. Exẽplũ p̃mi đ isochele ⁊ valere duos rectos.exẽplũ secũdi de figura respectu eiusdẽ predicati. exẽplũ tertij de triangulo respectu eiusdẽ passionis.nã remoto isochele.non remouet̃ illa passio.et remota passione illa. non remouetur figura. sed posito aut remoto triãgulo:protin⁹ ponitur aut remouetur illa passio: et cõ illa posita aut remota ponit̃ aut remouet̃ triãgulus. ğ habere tres ãgulos eq̃les duob⁹ rectis est ꝓp̃a passio triãguli fm q̄ ip̃m.i.fm ꝓpriã ei⁹ rõnẽ.nõ aũt ẽ ꝓp̃a passio isochelis/neqȝ figure q̃a nõ ẽ đmõstrabilis illa passio đ isochele fm qđ ip̃m sed fm qđ triãgul⁹. sil'r neqȝ de figura fm q̄ figura sed secũ

dum qđ triangulus. Adhunc ergo sensum ait Aristo. vtrū aūt insit passio alicui subiecto secundū qđ ipsum: manifestū erit etiā hac scđa regula. vtpote hec passio: habere tres angulos eq̄les duobus rectis angulis: vtrū insit subiecto suo secundū qđ est triangulus: aut secūdum qđ est isocheles: ꝛ quādo secundū hoc subiectum. i. respectu hui⁹ subiecti cui passio attribuitur: ipsa sit primū vniuersale: cui⁹ etiā vniuersalis primi est demonstratio faciēs scire simpliciter. Regula secunda est.

Quādo remoto quidē subiecto illo cui passio attribuitur: adhuc illa passio (q̄ dicitur primū. i. adequatū predicatum ꝛ vniuersale) insit alicui alteri subiecto: suple tunc illud predicatū male assignatur vt propriū vniuersale illi⁹ subiecti. vt patet in exēplo premisso: quare vera isocheli: q̄ est species trianguli: aut eneo triangulo: q̄ est pars in modo triāguli: insunt quidē duo recti. i. passio illa q̄ est valere duos rectos vere affirmatur đ illis subiectis. sed remoto eneo triangulo et isochele adhuc illa passio vere potest affirmari de aliis subiectis. puta de isoplero/ ꝛ scaleno/ et de ligneo triangulo. ergo valere duos rectos non erat proprium vniuersale isochelis aut enei trianguli. Addit Aristoteles.

Sed nō figura aut termino simple remotis manet illa passio. q̄a si nulla esset figura aut termino. i. terīata magnitudine. nihil esset valēs duos rectos. sed non propterea illa passio inest illis subiectis vt primis. i. ꝓpriis ꝛ adequatis: quia illa passione remota adhuc illa subiecta possunt manere in aliis speciebus terminate magnitudinis aut figure. dato enim qđ nihil esset valēs duos rectos āgulos: adhuc linea esset magnitudo terminata. q̄ nō est figura: ꝛ adhuc quadrāgulus vel pentagon⁹ esset figura q̄ non est triāgulus. Sequitur.

Cuius igitur primi. i. proprii et adequati subiecti erit illa passio? ex quo neq; est isochelis neq; figure aut termini: si itaq; est passio ꝓpria trianguli vt primi ꝛ adequati subiecti. (q̄a in illa coordinatione nullū aliud restat subiectū cui attribui possit) secūdū hoc subiectum illa passio inest aliis subiectis: ꝛ non huic secundū alia: hui⁹ igitur subiecti erit demonstratio faciēs scire vniuersaliter. i. illud vniuersale sciētia proprie dicta simpliciter: ꝛ secūdū q̄ ipsum. Hactenus de isto. v. cap̄. cuius recta intelligentia ex libro predicabiliū Porphyrii breuissime ꝛ facillime potest haberi/ et in exēplis clarioribus. sed q̄a suo tēpore illa isagoge nondū edita erat: laborauit Aristoteles satis onerose in declaratione vniuersalis. et quia sciētie mathematice ꝓcedunt artificio demōstratiuo: ideo in hoc ope frequēti⁹ vtitur exēplis mathematicis: que suo tempore erant scholasticis q̄ familiarissima.

Questiones idonee circa hoc cap̄.

Circa hoc autē capitulū nullam mouent neoterici questionē viro sapiēte dignam. tum q̄a eis apparet valde difficile ob defectū mathematice eruditionis. tum etiam quia habita clara eius intelligentia literali ex hoc nostro cōmentario: nihil scrpuli restat ex eo.

Tractatus quart⁹ declarat ex quibus & qualibus procedit demōstratio per quinq; capita: primum est in ordine.

Capitulū sextū probat quod demonstratio procedit siue constituitur ex propositionibus necessariis.

SI igitur est demonstratiua scientia &c. Declaratis cõditionibus generalibꝰ ꝓpositionũ demõstrabiliũ siue sint principia siue cõclusiones demonstrationũ: in duobꝰ cap. precedẽtibꝰ. s. qđ sint ꝓpositiones đ omni/ de pse/ et de secundũ qđ ipsum. i. de vniuersali predicato: hic iam prosequitur Aristo. qđ ꝓposuerat a principio cap. quarti: quia vult docere ex qbꝰ & qualibꝰ principijs debeat ꝓcedere demõstratio potissima que. s. facit scire simpliciter. Et intẽdit ꝓbare qđ ꝓcedit ex propositionibꝰ necessarijs: & nõ ex cõtingentibꝰ q̃ possunt aliter se habere: ex ꝓpositionibꝰ de perse primo vel secũdo modo/ & nõ ex ijs que sunt per accidẽs: ex ꝓprijs p̃ncipijs sciẽtie in qua fit demõstratio & nõ ex alienis i. extraneis p̃ncipijs alteriꝰ sciẽtie: & deniq3 procedit ex ꝓprijs & non ex cõmunibus p̃ncipijs/ ex ꝑpetuis & non ex corruptibilibꝰ. hec latissime ꝓsequitur per multa capitula. In hoc igitur sexto cap. intendit ꝓbare qđ demonstratio procedit ex ꝓpositionibꝰ necessarijs. et diuiditur hoc capitulũ in duas ꝑtes principales. p̃ma. probat dictã cõclusionẽ aliquibꝰ rationibus. in secunda ꝑte ibi. qđ autẽ &c. declarat quedã q̃ supposuerat in illis rationibus. Est igitur cõclusio in primis ꝓbanda qđ demonstratio faciẽs scire simpliciter procedit ex necessarijs principijs. hanc cõclusionẽ ꝓponit quasi ex supradictis inferens vel ad superiora continuans eã. si igitur inquit demõstratiua scientia est. i. demõstratio sciẽtifica siue faciẽs scire ꝓprie dictũ. si inquã illa est. i. si ponatur esse talis demonstratio: ex necessarijs principijs oportet eã procedere atq3 cõstitui. Hãc cõclusionẽ ꝓbat Aristo. primo ex dictis supra in cap. secũdo circa diffinitionẽ demonstrationis: vbi illa particula ex veris ꝓbabatur hac ratione. cõclusio demõstrationis est vera: ergo demonstratio ꝓcedit ex veris. eodem modo arguit hic. conclusio demonstrationis est necessaria: ergo demõstratio procedit ex necessarijs. ideo ait. qđ enim scitur. i. cõclusio demonstrata. nõ potest aliter se habere. s. in sua veritate: hoc est q̃a est necessaria: ergo similiter principia debent esse necessaria. antecedẽs huiꝰ rationis positũ est supra in diffinitione ipsius scire: vbi dictũ est qđ id qđ scitur non est cõtingẽs aliter se habere. cõsequẽtia vero infra ꝓbabitur. Secundo probat eandẽ conclusionem sic.

¶ Que autẽ perse sunt. s. predicata: necessario insunt rebus. i. subiectis suis. sed manifestũ est ꝙ ex huiusmodi ꝓpositionibus quibusdã. i. in aliquibꝰ modis perse fit demonstratiuꝰ sillogismus. ergo ꝓcedit ex necessarijs. consequẽtia est clara. et minor supponitur ex cap. quarto huius: vbi post quatuor modos perse dictũ est q̃ illorũ modorũ concurrunt in demonstratione. maior vero ꝓbatur de duobꝰ primis modis perse. hec enim predicata pse insunt in eo qđ q̃d est. i. in diffinitione subiectorũ quãtũ ad primũ modũ perse. quibusdã vero predicatis alia. s. subiecta insunt in eo quod q̃d est. i. in diffinitione ex predicãtibus. i. eorũ q̃ predicãtur de ipsis: quantũ ad secundũ modũ perse. quorũ predicatorũ secũdi modi pse quãdo sunt passiones disiũcte alterũ oppositorũ necesse est inesse subiecto. vt supra in cap. quarto probatum est. maior ergo illa fuit vera. qđ ea q̃ pse sunt necessario insunt suis subiectis. quãuis enim duos modos propositionũ perse ꝓposuerit Aristo. quibꝰ vtitur demonstratio: tamẽ de primo modo non ꝓbauit qđ sint necessarie ꝓpositiones: q̃a hoc indubitatũ est: ex quo enim predicatũ est de ratione subiecti: necessario inest subiecto et nõ potest ei abesse. nec etiã probauit de ꝓpositionibus secũdi modi quãdo predicatũ est passio simplex ꝙ sint necessarie: q̃a ex quo predicatũ illud est adequatũ & conuertibi-

te cum suo subiecto: est etiã ei ꝓpriũ quarto modo proprij: quare conuenit suo subiecto omni ꝛ soli ꝛ semper. ergo nõ potest ei abesse: sed necessario inest ei. probauit autẽ solum esse propositiones necessarias illas que sunt in secundo modo perse/ et quãdo predicatũ est passio disiũcta: de quib⁹ minus videbatur esse manifestũ quod essent necessarie: semꝑ enĩ passio disiũcta est composita ex duobus terminis oppositis. s. contradictorie/vel priuatiue/vel sunt cõtraria immediata: ꝛ in talibus semꝑ est necessariũ quod alterũ illorum oppositorum insit subiecto dterminato: vt dictũ est in postpredicamentis. quare etiã disiunctũ ex illis duobus oppositis necessario inest eidem subiecto: siquidẽ a parte disiuncti ad totum disiunctũ est cõsequẽtia necessaria. vt si iste numerus est par: ergo est par vel impar: ꝛ si ista propositio est vera: ergo est vera vel falsa/ ꝛ sic de alijs. Maior ergo hui⁹ rationis erat vera. qḋ oĩa predicata q̃ perse insunt primo vel secũdo modo perse: quibus semꝑ vtitur demonstratio: necessario insunt suis subiectis. et addens minorem Aristoteles. subdit.

¶ Manifestũ est autẽ. s. ex cap̃. quarto qḋ ex huiusmodi ꝓpositionib⁹ ꝑse: quibusdã. i. in aliquib⁹ modis perse: vtiq̧ fit ꝛ cõstat demõstratiu⁹ sillogismus. ergo ex necessarijs ꝓpositionibus cõstat demonstratio. et q̃uis in loco illo quarti cap̃. q̃ ergo perse dicũtur in simpliciter scibilibus. i. in demõstrationib⁹: sub dubio relictũ sit quos modos perse Aristot. vellet addijcere demõstrationibus: tamẽ ex hoc loco patet qḋ intelligebat duos primos modos. nã hic probationẽ sue maioris in solis illis duob⁹ modis ponit. terti⁹ enĩ mod⁹ ꝑse nõ est modus p̃dicationis nec ꝓpositiõis: in quarto vero modo ꝑse fere semꝑ est predicatio cõtingẽs ꝛ nõ necessaria: vt domificator edificat/dialecticus disputat/ꝛ sic de alijs. quare illi duo modi perse; terti⁹ ꝛ quartus nõ pertinent ad demonstrationes. quãuis vt superi⁹ diximus quartus modus perse in procursu scientiarũ sit multũ obseruatus: quaten⁹ nedũ in propositionib⁹ necessarijs: verũetiã in contingẽtibus debitus ordo obseruetur et artificiose fiat ꝛc̃ Sequitur tertia ratio.

¶ Omne enĩ suple p̃dicatũ: aut sic est. i. ꝑ ꝑse cõueniẽs suo subiecto: aut secundũ accidens. accidentia autẽ. i. predicata secundũ accidens nõ necessaria sunt. i. nõ de necessitate insunt subiectis. ergo predicata de ꝑse necessario insunt maxime in duob⁹ primis modis perse quib⁹ vtitur demõstratio. ergo demonstratio fit ex necessarijs ꝓpositionibus. poterat tamẽ hec ratio sic intelligi: vt esset altera ꝓbatio maioris precedẽtis rationis. s. qḋ ea q̃ perse sunt necessario insunt reb⁹. q̃a omne predicatũ inest subiecto vel de perse vel de peraccidens: ꝛ hec mẽbra oppositas habẽt cõditiones. sed ea q̃ sunt per accidens non necessario insunt: ergo ex opposito ea q̃ sunt ꝑ se necessario insunt. Aliam quoq̧ rationem ad conclusionẽ intentã ponit. ibi.

¶ Aut igitur sic dicendũ. & formatur sic. demõstratio est probatiua cõclusionis necessarie: sed cõclusio necessaria nõ demonstratur nisi ex principijs necessarijs: ergo demõstratio ꝓcedit ex necessarijs. cõsequẽtia est nota/ꝛ maior supponitur vt principiũ ex diffinitione ipsi⁹ scire. qḋ enĩ scitur nõ cõtingit aliter se habere. minor vero sic ꝓbat. q̃a quãuis cõclusio necessaria possit sillogizari siue inferri ꝛ aliquo modo ꝓbari ex veris solũ premissis nõ necessarijs: quẽadmodũ ꝓcedit argumẽtatio dialectica: tamẽ nõ põt certissime demõstrari nisi ex p̃ncipijs necessarijs. Hoc ergo intẽdẽs Aristo. dicit: aut igitur sic dicẽdũ est. s. q̧ demõstratio ꝓcedit ex ꝓpositionib⁹ ꝑse ꝛ necessarijs: vt probauim⁹: aut si predicte rõnes nõ sufficiũt: p̃ncipiũ ponẽtib⁹ nobis certissimũ alia rõne idẽ ꝓbabit efficati⁹. s. q̧ demõstratio necessaria sit. i.

ex necessarijs.principiū ꝓo sit hoc.qđ de monstratū.i.cōclusio demōstrationis nō pōt aliter se habere.s.in sua veritate.ita qđ nō possit mutari a veritate in falsitatē.hoc eñi principiū supponimus ex dictis supra in cap.2. Et siquidē demōstratū non pōt aliter se habere: ex necessarijs igitur oportet esse sillogismū suple demonstratiuū.ex veris qđē solū sed nō necessarijs: est.i. cōtingit ꝛ nō demōstrātem: suple sed dialectice arguentē sillogizare ad ꝓbandā conclusionē.ex necessarijs autē nō est.i.non cōtingit quēcūq sillogizare: sed aut.i.solū demonstrātē. hoc enim proprium demōstrationis est i. soli demonstrationi conuenit et nulli alteri argumentationi probatiue hoc conuenit de perse.

¶ Signū autē est. ponit aliā rationem a posteriori:cū precedēs fuerit a priori ꝛ demōstratiua.et clara est litera. signū autē qđ demonstratio sit ex necessarijs:est hoc.quoniā instantias ita ferimus ad.i. cōtra opinātes se demonstrare aliquā conclusionē. nā dicimus eis. quoniā nō sit necesse.i.necessariū principiū qđ assumitur ad ꝓbandā conclusionem: atq proinde qđ illa ꝓbatio nō sit demonstratio. et hoc dicimꝰ instātes cōtra illū:si opinamur.i.putamus aut omnino.i.in veritate principiū illud contingere.i.posse aliter se habere in sua veritate.aut forte hoc dicimus tentātes rationis.i.disputationis gratia:quāuis nō ita esse credamus.nostra autē hec disputatio tentatiua ad experiendā alteriꝰ doctrinam: nulla esset nullamq haberet apparentiā: si nō oporteret demonstrationem procedere ex necessarijs. ergo signū est quod hoc requiritur ad bonā demonstrationem.

¶ Manifestū autē ex hiis &c. infert quoddam corrolarium ex predicta conclusione iam sufficienter probata / dicēs. Manifestum est.i. esse potest ex his rationibus et conclusione probata per eas:quoniam stulti.i.indocti sunt illi: qui opinati sunt se bene accipere pñcipia demonstrationis: si probabilis et vera.i. probabiliter vera sit propositio quam assumunt / vt principiū demonstrationis: vt faciunt sophiste.i.apparēter sapientes ꝛ simulatores.quoniā scire simpliciter ꝛ vere: est scientiam habere suple per demonstrationē.non enim quod probabile est aut verum solū modo:principiū est demōstrationis: sed debet esse primum.i. principiū immediatum in genere scibili (qđ est subiectum attributionis cuiusq sciētie) circa quod demonstratur.i.fit demonstratio illa cui adaptatur illud principiū.debet etiam esse verū illud principiū demonstrationis.quāuis nō omne verū sit principiū demōstrationis: sed solū illud quod est propriū principiū. non enim omne verum in aliqua scientia est principium proprium eius.

¶ Secūda pars huius cap̄.

¶ Quod autem ex necessariis oportet esse ꝛc. in precedentibus rationibus precipue in illa ratione:aut igitur sic dicēdum:duo sunt accepta ꝛ supposita sine probationibus.primum fuit quod conclusio necessaria nō potest demonstrari ꝛ sciri nisi ex necessarijs. secundum fuit quod nihilominus cōclusio necessaria potest sillogizari ex necessarijs. Primū horū probat duabus rationibus.prima ratio formatur hoc modo:quicunq probat conclusionē per rationem non ostendentem propter quid ita est: ille non scit conclusionem per illam rationem. sed probans conclusionem ex principijs non necessarijs facit rationem non ostendentē propter quid ita est. ergo ille non acquirit scientiam conclusionis per illam rationem.maior supponitur vera ex diffinitione scire: minor hic probatur. Et hoc est quod Aristoteles dicit. quod autem ex necessarijs principijs oporteat esse sillogismū suple demonstratiuū;manifestū esse po

test ex his que sequitur. si eni nō est aliquis habens rationē .i. probationē cōclusionis ꝓpter qd ita est ostendētē: existē te sua rōne .i. demōstratione vera ⁊ propter qd: ille inquā nō est sciens cōclusionem per illā rationē. ⁊ hoc supra in cap. secūdo ex diffinitione scire notissimum est: in qua dicebatur. ꝙ scire est causam cognoscere ꝓpter quā res est. accipiendo causam logice pro antecedente probatiuo ⁊c. vbi ibidē declarauim⁹. minorem vero probās Aristo. ait. sit autem .i. ponatur vtiꝗ qꝺ. A. de. C. ex necessitate sit .i. predicetur. hoc est qꝺ ista sit necessaria cōclusio/omne. C. est. A. vt omnis homo est risibilis. B. autē ponatur esse mediū .i. antecedens probatiuū conclusionis: per qꝺ mediū demōstratū est .i. probatū qꝺ omne. C. est. A. et sit nō ex necessitate .i. non sit necessariū mediū. et sit termin⁹ medi⁹ bipes. et formetur ratio sic. omne bipes est risibile: sed oīs homo est bipes: ergo oīs hō est risibilis. clarū est qꝺ ātecedēs nō est necessariū: qa nulla illarū premissarū est necessaria. ergo per talē rationē arguens nō sciuit de conclusione ꝓpter qd ita est. et ista est minor hui⁹ rationis. seqtur probatio eius. nō eni est hoc suple verū qꝺ omne. C. est. A. propter mediū predictū. hoc eni mediū contingit non esse verū: ex quo nō est necessariū: cōclusionē aūt necessariā .i. suppositā esse necessariam oportet semꝑ esse verā. ergo in tempore quo mediū est falsificatū: conclusio erit vera ⁊ nō ꝓpter illud mediū. quare mediū cōtingens non dicit ꝓpter qd vera sit conclusio. cū eni remota causa remoueatur effect⁹: antecedēs cōtingens non potuit esse causa cōclusionis necessarie: ex quo eo remoto nō remouetur sed adhuc manet conclusio vera.

¶ Amplius autē: ponit Aristo.

secundā rationē q̄ talis est. si aliqs nūc nō scit aliquā conclusionē probatā per aliquā rationē: ⁊ tamē nulla alia causa dari potest: quare nūc non sciat illā conclusionem nisi qa erat ꝓbata solū per tale mediū: ergo nec pri⁹ sciebat illā .s. quādo probauit eam ꝑ illud mediū: sed hoc euenit quādo probatur cōclusio per mediū nō necessariū sed cōtingens. vnde seqtur qꝺ cōclusio necessaria non scitur per mediū cōtingens: demonstratio ergo faciens scire ꝓcedit ex necessarijs. Maior hui⁹ rationis ex terminis videt esse nota. sed ad eius declaratiōnē Aristot. ponit. quatuor modos qbus aliqs potest ꝑdere scientiā quā pri⁹ habebat: dicens. Ampli⁹ si aliquis nō scit nūc rē .i. conclusionē aliquā: habens tamen adhuc rationē per quā ꝓbauerat illā conclusionē. et iste est prim⁹ mod⁹. Et saluatus est .i. ipse mortu⁹ nō est. secūdus modus. Salua re .i. cōclusione nō falsificata. qui est terti⁹ mod⁹. Nec oblitus est cōclusionis quam pri⁹ sciebat. et iste est quartus modus. sunt ergo quatuor modi qbus pōt aliqs nūc nō scire qꝺ ante sciuerat .s. qa oblitus est cōclusionē/vel rationē probatiuā ei⁹/vel qa ipse sciens corrupt⁹ est phisice/vel qa cōclusio corrupta est logice. i. falsificata est. si ergo nullo istorū quatuor modorū quis ꝑdidisset scietiā de aliqua cōclusione: ⁊ nūc non scit illā: seqtur qꝺ nec antea sciebat eā. ideo dicit: nec pri⁹ sciuit. Seqtur minor. sed corrupto logice medio cōtingente .i. falsificato medio clarū est qꝺ per illud tunc nō scitur conclusio necessaria: nec scientiā eius qs ꝑdidit aliquo illorū quatuor modorū: ergo nec ꝑ illud mediū sciebatur cōclusio anteꝙ corrūperetur mediū. ideo subdit. corrūpitur autē mediū .i. falsificatur aliquādo nisi sit necessariū: siquidē omne corruptibile aliquādo corrūpetur: ⁊ oīs potētia aliqñ reducitur ad actū. quare corrupto medio: habebit quidē ille q ꝓbauit conclusionem per illud mediū: rationē illā adhuc ⁊ cōclusionē: qa nō oblitus est: ⁊ est salu⁹ ipse adhuc viuens: salua etiā re .i. cōclusione non falsificata cū sit necessaria: nescit autē nūc per illud mediū: qa mediū est corruptū. id ergo nec pri⁹ sciuit

Quatuor modis ꝑditur scia.

nit per illud medium. ergo ex nõ neces= sario mediũ sed cõtingẽti nõ scitur cõclu sio. quare oportet demõstrationẽ q̃ facit scire: ex necessariis pncipiis esse. Sequit.

¶ Si vero nõ: respõdet tacite ob iectioni qua proteruus diceret qđ mediũ cõtingẽs nõ corruptũ est: addit Aristot. continget tamẽ ipsum corrũpi aliquan do. qđ enim accidit. i. est accidentale et non necessariũ: vti possibile erit & cõ tingẽs. i. vt aliquãdo cõtingat. et illo da= to ratio nostra haberet locũ. quare im= possibile est sic se habentẽ. i. probantẽ p mediũ nõ necessariũ: scire cõclusionẽ per talẽ rationẽ probatã. Sequitur textus.

¶ Cũ igitur conclusio &c. pro= bat Aristo. secundũ suppositũ. s. qđ con clusio necessaria potest sillogizari. s. pro babiliter ex principiis non necessariis sed solũ cõtingẽtibus. et ad hoc declarã dum ponit tres regulas argumentatio nis probatiue. Prima est qđ sicut con= clusio vera potest probari ex non veris premissis. hec enim fuit vna potestas sillo gismi posita in secũdo libro priorũ: ita etiã cõclusio necessaria potest sillogiza ri ex principiis nõ necessariis. probatio huius regule p secũda pte est similis pba tioni pme ptis ibidẽ posite. Secũda re gula. qđ sicut ex pmissis veris semp seq tur cõclusio vera: ita ex pmissis necessa riis semp seqtur cõclusio necessaria. et vtriusq ptis pbatio est eadẽ q̃ in litera subditur. Tertia regula. si cõclusio sillo gismi probatiui fuerit cõtingens: nõ est possibile premissas esse necessarias. et hec tertia regula manifeste seqtur ex secũda: arguendo ex opposito cõseque tis ad oppositum antecedentis. ait ergo Aristot. cũ igitur conclusio quidẽ ex ne cessitate est. i. necessaria. nihil prohibet mediũ. i. antecedens non necessariũ es se: per qđ demõstratũ est. i. probatio eius facta est. est enim. i. cõtingit necessariũ cõ sequẽs sillogizare ex nõ necessariis pre= missis. sicut est. i. cõtingit verũ cõsequẽs ex nõ veris premissis sillogizare. et ista

Tres regule argu= mẽtatio nis pro batiue.

est prima regula. Sequitur secunda. est autẽ mediũ. i. antecedens ex necessitate est. i. necessariũ: et. i. etiã conclusio est ex necessitate. i. necessaria: sicut ex veris premissis semp seqtur verũ cõsequens. et probat hoc in terminis cõmunibus. sit enim i. predicetur. A. de. B. ex necessitate: ita qđ hec maior sit necessaria. omne. B. est A. et hoc scilicet. B. sit. i. predicetur đ. C. ex necessitate: ita qđ hec minor sit neces saria. omne. C. est. B. necesse est ergo et A. primũ predicatũ inesse. C. vltimo sub iecto: ita quod hec conclusio sit neces= saria omne. C. est. A. Additur tertia re gula. sed cum nõ necessaria/ sed contin gens sit cõclusio: nec mediũ. i. antecedẽs necessariũ esse possibile est. declarat in terminis cõmunibus. sit enim. A. in. C. non ex necessitate. i. ponatur hec conclusio. omne. C. est. A. nõ necessaria. et antece= dẽtis eius due pmisse. s. in. B. autem. A. i. omne. B. est. A. et hoc in. C. i. omne. C. est. B. sint ex necessitate. i. necessarie: se qtur manifeste. et. A. ergo in. C. i. qđ om ne. C. est. A. sit necessaria cõclusio: ex se cũda regula. sed conclusio nõ esse neces saria supponebat ab aduersario. ergo suppositũ illud erat falsum. quare nr̃a tertia regula erat vera. Seqtur textus.

¶ Quoniã igitur: infert Aristo. conclusionẽ principaliter intentã in hac secũda pte huius cap̃. s. qđ conclusio ne cessaria nõ potest sciri demonstratiue p mediũ cõtingens: sed oportet illud esse necessariũ. ideo ait. quoniã igitur si scit aliquis demõstratiue conclusionẽ: opor tet ea ex necessitate esse: manifestũ est ex premissis rationibus. quoniã et per mediũ necessariũ oportet eum demon strationẽ habere. aut si non habeat me diũ necessariũ: non sciet cõclusionẽ. pro bat hoc a sufficienti diuisione. quia omnis demonstratio (que est sillogismus fa= ciens scire) vel est propter quid vel quia: de qua diuisione inferius disputabimus. sed probans conclusionem necessariã ex antecedente nõ necessario: nec pro=

pter quid nec quia sciet eam. quare ne=
cesse est illud esse verum qđ diximus. s.
qđ demõstratio faciẽs scire debeat pro=
cedere ex necessariis principiis. vnde se
quitur. sed aut opinabitur se scire aliqs
nesciens: si accipiat antecedens non ne
cessariũ tanquã necessariũ, et sic dece=
ptus erit. aut nõ opinabitur se scire: ⁊ sic
nobiscũ sentiet. qa simpliciter. i. vniuer=
saliter hoc verũ est in omni demonstra
tione: siue sciat qa ita est ꝑ principia me
diata ⁊ cõmunia. siue propter qd ⁊ per
immediata atqȝ propria principia.

❡ Questiones idonee in hoc capitulo.

❡ Ex toto ergo isto cap. 6. vna tãtũ ha
betur cõclusio. atqȝ ideo vna tantũ esset
disputanda questio. s. vtrũ demonstra=
tio debeat ꝓcedere ex necessariis. et de
bet accipi necessariũ logice nõ phisice.

❡ Caput septimum probare intendit quod demonstratio scientifica debeat procedere ex hiis que sunt perse / et non peraccidens.

Accidẽtium autẽ &c.
Intendit hic declarare
seu probare aliã cõditio
nem ꝓpositionis demõ
stratiue. s. qđ sit predica
tio perse ⁊ non peracci=
dẽs. vocamus autẽ propositionẽ demõ=
stratiuã illam que est vel principiũ vel
conclusio demonstrationis scientifice.
vtriqȝ enim earum debent inesse iste cõ
ditiones. s. de omni / perse / secundũ qđ
ipsum ⁊c. Sed quia hec proprietas. sci=
licet perse insuperioribꝰ est sepe decla=
rata: ideo in hoc cap. breuissime pertrã
sit: ⁊ ex analogia oppositi ꝓbat Aristo.
suũ intentũ: scilicet ex predicatione per=
accidens. nam qđ de vno oppositorum
negat intelligit esse concessum de alte=
ro: ex quo sunt contraria immediata:
quorum alterũ necesse est inesse subie=
cto determinato. i. propositioni. si enim
data propositio nõ est peraccidẽs: opor
tet qđ sit perse: ⁊ econtra. Vult ergo pro
bare Aristo. quod eorũ que sunt per ac
cidens non est demõstratio nec scientia.
ita qđ neqȝ conclusio demonstrationis
sit propositio peraccidẽs neqȝ principiũ
per qđ probatur. habet autẽ hoc breue
cap. duas partes precipuas. quarũ pri=
ma probat hoc de conclusione. Secun
da ibi: quoniã autẽ: probat idem de prin
cipiis demonstrationis. qđ ergo conclu
sio demõstranda nõ debeat esse. predica
tio paccidens opposita duobus primis
modis perse: intendẽs probare Aristo.
ait. accidentiũ autẽ. i. predicationũ acci=
dẽtaliũ: et nõ perse (eo modo quo deter
minatũ est supra in cap. 4. de pse qui=
dem) non est scientia demonstratiua tã
quã conclusionis vel de conclusione. in
hoc enim cap. per genitiuũ vel ablatiuũ
cum prepositione / de / Arist. denotat cõ
clusionem: sed per ablatiuũ cum prepo
sitione / ex / innuit principiũ demõstratio
nis. dixit ergo qđ accidẽtium vel de ac=
cidentibus nõ est scientia demonstrati=
ua. et probat hoc. nõ eñ est possibile ex
necessitate demonstrare. i. certissime et
infallibiliter demonstrare conclusionẽ
suple accidentalẽ. accidens eñ cõtingit
i. potest nõ esse. et hoc sicut est verũ in re
bus ad extra: ita et in ꝓpositionibus. s.
qđ predicatio peraccidẽs potest nõ esse
vera. de tali enim dico. i. intelligo accidẽ
te. Nã cũ predicatio accidẽtalis sit du=
plex: altera est illa que nõ est predicatio
essentialis: qualem faciunt duo vltima
ꝑdicabilia. vt homo est risibilis / homo
est albus: altera vero est predicatio que
nõ est pse sed paccidẽs: ⁊ hãc constituit
quintũ predicabile qđ dr̃ accidẽs pac=
cidẽs. nã predicabile ꝓpriũ dicitur acci
dens pse. intendit ergo Aristo. loqui de
scẽdo modo predicationis accidenta=
lis: quia de illa verum est quod assum
psit: scilicet accidens contingit non esse:
scilicet verum. nam predicatio acciden=

talis primo modo: scilicet q̄ est quarti predicabilis: nō potest nō esse vera: cum predicatū sit intransmutabile a suo subiecto: quia conuenit ei de omni ⁊ de per se. et propterea Aristot. dixit. de tali eñ dico accidente. i. accidentali predicatione. s. q̄ est nō ꝑse sed ꝑaccidēs. Sequitur.

❡ Et tñ oponet. mouet quoddam dubiū circa predictā rationem et plana est litera: opponet. i. contradicet aliquis fortasse. cuꝰ causa. i. quare oportet secundū precepta artis dialectice interrogare de his propositionibꝰ probatiuis conclusionis: si nō necesse est cōclusionem esse verā? et ratio dubitationis est. nihil eñ differt. i. impertinēs est illa interrogatio. si aliquis interrogatus cōtingentia. i. premissas quascūq;: postea dicat. i. concedat cōclusionē. Sēsus est. ex quo conclusio accidētaria nō potest probari de necessitate ex q̄buscūq; premissis siue necessarijs siue cōtingētibꝰ: quare arguēs ad eam probādā sepiꝰ interrogat respōdētē: si cōcedat vel neget premissas: q̄a siue eas cōcedat siue nō: nunquā cōclusio per illas ꝓbatur esse necessaria. sed videmꝰ huiusmodi interrogationes passim fieri in doctrinis: ergo videtur q̄d cōclusio accidētaria possit ex necessitate probari atq; demonstratiue sciri. Hoc dubiū euacuās Arist. dicit.

❡ Oportet autē interrogare. i. q̄d arguēs interrogat respōdētē aliquā do: nō tanq̄ necessariū esse. i. necessariā conclusionē ꝓpter interrogata ⁊ cōcessa. sed propterea q̄d necessariū est dicere. i. cōcedere cōclusionē: dicenti. i. concedenti illa. i. premissas. cogitur eñ respōdens (quādo cōsequētia est bona) si cōcessit antecedens. vt concedat cōsequēs siue verū siue falsum. et ideo illa probatio ⁊ si aliquando non sit bona simpliciter: est tamē bona ad hominē. Unde nimirū hoc modo arguendi vtitur Aristotes quādo arguit cōtra opiniones aliorum ostensiue. nam ex concessis ab eis probat sepius aliquas conclusiones siue veras siue falsas. ideo precedit interrogatio ad conuincendū eos, quia necesse est cōcedere cōsequēs si cōcessum est antecedēs bone cōsequētie: quāuis consequēs non sit necessariū. et necesse est eum verū dicere. i. concedere consequēs esse verū: si vera erant q̄ sunt premissa ⁊ concessa. vnde hac cauillatione non obstāte patet verum esse q̄d in premissa ratione dicebamus. s. q̄d cōclusio accidentaria non potest demōstratione sciri: cū non sit necessaria sed possit falsificari: quod est contra diffinitionē scire superius positam in cap̄. secundo quod non est contigens aliter se habere id quod scitur.

❡ Secunda pars cap̄.

❡ Quoniā autem ex necessitate ⁊c̄. probat q̄d principia demōstrationis debent esse propositiones de perse ⁊ nō peraccidens. et primo si sit accidens separabile. hac ratione. demonstratio est ex principijs necessarijs, vt probatum est in cap̄. sexto. sed propositiones peraccidēs nō sunt necessarie sed sole prepositiones perse: ergo ea ex quibꝰ est demōstratio non erūt peraccidēs sed perse: maiorē huius rationis supponit: minorē probans ait. quoniā autē ex necessitate. i. necessaria principia sunt. quecūq; sunt predicationes ꝑse: ⁊ secūdū q̄d vnū quodq; est. i. de secūdū q̄d ipsum: ⁊ hoc est verū circa vnūq̄dq; genꝰ scibile: q̄d est subiectū attributionis in aliqua sciētia totali. q. d. q̄d hoc est verū in quacūq; sciētia vel disciplina q̄d sole ꝓpositiōes de ꝑse / ⁊ secūdū q̄d ipm sunt ꝓpositiōes necessarie: q̄a in q̄ ita est in oibꝰ sciētijs ⁊ demōstationibꝰ earū: manifestū est. i. manifeste sequitur: q̄m ⁊ de hijs cōclusionibꝰ q̄ perse sunt: ⁊ ex talibꝰ. s. principijs ꝑse: sunt d̄mōstratiue sciētie. i. demōstrationes scientifice. accidētia vero. i. propositiones peraccidens nō sunt necessarie vt notum est: propterea enim dicuntur accidentia: quia accidunt ⁊ non de

necessitate sunt. quare per huiusmodi principia non est necessariū scire cōclusionem propter quid sit vera.

¶ Nec si semꝑ &c. addit aliā rationē ad idē ꝓpositū. s. si propositiones sint peraccidēs de accidēte inseparabili: q̄ sic pōt formari. quāuis ꝑncipia demōstrationis essent semꝑ vera: si tamē non essent ꝑse: ex eis nō sciretur cōclusio esse vera: ⁊ ꝓpter q̄d esset v̄a: ergo necessariū est principia demōstrationis potissime esse predicatiōes ꝑse. cōsequētia est manifesta: antecedēs Aristo. ꝓponit ⁊ ꝓbat/dicens: nec si semper sint illa accidētia. i. dato q̄ essent accidētia inseparabilia: ita q̄d semꝑ inessent suis subiectis vt calidū igni/ nigrū coruo ⁊c̄. non autē essent accidētia ꝑse: quale est predicabile ꝓpriū respectu sui subiecti: sed essent accidētia peraccidēs: quale est q̄ntū predicabile: ꝑ illa ꝑncipia nō sciretur cōclusio. vt sunt. i. quales sunt sillogismi facti ꝑ signa naturalia ⁊c̄. vt si quis ꝓbaret ignē esse intra domū: per hoc q̄d videt fumū exientem ab ea. vel si ꝓbaret animal transisse ꝑ viā ex eo q̄d apparet vestigiū pedis in puluere. vel si ꝓbaret noctem esse propinquam ex eo q̄d vmbre corpoꝝ sunt longiores: vel si probet corpus aliq̄d esse corruptibile: ex eo quod tēpore antiquatur. et sic de alijs multis. nam ex huiusmodi antecedentibꝰ non habetur certa scientia ⁊ ꝓpter q̄d de cōclusione: sed solū ꝓbaretur quia ita est. i. quod sit vera conclusio. vnde subdit: hoc enim perse. i. cōclusionē que est predicatio perse: non perse sciet. i. nec propter quid sciet. scire enim propter quid est per causam scire. vt in diffinitione ipsius scire dicebatur: predicta autē antecedentia non causam rei explicabāt: sed potius effectus que sunt signa. ergo per talia antecedētia quāuis semper vera: non acquirebatur scientia de conclusione. quia non erant perse et necessaria: sed potius peraccidens ⁊ contingentia. Sequitur in fine capituli.

¶ Propter ipsum ergo &c. infertur ex omnibus supradictis conclusio principaliter intenta in hoc cap̄. scʒ q̄d tam principia quā conclusio demonstrationis faciētis scire debent esse propositiones de perse primo vel secundo modo. ideo ait. ergo propter ipsum. i. de perse ⁊ secundū q̄d ipsum oportet mediū inesse tertio. i. minori extremitati in sillogismo demonstratiuo. ita q̄d minor propositio sit predicatio perse. et similiter oportet primū. i. maiorem extremi inesse medio de ꝑse ⁊ secūdū q̄d ipsum: ita quod etiā maior propositio sit predicatio perse ⁊ necessaria. ad habendam sciētiā de cōclusione: in qua etiā primū de tertio ꝓpter ip̄m īerit necessario ⁊c̄.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc septimum cap̄. nulla alia questio videretur apta preter eam quā ipse Aristo. disputat. s. vtrū in demōstratione propter quid ⁊ potissima tam premisse quā conclusio debeant esse predicationes per. s. de predicato generis/vel differentie/vel proprij: ⁊ vtrum predicationes de quinto predicabili accidente possint demonstratiue esse. idest principia vel conclusiones demōstrationis.

¶ Caput octauū intēdit probare quod demonstratio est ex proprijs principijs illius sciētie in qua fit demonstratio: ⁊ nō ex alienis ꝑncipijs alteriꝰ scientie.

NOn est ergo ex alio genere ⁊c̄. Superius in cap̄. secūdo circa diffininitionē demōstrationis: et similiter in cap̄. sexto: vbi probatur q̄d demonstratio procedit ex necessarijs/⁊ non solum ex veris solū probabilibus: relictū est indiscussum q̄d nō omne verū est ꝑncipiū demonstrationis sciētifice: sed so-

lum qđ est principiū propriū illius scientie in qua fit demonstratio. Ad hoc itaqꝫ discutiendū accedit Aristo. in hoc cap. viij. qđ in duas ptes principaliter diuiditur. prima ꝓponit qđ intēdit/ ⁊ supponit quedā necessaria ad probandū qđ ꝓponit. secūda pars ibi. quorū autē genus ⁊c. probat qđ ꝓposuerat. Dicit ergo Aristot. quasi ex supradictis inferēs: qđ nō est. i. non cōtingit descendentē ex alio genere sciētie in aliud: demōstrare. i. demonstratiue ꝓbare aliquā cōclusionē: vt puta nō cōtingit geometricū artificē descendere ad demōstrādū aliq̄d in arithmetica per ꝑncipia geometrie: q̄a ille nō procederet ex ꝓprijs principijs illius sciētie cui⁹ est cōclusio demonstrāda: sed ex alienis atqꝫ extraneis. Sed ātequā hoc ꝓbem⁹: supponam⁹ in ꝑmis.

℄ Qđ tria sunt in demōstratione qualibet. vnū quidē. i. primū eorum est qđ demonstratur cōclusio. i. predicatum demōstratione cōclusum: ⁊ est maior extremitas sillogismi. hoc autē est illud qđ inest. i. passio q̄ affirmatur: alicui generi. i. subiecto: per se. s. in secūdo modo per se. vnū autem. i. alterū est dignitates. i. premisse sillogismi in q̄bus ponit̄ mediū q̄ est terius secūdus. sunt autem dignitates: vt hic loq̄mur: principia ex q̄bus demonstratio est cōstituta. Tertiū autē est genus subiectū: ⁊ est minor extremitas: cui⁹ passiones: ⁊ pro. i. ꝑ se accidētia q̄ sūt predicabilia ꝓpria: ostendit. i. probat de eo demōstratio. Et differūt hec tria. quia illa.

℄ Ex quib⁹ est demōstratio. i. dignitates siue principia: cōtingit aliqñ eadē esse in diuersis scientijs: nō quidē realiter eadē: sed secūdū analogiā solū vt inferi⁹ declarabim⁹: sed alia duo sunt ꝓpria in vnaquaqꝫ sciētia. qđ etiā inferius declarabim⁹. Est ergo sensus Aristo. supponam⁹ in omni demonstratione tria cōcurrere q̄ sunt subiectū passio ⁊ dignitas. sed quāuis priora duo semꝑ sint ꝓpria illi scientie in qua fit demonstratio: tamē dignitates. i. principia q̄dā inueniūtur esse cōmunia ⁊ eadē in plurib⁹ sciētijs in pluribusqꝫ demonstrationibus: hoc tamē nō fit verū de oīb⁹ ꝑncipijs/ sed de quibusdā et valde paucis. quod paulo inferius abunde ꝓbaturi sumus. nūc autē supponendo ista preliba uimus. s. ad magis declarandum nostrum propositum.

℄ Secūda pars hui⁹ cap.

℄ Quorū aūt gen⁹ ē alterū &c. probat Aristot. qđ in principio cap. proposuerat. s. qđ in processu demōstratiuo nō cōuenit descēdere ab vno genere sciētie ad aliud. s. applicādo principia vni⁹ scientie ad probādā cōclusionē alterius sciētie. et hoc ꝓbat trib⁹ rationib⁹. ꝑma sumit̄ ex pte subiecti demōstrationis. secūda ex pte passiōis. tertia ex pte medij. Hec enī dicta sunt nō esse eadem ⁊ cōia in diuersis sciētijs: q̄d q̄d sit de principijs ex q̄b⁹ ꝓcedit demōstratio. Primā ergo rationē ponēs ait. quorū autē. i. quarum scientiarū gen⁹ subiectū est alterū i. diuersum: vt arithmetice de numeris ⁊ geometrie de magnitudinibus: suple in talib⁹ nō potest demonstrator descendere de genere in gen⁹. q̄a nō est arithmeticam demōstrationē. i. q̄ procedit ex ꝑncipijs arithmeticis cōuenire. i. cōuenienter applicare in magnitudinis accidentia. i. ad probāda accidentia siue passiones magnitudinū. nisi diceretur qđ magnitudines sint numeri. i. cōtineant̄ sub numeris. ita qđ subiectū geometrie contineretur sub subiecto arithmetice. q̄a forte ī illo casu liceret arithmeticā dēmōstrationē cōuenire in geometriā ad probādas passiones magnitudinū. hoc aūt quemadmodū cōtingat in q̄busdā subiectis diuersarū scientiarū. s. qđ alterū sub altero cōtineatur: posteri⁹ dicemus quādo nobis erit sermo de subalternatione scientiarū infra in cap. 14. nūc autem dicamus qđ arithmetica semꝑ est habens proprium gen⁹ subiectū: circa qđ

fit demõstratio passionis proprie de eo. et alie disciplinę omnes similiter habẽt propria subiecta circa que suas formãt demonstrationes.

¶ Quare aut simpliciter & omnino debet esse idem gen⁹ subiectũ circa qd fit omnis demonstratio arithmetica: aut aliquo modo idẽ subiectũ cum subiecto arithmetice: si debeat demonstratio arithmetica descẽdere in aliud genus. aliter autẽ. i. quãdo subiectũ subiecto nec est omino idẽ: nec aliquo modo idem: qd impossibile est demonstrãtem descẽdere a genere in genus: manifestũ est ex ista ratione. ¶ Aduertẽdũ qd aliquid cõtineri sub aliquo subiecto sciẽtie põt dupliciter fieri. vno modo tanquã perse inferi⁹ & pars subiectiua ei⁹: vt linea sub magnitudine / binari⁹ sub numero &c. alio modo vt inferi⁹ peraccidens: qd & dicit pars in modo: vt magnitudo sensibilis sub magnitudine / et numerus vocalis sub numero &c. quando ergo primo modo aliqd continetur sub subiecto scientie: dicit Aristo. quod vtrũqꝫ eorũ est idem simpliciter, vt magnitudo & linea. nã simpliciter in hoc loco valet tantũ sicut sine addito: & clarũ est qd pars subiectiua nihil extrinsece addit supra suũ totum vniuersale. sed quãdo secũdo modo aliquid cõtinetur sub sciẽtie subiecto: dicit Aristote. quod vtrũqꝫ eorũ est aliquo modo idem & nõ simpliciter: qa pars in modo nõ omino est eadẽ cũ suo toto in modo: sed cõnotat extrinsece super illud. Est ergo sensus Aristot. in hac ratione qd demõstrator nõ põt transire de genere in genus. i. de subiecto in subiectũ. et hoc vniuersaliter verũ est quando illa subiecta sunt disparata vt numeri / & magnitudines: mores / & res naturales &c. Sed quãdo subiecta nõ sunt disparata: sed eadem aut simpliciter aut aliquo modo: demõstrator forte trãsire põt de genere in genus. dicit forte. qa nõdũ egerat de habitudine sciẽtie subalternãtis ad subalternatam: de qua inferius in cap. 14. aut hoc dicit propterea qd non est certũ de vtroqꝫ modo idẽtitatis subiectoꝝ quod possit demonstrator trãsire a genere in genus de primo eñi modo certũ est qd fiat descẽsus a genere in genus subiectũ. nã in eadẽ scientia totali fit descẽsus demonstratiu⁹ a generib⁹ ad species: vt a magnitudine ad lineã / superficiẽ / & corp⁹. de hoc descẽsu Aristo. dicet infra / qd augẽtur demonstrationes in post assumẽdo. i. subsumendo species post genera: sed de secũdo modo idẽtitatis subiectorum valde dubiũ est an demonstrator possit descendere a subiecto in subiectũ: quãuis in hoc cap. Aristot. videatur ad partẽ affirmatiuã declinare: ego autem ꝓbabiliorẽ cẽseo partẽ negatiuã. vt inferius suo loco declarabo. Seqtur altera ratio ad eandem conclusionem.

Notanda distinctio.

¶ Ex eodẽ etiã genere &c. que sumitur ex pte medij termini in demonstratione. ideo ait. qd necessitate est ex eodẽ genere scibili esse vltima. i. duas extremitates cõclusionis sillogismi demõstratiui: & media per q̃ fit demonstratio. q. d. necesse est qd ad idem subiectũ attributionis ptineant oẽs tres termini sillogismi demõstratiui. i. maior extremitas / minor extremitas / & mediũ. sin autem. i. si mediũ non sit eiusdẽ generis cũ extremis: nõ erũt pse p̃ncipia ex qb⁹ procedit demõstratio: ergo accidẽtia erũt. i. p̄dicationes paccidens. qa termini vni⁹ generis scibilis de peraccidẽs se habẽt ad terminos alteri⁹ generis. quare due premisse demõstrationis in qb⁹ mediũ vnitur cũ extremitatibus erũt predicationes peraccidẽs: aut saltẽ altera earũ: dictũ est autẽ qd ex his q̃ sunt peraccidens nõ fit demõstratio: ergo oportet demõstrantẽ nõ trãsire a genere in gen⁹ ex pte medij. ita qd mediũ vni⁹ generis assumatur ad demõstrãdã cõclusionẽ cui⁹ extremitates sunt alteri⁹ generis: declarat exemplo.

¶ Propter hoc. s. quia demon-

stratio debet esse ex proprijs nō ex alienis vel extraneis: geometrice discipline nō est demonstrare has cōclusiones. s. qđ contrariorū terminorū eadē sit disciplina cōsideratiua. vt medicina est sani ⁊ egri. logica veri ⁊ falsi ⁊c. q̄a null⁹ termin⁹ geometrie se habet p̄se ad terminos hui⁹ conclusionis q̄ sunt logicales. Sed nec pōt demōstrare geometria qđ duo cubi numeri/sit vn⁹ cubus numer⁹ s. per multiplicationē. ita qđ multiplicato vno numero cubico per alterū cubicum inde accrescat vnus terti⁹ numer⁹ cubic⁹. q̄a isti termini pertinēt ad gen⁹ arithmeticū: ad quos p accidēs sese habent termini geometrici. et vniuersaliter nec alteri⁹. i. vni⁹ scientie est demonstrare qđ alterius. i. conclusionē alteri⁹. quia mediū sumptū ex vna scientia de peraccidēs se habet ad terminos cōclusionis alterius scientie. De istis exēplis non sit nūc magna cura: quia ex nr̄a editione predicamentorū euadent clarissima. nā in quarta specie predicamenti qualitatis de oībus formis numerorū diseruimus post diuū Boetiū in secundo libro sue arithmetice. et inpost predicamēto quatuor oppositorū cōtraria dicta sunt ptinere ad idē gen⁹ nedū predicabile/sed etiā subijcibile. Seq̄tur ibi.

¶ Sed aut q̄cūq̄: ponit vnā exceptionē a regula vniuersali premissa. dictū est enī qđ nec vlli⁹ scientie est demōstrare qđ est alterius: addit nūc: sed aut. i. nisi forte q̄cūq̄ due scientie sic se habent adinuicē qđ alterū. i. subiectū vni⁹ sub altero est: aliquo illoꝝ duoꝝ modorū quos in prima ratione hui⁹ ptis declarauimus. vt se habet perspectiua sciētia de visibilib⁹ ad geometriam de magnitudinib⁹. quia subiectū perspectiue: scilicet magnitudo visibilis: est sub magnitudine que est subiectū geometrie. s. vt pars in modo. et similiter consonātia. i. musica scientia de cōsonātijs se habet ad arithmeticam scientiā de numeris. est enim consonātia proportio numeralis duarum vocum: estq̄ pars in modo sub proportione numerali. in huiusmodi inquā disciplinis forte nihil prohibet qđ scientia subiecti superioris mittatur demonstrare conclusiones scientie subiecti inferioris. vt arithmetica cōclusiones musice/ et geometria conclusiones perspectiue. Sed de hac questione inferius in cap̄. 14. disputabimus. nunc autē exēpla ponimus nō qđ ita sint: sed propter addiscentes vt intelligāt. Seq̄tur tertia ratio ad propositum.

¶ Nec enim si aliquid &c. q̄ sumitur ex parte passionis q̄ de subiecto demonstrari debet. ita qđ passionē alterius scientie quis velit demonstrare de subiecto huius sciētie. dicit ergo Aristo. nec enim cōuenit demōstrātē trāsire de genere in gen⁹ ex pte passionis. vt si aliquid. i. aliqua passio insit lineis de q̄b⁹ est geometria: nō secūdū qđ linee sūt: et pro. i. nō in quantū ex ꝓprijs principijs geometrie sunt demonstrabiles. vt si de linea q̄s diceret qđ pulcherrima linearum est recta linea: vel qđ linea recta cōtrario modo se habet ad lineā circularem. et sic de alijs multis passionib⁹. nō enī est illa passio cōueniens linee secūdū qđ ipsum: ⁊ secūdū qđ propriū genus. i. subiectū geometrie: ipsarū passionum est linea susceptiua: sed in quantū cōmune quoddā est. i. secundū quoddā aliud subiectum cōmune innominatū: quemadmodū supra in cap̄. 5. dictū est in secundo errore circa acceptionē veri vniuersalis. nam pulchritudo / contrarietas / et alie huius passiones multis rebus ⁊ valde differentibus conueniūt: non tamen alicui earum secundum qđ ipsum. sed secūdum rationem alicuius subiecti cōmunis innominati quod pertinet ad aliquā aliā scientiā puta phisicam aut methaphisicā. huiusmodi ergo passiones geometria nō pōt demōstrare de lineis aut alijs magnitudinū speciebus: cū nō cōueniāt eis scđm qđ ipm. i. sm ꝓpas rationes sm quas in geome-

tria considerātur: quare nō de pse cōueniunt terminis geometrie: sed terminis alicui⁹ alteri⁹ scientie: ad quā geometricus demonstrator nō debet trāsire: quia nō ageret ex ꝓpriis sed ex alienis: ex q̄b⁹ nō cōtingit dmōstrare.

Resolutio. ❡ Resolutio ergo hui⁹ secūde ptis et totius cap̄. stat in hoc: qd demōstratio sic ꝓcedit ex propriis qd nō ex alienis vel extraneis pncipiis aut terminis. et hic error cōtingeret si demonstrator trāscēderet de genere vno in aliud. qd ꝛ posset facere trib⁹ modis. primo ex pte subiecti conclusionis: sic qd passionē sue scientie vellet demonstrare de subiecto alteri⁹ scientie. Secūdo ex parte medii: sic qd per mediū vni⁹ scientie vellet ꝓbare cōclusionem alteri⁹ sciētie. Tertio ex pte passionis sic: qd passiones alteri⁹ sciētie vellet dmōstrare d subiecto sue sciētie. nā quocunqꝫ illoꝝ modorū argueret: ex extraneis nō ex ꝓpriis ꝓcederet.

Aduertendū. ❡ Circa istā tertiā rationē aduerte qd vt probat Aristo. in scdo phisicorū: ꝛ in. 6. methaphisicorū: mathematice sciētie abstrahunt a materia/ motu/ ꝛ a qualitatib⁹ sensibilibus: nec tamē abstractio illa ēst tanta quanta in methaphisica/ sed minor ea. mathematice ergo sciētie in abstractione sua medie sunt inter phisicā ꝛ methaphisicā. si itaqꝫ passiōes phisice adaptarent̄ nūeris aut magnitudinib⁹: essent ꝓpositiones paccidēs/ ꝛ nō pse. vt si diceret̄ qd linea recta est pulcherrima aliarum/ vel qd est velocitatiua mot⁹ ꝛc̄. Si autē passiones methaphisice vt idē / differens/ diuersum/ contrariū ꝛc̄. attribuerentur eisdē subiectis mathematicis: cōuenirent quidē eis perse: sed nō secūdū qd ipsum. vt si diceret̄ ꝙ linea recta est ꝯria linee circulali. vel qd differt specie ab ea ꝛc̄. nullas eñi taliū passionū. s. phisicarū aut methaphisicarū potest mathematicus geometer demonstrare de magnitudinib⁹. vt patet ex supradictis. Hinc ansam habere poteris ad probādū qd sciētia subalternās nō pōt demōstrare cōclusiones sciētie subalternate.

❡ Questiones idonee.

❡ Circa hoc cap̄. vix repperies aliquā questionē motā ab scholasticis: q̄a pauci hec callēt: que tñ propriissime ad hāc ptinēt posterioristicā doctrinā: essent ꝙ subtiliter inuestigāda ꝛ argutiis enucleanda. s. vtrū cōclusio vnius sciētie possit demonstrari ex principiis alterius ꝛc̄.

❡ Caput nonū ꝓbat qd̄ demōstratio faciens scire simpliciter est de perpetuis et non de corruptibilibus.

MAnifestū aūt est. ꝛc̄. Quāuis in logica necessariū et ppetuū nomina scdē impositionis sint synonima: similiter cōtingens ꝛ corruptibile: tamē Aristot. postꝙ probauerat in cap̄. 6. qd demōstratio est de necessariis ꝛ nō de cōtingentibus: in hoc cap̄. 9. vult ꝓbare qd est de perpetuis/ ꝛ nō de corruptibilib⁹: neqꝫ tamen inutiliter ista repetit. tū q̄a alias rationes ad hoc ꝓpositū affert ab illis quas supra adduxerat: tum vel precipue q̄a apud Socratē ꝛ Platonē hec q̄stio difficultatē fecerat. s. quomodo possit haberi sciētia de reb⁹ corruptibilib⁹: ꝛ fuit occasio ponendi ideas ppetuas ad habendā scientiā: vt Aristo. narrat in pmo libro sue methaphisice. illi autē philosophi nō vtebātur vocabulis necessarii ꝛ cōtingentis: sed nominib⁹ ppetui ꝛ corruptibilis: ideo alludens eis Aristote. vult iterū hic disputare hāc questionē p vocabula eorū: et cōsonat eis in verbis: sed lōge ad aliū sēsum. Intēdit ergo ꝓbare qd demōstratiua sciētia est de ppetuis/ ꝛ nō de corruptibilib⁹. s. accipiēdo vocabula vt sunt nomina secūde impositionis ꝛ logica significātia ꝓpositionū cōditiones: nō autē vt sunt pme imposi=

tionis ⁊ phisica significātia rerū diuersitates.quemadmodū illi accipiebāt. habet autē hoc cap̄.duas ptes.prima earū intēdit probare qđ dictū est de demonstratiōe. secūda ibi similiter sese habet: probabit idem de diffinitione.in primis ergo ponitur conclusio. quod demonstratio simpliciter faciēs scire est de propositionib⁹ ppetuis ⁊ nō de corruptibilibus.hāc probat tribus rationib⁹.prima ratio sumitur ex hoc.qđ demōstratio pcedit ad pbandā cōclusionē ex ppositionib⁹ vniuersalib⁹/et de secūdū qđ ipm. q̄ sunt necessarie. ergo cōclusio sic pbata est ppetua et nō corruptibilis ppositio:qa vt prius dictum est ex necessariis semp seqtur necessariū. Dicit ergo. manifestū est.i. esse pōt ex supradictis: qđ si sint ppositiones vniuersales de predicato qđ cōuenit subiecto secūdū q ipm. ex quib⁹ est sillogism⁹ demōstratiu⁹:necesse est ⁊.i. etiā cōclusionē esse ppetuā in sua veritate sic qđ nunq̄ possit esse falsa.dico conclusionē huiusmodi demōstrationis.i. q̄ ex talib⁹ principiis procedit:⁊ vt est verū dicere: demōstrationis simpliciter.s.faciētis scire. Ex hac pma ratione infertur secunda.

¶ Nō est ergo demōstratio nec sciētia simpliciter corruptibiliū cōclusionum.i. q̄ possunt esse false et deficere a sua veritate. cōsequētia tenet ab oppositis:qa de quocūq; vere affirmatur vnū corū de eodē debet ⁊ alterū negari.probatū est autē qđ cōclusio demonstrationis simpliciter est ppetua: ergo non est corruptibilis. Et addit rōnē aliā Aristo. qa demonstratio potissima est ex ppositionib⁹ de psē/ et nō paccidens.vt supra in cap̄.7.probatū est: sic autē.i. ppositio corruptibilis secūdū accidēs est / ⁊ non psē.ergo cōclusio demonstrationis non est corruptibilis: qa de his q̄ sunt paccidens nulla est scientia nec demonstratio. Sequitur tertia ratio.

¶ Qđ autē vniuersaliter: q̄ sumitur ex hoc qđ demonstratio est de ppositionib⁹ de omni.vt supra in cap̄.4.dicebatur: sed ppositio corruptibilis non est de omni:cū aliquando sit vera/⁊ aliquādo falsa.ait ergo. qđ autē vniuersaliter.s.predicat.i.pro quolibet supposito ⁊ pro quolibet tēpore: tale inquā predicatum ipsi⁹ cōclusionis corruptibilis non est. q̄si dicat. ppositio corptibilis nō est de omni: sed predicatū ei⁹ aliquādo vere dr̄ de suo subiecto:suple ⁊ nō semper. et sic dicit.i.pro aliquo ⁊ nō pro omni supposito.cū autē ita sit.i.huiusmodi sit conclusio: necesse est alterā premissarū ad min⁹ nō vniuersalē esse ppositionē.i.de omni:⁊ per cōsequens corruptibilē logice.i. falsificabilē. dico autē corruptibilē esse alterā premissarū:quoniā ⁊ pclusio est etiā corruptibilis per aduersariū (q̄ cōtendit huiusmodi cōclusionē esse demonstratione scibilē.) nā sicut ex necessariis premissis semp seqtur conclusio necessaria: ita ex incorruptibilib⁹ ⁊ ppetuis pmissis semp seqtur cōclusio incorruptibilis ⁊ ppetua.quare si cōclusio est corruptibilis:necesse erit ambas premissas vel ad min⁹ alterā esse corruptibilē. Dixi etiā nō vniuersalē oportere esse alterā premissarū ex quib⁹ est demōstratio: qa hoc qdē.i.vnū suppositū subiecti erit:hoc autē.i. alterū nō erit tale quale illa propositio enunciat.quare si altera premissarū ad min⁹ fuerit nō vniuersalis.i.nō de omni:nō est.i.nō cōtingit sillogizare vniuersaliter demōstrādo ⁊ simpliciter: sed solū quoniā nūc est.i. p aliquo tp̄e ⁊ pro aliquo supposito. et non simpliciter de omni.

¶ Secūda pars huius cap̄.

¶ Similiter autē &c. probat qđ etiam diffinitio nō est de corruptibilib⁹ sed de ppetuis. et hoc vnica ratione sic. diffinitio est necessario annexa demonstrationi:sed demōstratio est de ppetuis ⁊ nō de corruptibilib⁹ vt probatū est:ergo nec diffinitio.pſequētia est nota ⁊ minor iam pbata.maiorē vero pbās Ari

sto. ait: similiter autē. i. eodē modo se habet veritas in diffinitione. s. sicut dictū est in demonstratione. et hoc ꝓbat. quoniā oīs diffinitio aut est principiū demōstrationis: aut cōclusio quedā demōstrationis: aut est demonstratio tota non in ꝓpria forma/ sed in substātia: differens tamē positione. i. situatione terminorū. s. q̄a nō habet formā sillogisticā. q̄a ꝗ demōstratio/ nec quātū ad principiū/ nec quātū ad cōclusionē/ nec quātū ad se totam pōt esse de corruptibilib⁹/ sed tantū de ꝑpetuis: seq̄tur qđ etiā ⁊ diffinitio nō possit esse corruptibiliū/ sed tantū ꝑpetuorū ⁊c. ¶ Notāda sunt hic tria. primū est qđ a principio huius cap̄. diximus. s. Aristotelē velle. hic quātū ad verba exteriora applaudere philosophis ātiq̄s: qui loquētes de reb⁹ externis dicebant diffinitiones/ ⁊ demōstratiōes/ atq̧ sciētias nō esse de istis reb⁹ caducis seu corruptibilib⁹: sed tantū de aliis substātiis separatis deq̧ rebus ꝑpetuis ⁊ incorruptibilibus: quas vel ideas vel deos immortales appellabāt. sed Aristot. eadē verba ꝓferēs non de reb⁹ externis: sed de vocabulis earū/ ⁊ de ꝓpositionib⁹ q̄ de rebus enunciant sua dicta intelligit. dicens qđ demōstratio ex ꝑpetuis principiis ꝓcedit ad probādā cōclusionē perpetuā. i. infalsificabilē. et qđ diffinitio est termini vniuersalis: q̄ est perpetu⁹. i. abstractus a ꝑticularib⁹ cōditionibus loci ⁊ tēporis: nō autē termini singularis nō sic abstracti. inde est qđ supposita mundi eternitate (vt Aristo opinabatur) termini vniuersales sunt ꝑpetui ⁊ incorruptibiles logice. i. semper supponētes/ ⁊ nunquā a suppositione cadentes vt homo animal ⁊c. termini autē singulares vt Socrates/ Plato/ ⁊ alii nō sunt ꝑpetui sed corruptibiles: q̄a cadunt a suppositione sua per illorū hominū mortem. Hāc intentionē Aristo. quidā ex latinis cōmētatorib⁹ nō callētes arbitrati sunt qđ in hoc cap. ipse de rebus non de sermonibus loqueretur. vnde ideas negātes finxerūt quasdā naturas cōmunes specificas vel genericas de quib⁹ dantur diffinitiones ⁊ fiūt demonstrationes certissime: nō autē de rebus istis singularibus corruptibilibus et incertis. sed quantū distet hec imaginatio a plana intelligentia huius litere: quātāq̧ difficultatem nō necessariā augeat in bona ⁊ recta philosophādi semita: facile q̄sq̧ ingeniosissim⁹ decernet: si modo a praua affectione liber extiterit: nec in verba alicui⁹ magistri iurauerit. immo in hoc libro primo cap̄. 2c. ipse Aristote. hanc phantasiā ridebit simul cū ideis Platonicis: q̄a eiusdē farine est cū eis: nec distant nisi paulo quoddā et ficto intersticio ⁊c. ¶ Secundū hic notandū est: qđ Aristo. in hoc loco solū loquitur de diffinitiōe essentiali: siue illa sit quiditatiua ⁊ formalis: siue causalis. vtraq̧ enī est necessario annexa demonstrationi. omnis enī demonstratio est aut formalis ⁊ recta. et in illa mediū demonstrationis est diffinitio q̄ditatiua formalis. vt omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: ergo omīs homo est risibilis. Aut demōstratio est causalis ⁊ obliqua: ⁊ ī illa mediū est diffinitio essentialis causalis ⁊ data ꝑ obliquos casus. vt omē animal cōpositū ex corpore organico/ ⁊ anima rationali est risibile: omīs homo est cōpositus ex corpore organico et anima rationali: ergo omnis homo est risibilis. harū demonstrationū diuersitas prouenit ex diuersitate scientiarū que vtuntur artificio demonstratiuo. nā in doctrinis mathematicis fere omnes demonstrationes sunt recte ⁊ formales. in phisicis vero ⁊ moralibus omnes fere sunt oblique ⁊ causales. sed de his inferius in secundo libro horum posteriorū abundantior erit sermo deo disponente. ¶ Tertio videre opus est qualiter sit intelligenda illa diuisio trimembris diffinitionum: scilicet quod quedā est demonstrationis principium/ alia conclusio/ ⁊ alia est vt tota demonstratio in virtute: differens tamen positione ⁊c. Dico quod ista diffin

Tria notāda. primū.

Scđm nōbile.

Tertiū nōbile.

ctio precipue habet locum in demōstra tione causali. vt docet Aristoteles in secundo libro phisicorum. Cum enim finis sit principalissima causarum in eadem re: ꝛ secundum locum habeat efficiens: tertium forma: et vltima sit materia: quia omne agens mouetur a fine ad agendum vt producat formā: dispo nitq; materiam propter formā secundū exigentiam eius: ideo diffinitio rei data per causam finalem est vt principiū demōstrationis respectu aliarum omniū. diffinitio autem eiusdē rei data per causam materialem est vt conclusio demōstrationis respectu aliarum omniū: alie vero due diffinitiones medie sunt. nam diffinitio per causam efficientem cōparata ad diffinitionē datam per causam finalem est vt conclusio: sed comparata ad diffinitionem formalē vel materialē est vt principiū. Item diffinitio data per formā est vt principiū ad diffinitionem datam per materiam: sed est vt conclusio comparata ad alias duas diffinitiones priores. Exemplū solet dari in domo. nam per finem diffinitur. quod est artificiatum ad protegendos homines ab excessib⁹ eris calorib⁹/frigoris/pluuiarū/ventorū ꝛc. per causam efficientem: quod est artificiatum ab arclitecto secundū artem ingeniatum. sed per causam formalem: quod est artificiatum distinctum per habitationes/per cubicula/et alias officinas habens portas/et fenestras ꝛc. per materiam deniq; / domus diffinitur. quod est artificiatum constans ex parietibus ꝛ tecto/ex lapidibus et lignis/tegulis et cemento. Ergo per diffinitionem finalem poterit demonstrari diffinitio materialis. hoc modo. omne artificiatū vtile ad protegēdū hoies ab excessibus aeris debet constare ex materia dura que non possit faciliter penetrari qualia sunt parietes et tectum facta ex lapidibus / lateribus/ lignis/tegulis ꝛc. sed domus est artificiatum vtile ꝛc. ergo domus est construenda ex lapidib⁹ lateribus ꝛc. ecce quo modo diffinitio per causam finalem est principiū demonstrationis. i. mediū ad demonstrandā diffinitionē datā per causam materialē: que est conclusio. i. predicatū cōclusionis quod cōcluditur de illo subiecto dom⁹. Eodē modo posset fieri demōstratio ex causa finali ad causam efficientem: quia ad illā vtilitatem oportuit esse aliquā artem qua debito ordine subueniretur humane necessitati. et similiter posset demonstrari diffinitio formalis: quia ars domificatoria habet vt domus sit disposita in suis partibus tali modo qui conferat saluti hominum. s. quod habeat ianuā ꝛ fenestras per quas intret sol ꝛ aer salubris ꝛc. Et sicut posite sunt quatuor diffinitiones domus: sic possent poni ꝛ quatuor diffinitiones hominis ꝛ cuiuslibet alterius rei naturalis: ꝛ fierent demōstrationes causales secundū modū dictū. Ergo cū diffinitiōes sint adeo annexe ꝛ necessarie ad faciēdas demonstrationes: oportet diffinitiones esse perpetuorum ꝛ nō corruptibiliū quemadmodū ꝛ demonstrationes. De diffinitione vero que est vt tota demonstratio. i. simul principiū ꝛ conclusio demonstrationis: clara est intelligentia: quia est diffinitio duas simul complectens diffinitiones quarū altera inferebat et altera inferebatur. vt domus est artificiatum ex lapidibus lateribus / lignis / et cemento ꝛc. ordinatum ad protegendum homines ab excessibus aeris ꝛc. hec inquam diffinitio in substātia ꝛ virtute est tota illa demonstratio quā superius egimus: quāuis differat positione. i. situ terminorū: quia non sunt termini hic ordinati in figura ꝛ modo sillogistice. vnde sicut ista diffinitio est demonstratio implicita et coniuncta: ita illa demonstratio potest dici diffinitio explicita et separata. sed de his satis. Sequitur.

¶ Eorū autē q̄ sepe &c. mouet dubiū circa predicta ꝛ respōdet ad ipm. Dictū cū est a p̄ncipio hui⁹ cap. q̄ dm̄ō

stratio/ ꝛ sciētia similiter/ ꝛ diffinitio est solum, de perpetuis que semper sunt: ꝛ non de corruptibilibus que aliquando sunt/ ꝛ aliquādo nō sunt. cōtra hoc videtur esse: q̄a de ecclipsi lune habetur demōstratio ꝛ sciētia simpliciter: ꝛ tamē ecclipsis illa nō semper est/ sed aliquando est/ ꝛ aliq̄n non est. ergo nō est bene dictum q̄d est in hoc cap̄. determinatū. Ad hoc dubiū respōdēs Aristo. dicit. eorum autē q̄ sepe fiūt ꝛ nō semꝑ: sunt demonstrationes ꝛ sciētie. vt est lune defectus: q̄ et grece ecclipsis dicit̄. manifestum eñ est q̄d talia entia secūdum q̄d sunt huiusmodi. i. demōstrabilia ꝛ diffinibilia: semꝑ sunt: q̄a sunt vniuersalia. inquātū vero non semꝑ sunt: secūdū ꝑtē sunt. i. ꝑticularia sunt. q. d. demōstratio est de ecclipsi lune in vniuersali ꝛ generice vel specifice: ꝛ huiusmodi ꝓpositiones semꝑ sunt. i. sunt ꝑpetue veritatis ꝛ infalsificabiles. nō autē est demōstratio de hac ecclipsi ꝑticulari: q̄ aliquādo est ꝛ aliquādo nō est. q̄a singularia ab arte relinquēda sunt: cū sint infinita. ꝛ. incerta ꝛ variabilia atq̄ contingentia. quare demōstrationes sciētifice non descēdūt nisi vsq̄ ad species specialissimas: ꝛ in eis iubet plato quiescere. i. cessare ꝓcessum sciētificū. Est ergo respōsio ad dubiū: q̄d de ecclipsi lune per vniuersalia vocabula ꝛ ꝓpositiones ex eis formatas fit demōstratio faciens scire simpliciter: q̄a ille sunt ꝑpetue ꝛ incorruptibiles ꝓpositiones logice loquēdo: sed nō per terios ꝛ ꝓpositiones singulares: q̄a ille sunt cōtingētes ꝛ corruptibiles. hoc modo. vt hec diffinitio. ecclipsis lune est defectus luminis solaris in luna ꝓpter interpositionem terre impedientis illuminationē eiꝰ a sole: est ꝑpetue ꝛ eterne veritatis: ꝛ est tota demonstratio in virtute: q̄a cōprehēdit duas diffinitiones ecclipsis. quarū altera est principiū/ ꝛ altera cōclusio demōstrationis. sed si diceretur. hec ecclipsis lune facta in Anno. 1529. die. 16. Octobris cum horis. 20. est priuatio luminis ꝛc̄. nō est ꝓpositio ꝑpetue veritatis: sed accidētaria ꝛ corruptibilis. quare nec sciētifica aut demōstratiua ꝓpositio. Addit Aristo. et sicut defectus seu ecclipsis lune est scibilis in vl̄i/ ꝛ nō in ꝑticulari: simil̄r est dicēdū in alijs que sepe fiūt. vt in ecclipsi solis/ in alijsq̄ aspectibꝰ luminariū ꝛ planetarū. immo ꝛ in oībꝰ effectibꝰ naturalibꝰ/ vt in tonitruo/ terremotu/ pluuia/ vento/ pruina/ niue ꝛc̄. q̄a de eis oībꝰ pōt esse sciētia ꝛ demōstratio atq̄ diffinitio in vl̄i nō in ꝑticulari. nā in rebꝰ nālibꝰ quātūcūq̄ caducis ꝛ corruptibilibꝰ possunt dari ꝓpositiones ꝑpetue veritatis de omni/ ꝑ se/ ꝛ s̄m q̄d ip̄m q̄ sunt vere sciētifice ꝛ demōstratiue. ¶ Ualde ergo caute Aristot̄. hoc dubiū mouit in fine huius cap̄. videlicet ad ostēdēdū causam deceptionis Platonis/ ꝛ aliorū antiquorū ph̄orū: decipiebātur eñ ꝑ eq̄uocationē horū duorū noīum perpetuū ꝛ corruptibile. quādo eñ sunt noīa secūde impositionis ꝛ logica: verū est q̄d demōstratio ꝛ sciētia est de ꝑpetuis ꝛ nō de corruptibilibꝰ. s. terīs ꝛ ꝓpositionibꝰ. sed quādo sūt noīa p̄me impositionis phisica: hoc dictū nō est verū: q̄a oēs fere scientie humana diligentia inuēte sunt de rebꝰ corruptibilibꝰ ꝛ caducis: nā vix ꝛ rarissime de rebꝰ ꝑpetuis loquūtur ille scientie: ꝛ creberrime de rebꝰ corruptibilibꝰ. illi ḡ ph̄i hoc secūdo modo loquētes decipiebātur ꝛ errabāt: ideo nimirū alias res ꝑpetuas fingebāt de q̄bꝰ posset esse vera scientia. s. ideas. ¶ Hac etiā ignorantia laborāt quidā ex nr̄is cōmentatoribus in hoc cap̄. qui finxerūt naturas cōmunes de quibꝰ solis dicūt esse sciētias ꝛ nō de particularibꝰ rebꝰ: atq̄ hūc textū Aristot̄. satis in se planū ꝛ peruiū ad illas phātasias detorquent. immo ꝛ peruertunt. sed de ijs satis.

Aduerte.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc capitulū vna sola est questio apta: quā ꝛ oēs fere questionariū pertractant: vtrū de corruptibilibꝰ possit esse diffinitio/ demōstratio ꝛ sciētia.

Capitulũ decimũ probat qđ demonstratio est ex proprijs principijs/et non ex cõmunibus.

Voniã autẽ manifestum est ⁊c. Demõstrationẽ ꝓcedere ex proprijs: qđ supra in cap. 7. ꝓposuerat Aristo. duobus modis poterat intelligi: ⁊ vtroqꝫ modo vult eam ꝓbare Aristo. esse veram. vno modo. i. nõ ex alienis vel extraneis alteri⁹ sciẽtie principijs. et sic ꝓbauit eam in cap. 8. alio modo. i. non ex cõmunib⁹ principijs. et hoc modo intẽdit eam ꝓbare in hoc cap. qđ habet duas ptes principales. in pͥma ꝓbat Aristo. qđ demõstratio scientifica non est ex cõmunib⁹ principijs. in secũda ibi. si autẽ hoc ⁊c. inqrit de principijs cõmunibus. Proponẽs itaqꝫ Aristot. intentionẽ suã ait. quoniã autẽ ex supradictis manifestum est: qa iam ꝓbatũ. qđ nõ est. i. non cõtingit demõstrare vnũqđqꝫ. i. quãlibet cõclusionẽ ex quolibet principio. sed aut suple opus est ad demõstrationẽ scientificã qđ ꝓcedat ex vnoquoqꝫ pͥncipiorũ ꝓpriorũ: si id qđ demõstratur. i. cõclusio vel passio sit secũdũ qđ illud est. i. sit predicatio vel predicatũ cõueniẽs subiecto secũdũ qđ ipsum. sensus est. si cõclusio demõstranda nõ est q̃cũqꝫ ꝓpositio: sed illa sola q̃ est predicatio de omni/ꝑse/⁊ secũdũ qđ ipsum: ita qđ predicatũ sit verũ vniuersale sui subiecti: ita etiã principia per q̃ huiusmodi cõclusio demonstratur: nõ possunt esse q̃cũqꝫ principia indifferẽter: sed oportet qđ sint determinata ⁊ ꝓpria cõclusioni demonstrãde. vnde subdit. nõ em̃ est scire hoc qđ demõstratur: si demonstratio ꝓcedat solũ ex veris quidẽ/⁊ indemõstrabilib⁹ principijs et immediatis. qa iste cõditiones principiorũ nõ sufficiũt ad hoc qđ demõstratio faciat scire conclusionem: sed vltra hec op⁹ est qđ principia sint ꝓpria ⁊ accõmodata conclusioni. Deinde ibi.

Est em̃ sic monstrare probat Aristot. qđ ꝓposuit ⁊ primo exẽplo cuiusdã Brisonis. q̃ arguẽs ꝑ cõmunia putauit se demõstrasse quadraturã circuli in geometria. hoc modo. vbicũqꝫ est dare maius ⁊ min⁹ aliq̃: est dare illi equale: sed est dare quadratũ maius circulo s. intra qđ circulus est descriptus: est et dare quadratũ min⁹ circulo. s. illud qđ intra circulũ descriptũ est. ergo est dare quadratũ equale circulo. Ista em̃ ratio nõ est demõstratio: qa nõ facit scire simpliciter ⁊ ꝓpter qđ: sed solũ qa. i. nõ probat qđ ⁊ quãtũ quadratũ sit equale circulo: ⁊ qua ratione sit eq̃le: sed solũ probat qđ sit aliqđ quadratũ equale circulo: quãuis nesciam⁹ qđ illud sit. ait ergo Aristo. bene dixi qđ nõ sufficit principia esse vera ⁊ immediata. est em̃. i. cõtingit sic monstrare aliquã cõclusionem: sicut Briso quidã pħus demõstrare tentabat tetragonismũ. i. quadratũ equale circulo: non qdẽ secũdũ quadrãgulatũ. i. sm̃ ꝓpriã rationẽ quadrature: sed scđm cõmune quoddã principiũ demõstrant. i. ꝓbãt cõclusionẽ: huiusmodi rationes. i. ꝓbationes. qđ. s. mediũ vel principiũ cõmune et. i. etiã alteri conclusioni: inest. i. applicari põt. vnde ⁊ in alijs generibus scientiarũ a genere illi⁹ cõclusionis: conueniũt he rationes. i. ꝓbationes: nõ proximis conclusioni prime sed extraneis ab illa. nõ itaqꝫ scit aliqͥs per tale mediũ secundũ qđ illud est. i. ꝓprie ⁊ determinate: sed solũ secũdũ accidẽs. i. secundũ aliud gen⁹ ⁊ cõfuse. q. d. demonstrare ꝑ cõmunia pͥncipia est q̃si demonstrare ꝑ extranea: qđ reprobatũ est in cap. 8. nã per huiusmodi pͥncipia nõ ꝓbat aliqđ secũdũ ꝓpriã rationẽ: cũ illa etiã sint applicabilia cõclusionib⁹ alteri⁹ rationis alteriusqꝫ sciẽtie: ꝙ nõ secũdũ qđ ipsum: sed secũdũ aliqđ aliud est ꝓbatio illa: qđ nõ est scire simpliciter/sed scđm accidens. i. ꝑ aliud siue ꝑ rationẽ alteri⁹. Ergo in exemplo premisso illud principiũ

vbi est dare maiꝰ ⁊ minꝰ est dare equa
le ⁊c. est de quãtitate in cõmuni/⁊ nõ de
circulo vel de quadrato in specie. ideo
per illud nõ habetur ratio ꝓpria. quare
aliqđ quadratũ est equale alicui circu=
lo: sed solũ qđ sunt adeq̃biles: ex eo qđ
sunt quantitates quedã adinuicẽ com=
parabiles. hoc autẽ non est simpliciter
scire quadraturã circuli: qđ ex eo patet:
quia facta illa ratione: adhuc nescimus
dare quadratũ eq̃le circulo. Seq̃tur.

¶ Nõ em̃ conuenit &c. probat
idem alia ratione sumpta ex cap̃. 8. hoc
modo. demonstratio nõ est bona/quan
do trãscedit vel trãsitur in aliud genꝰ
scibile: sed probatio q̃ fit ex cõmunibus
principijs trãsit in aliud genus: q̃a illud
mediũ est applicabile alteri cõclusioni
alterius generis: ergo demõstratio nõ
est ex cõmunibꝰ principijs. hoc est ergo
qđ dicit. non em̃ conuenit demõstratio
s. transiẽs ⁊ in aliud genus scibile: vt su=
pra dictũ est in cap̃. 8. vnũquodq; autẽ
scimus simpliciter ⁊ non secũdum acci
dens: cũ cognoscimꝰ conclusionẽ esse ve
rã secũdũ illud. i. per illud mediũ secun
dum qđ est ex p̃ncipijs illiꝰ. s. conclusio
nis in quãtũ illud est. i. q̃ est predicatio
de secundũ qđ ipsum: siue de predicato
qđ inest subiecto secũdũ qđ ipsum: qua
re ⁊ oportet mediũ demõstrationis con
uenire conclusioni demõstrãde secũdũ
qđ illud est. i. secundũ ꝓpriã illiꝰ ratio=
nem. hoc non habet mediũ cõmune res
pectu conclusionis sciẽtifice. ergo per ta
le mediũ non plus demonstratur cõclu
sio quã si argueret ex principijs alteriꝰ
generis agenere conclusionis. vt habe
re angulos equales duobꝰ rectis. i. hec
passio demõstratur de illo subiecto cui
inest perse ⁊ secũdũ qđ ipsum: ex princi
pijs ꝓprijs ipsius. q̃a mediũ debet esse
diffinitio ꝓpria illiꝰ subiecti de quo pas
sio demonstratur. Deinde cum dicit.

¶ Quare si pse: addit tertiam ra
tionẽ etiã sumptã ex cap̃. 8. quod in bo=
na demonstratione mediũ et extrema
debent esse eiusdem generis subiecti.
sed mediũ cõmune non est eiusdẽ gene
ris cũ conclusione nõ cõmuni/sed deter
minata ad vnũ corũ generũ que sub il=
lo cõmuni cõtinẽtur. ergo per cõmunia
non fit bona demõstratio. hoc est qđ di
cit. quare si in conclusione demonstran
da illud qđ inest. i. passio: perse inest cui
inest. i. subiecto: etiã ⁊ secũdũ qđ ipsum:
necesse est mediũ per qđ demonstratur
illa passio de illo subiecto: esse in eadẽ
proximitate. i. eiusdẽ generis ꝓximi cũ
extremis cõclusionis. tale aũt nõ est me
diũ cõmune sed est alteriꝰ gñis scibilis:
vt patuit ĩ exẽplo Brisonis. Seq̃tur lr̃a.

¶ Si vero non sit: vbi Aristo. re
mouet quoddã dubiũ quod etiã supra
in cap̃. 8. ꝓponebatur. et dubiũ est hoc.
sepius ad probãdã conclusionẽ vniꝰ sciẽ
tie demonstratiue assumitur mediũ al=
teriꝰ scientie q̃ se habent sicut magis ⁊
minꝰ cõmune inter se: vt conclusio musi
ca demõstratur ex medio arithmetico.
et conclusio perspectiua ex medio geo=
metrico. et tñ arithmetica est cõmunior
sciẽtia q̃ musica: similiter geometria est
cõmunior pspectiua. ergo aliquãdo erit
bona demonstratio ex cõioribꝰ. Ad hoc
dubiũ respõdẽs Aristo. ait. si vero nõ sit
mediũ eiusdẽ generis cũ extremitatibꝰ
cõclusionis demonstrãde: sed sit sicut ar
monica. i. musica cõclusio q̃ est de armo
nia. i. cõsonãtia vocũ in acuto ⁊ graui: p
arithmeticã sciẽtiã. i. p mediũ sumptũ ex
arithmetica: demõstratur q̃dẽ huiusmo
di conclusio fere similiter sicut si mediũ
esset eiusdẽ generis cũ extremis conclu
sionis. dictũ est em̃ quod in talibus sciẽ=
tijs subiecta sunt quodãmodo vnũ ⁊c.
sed re vera illa duo subiecta non sunt
vnũ simpliciter sed differunt. et propte=
rea demonstrationes illarũ scientiarũ
etiam sunt differentes. nam ipsum quia
conclusionis demonstrare alterius est
scientie: scilicet inferioris. dico autem al
terius scientie: subiectum enim genꝰ al
terum est a subiecto superioris sciẽtie.

non sunt ergo penitus eadẽ sciẽtia ari
thmetica ⁊ musica sed differẽtes.sed de
monstrare ꝓpter q̄d eiusdẽ cõclusionis
superioris est sciẽtie : cuiꝰ subiecti pse
passiones sunt que demõstrãtur in sciẽ
tia inferiori de subiecto eius. Est ergo
solutio Aristot.q̄d quando sciẽtia infe
rior per mediũ superioris sciẽtie demõ=
strat suã conclusionẽ:nõ est penitus ea=
dem ꝓbatio sicut si per ꝓpria principia
illã ꝓbaret.vnde nõ impeditur veritas
nr̄i ꝓpositi.s. q̄d ꝑ cõia p̄ncipia nõ fit sciẽ
tifica demonstratio.Unde cõcludẽs hãc
primã partẽ huius cap̄..subdit Aristot.

¶ Quare ex his . s. rationibus

que dicte sunt: manifestũ est ⁊ clarũ re
linquitur q̄d nõ sit.i. non cõtingat demõ
strare simpliciter vnũq̄dq̄ꝫ. i. quãcunqꝫ
cõclusionẽ aliter quã ex ꝓprijs p̄ncipijs
vniuscuiusqꝫ cõclusionis.i. nõ ex alienis
neqꝫ ex cõmunibꝰ quãuis horũ. i. harũ
cõclusionũ p̄ncipia ꝓpria habeãt cõmu
ne aliq̄d principiũ. ¶ Sed anteq̄ ad al
terã huiꝰ cap̄.partẽ trãseamꝰ opꝰ est vt
declaremꝰ Aristo.sensum verũ in respõ
sione ad dubiũ ꝓpositũ de sciẽtia supe
riore ⁊ inferiore.erat enĩ dubiũ.an scien
tia inferior.vt musica demõstret suas cõ
clusiones ex p̄ncipijs scientie superioris
vt arithmetice ? et Aristo.respõsio erat
affirmatiua:q̄a ille due sciẽtie quodãmõ
sunt eiusdẽ gn̄is subiecti: ⁊ ita principia
sciẽtie superioris q̄dãmodo sunt ꝓpria
sciẽtie inferiori: q̄uis in hoc modo dẽmõ
strãdi sit aliquãtula dr̄ia.q̄a sciẽtia supe
rior de illa cõclusione ꝓbat ꝓpter q̄d:
inferior vero sciẽtia solũ ꝓbat q̄a.et hec
differẽtia ortũ habet ex differẽtia subie
ctorũ illarũ scientiarũ.q̄a aliquo modo
differũt:vt hoc infra cap̄.14. in sc̄da ꝑte.
Ex hac ḡ Aristo.respõsione multi suo
expositorũ hũc errorẽ cõceperũt q̄d de=
mõstratiões musice oẽs fiũt ex p̄ncipijs
vel cõclusionibꝰ arithmetice:⁊ similiter
demõstrationes pspectiue oẽs ex princi
pijs geometrie : ⁊ secũdũ eos ratio est:
q̄a p̄ncipia sciẽtie inferioris dẽmõstrãt

Que=stio de scientia subal=terna.

ꝑ p̄ncipia sciẽtie superioris ⁊c. Sed ego
q̄ro ab eis q̄uo concordabũt hoc dictũ
Aristo.cũ superiore dicto eiꝰ circa p̄nci
piũ huiꝰ cap̄.s.q̄d ꝑ cõmunia p̄ncipia nõ
fit demonstratio ꝓpter q̄d : sed solũ q̄a
est:vt patuit in rõne Brisonis : nũc autẽ
dicit q̄d demõstratio supioris sciẽtie (cu
ius p̄ncipia sũt cõmunia ad cõclusiones
inferioris sciẽtie) ostendit ꝓpter q̄d:sed
demõstratio inferioris sciẽtie ostẽdit q̄a.
Insup seq̄ret ex opinione istoꝝ q̄d sciẽ
tia inferior nullã possit facere demõstra
tionẽ ꝓpter q̄d ⁊ potissimã : quare non
erit scientia simpliciter sed solũ secũdũ
accidẽs. ꝯn̄ia patens est ex dictis supra
in cap̄.2.et.4.et in.8.q̄a per mediũ illud
nõ sciret passio de suo subiecto secũdũ
q̄d ip̄m.i. secũdũ ꝓpriã eiꝰ rationẽ : sed
secũdũ aliud.i.alterius rationẽ puta su
perioris subiecti.hoc etiã reprobatũ est
supra in cap̄.5.de erroribꝰ circa inuentio
nem veri vniuersalis.s. q̄d demõstrare
passionẽ triãguli de isochele nõ est scire
simpliciter/⁊ secundũ q̄d isocheles: sed
s̄m aliud.i. s̄m rationẽ triãguli cõmunẽ.
q̄d est scire s̄m accidẽs. ¶ Ergo ad ho
rũ dubiorũ euacuationẽ supponẽda sũt
q̄dã.p̄mũ est q̄d quãuis sciẽtia superior
⁊ inferior i mathematicis habeãt maio
rẽ cõuenientiã q̄ due alie sciẽtie dispara
te: nihilominꝰ tñ arithmetica ⁊ musica
sũt due sciẽtie distincte.et ex illis duabꝰ
nõ fit vna totalis sciẽtia.hoc exp̄sse dicit
Aristo.hic.sed differũt inquiens. et oẽs
docti hoc cõcedunt q̄a oppositũ est ino
pinabile. Secũdũ est q̄d quelibet scien
tia ab alia distincta sicut habet ꝓprias
cõclusiones : ita habet ⁊ propria princi=
perq̄ fiũt inca demõstrationes faciẽtes
scire simpliciter.hoc exp̄sse docebit Ari
sto. paulo inferiꝰ in hoc. 1.lib.cap̄.13.vn
de in musica p̄ter p̄ncipia arithmetice
sũt q̄dã p̄ncipia ꝓp̄a q̄ ⁊ imediata sũt ⁊
indemõstrabilia.Tertiũ suppositũ sit q̄
in sciẽtia alteri subalternata (qualis est
musica ad arithmeticam) duplices sunt
passiones que de suis subiectis demon
strantur.quedã sumpte ex scientia supe

Respõ=sio no=tãda.

riore:alie sunt ei passiones proprie.hoc in simili declaratū est supra in cap.5.de istis trib⁹ subiectis figura/triāgul⁹/isocheles respectu hui⁹ passionis habere angulos equales duobus rectis.nā passio ista est ꝓpriū vniuersale triāguli:nō autē figure aut isochelis:ꝛ tamē pōt demōstrari et de figura et de isochele: sed nō pmo vel secūdū q̄d ipm. Ita in musica cū sit ptim phisica ptim mathematica ex secūdo phisicorū:de vocibus ꝛ sonis possunt demōstrari aliq̄ passiones arithmetice ꝛ aliq̄ ꝓpe musice. Exēplū primi.musicus demōstrat q̄d ton⁹ nō potest diuidi in duas medietates eq̄les: q̄ quidē passio nō est ꝓpria musice sed arithmetice.nā propriū ei⁹ subiectū est supparticularis ꝓportio:cui⁹ species est sesq̄octaua ꝓportio:q̄ ꝛ ton⁹ in vocib⁹ dicit. ergo supparticularis ꝓportio ꝛ sesquioctaua sese habent sicut triāgulus ꝛ isocheles. sicut ergo passio triāguli etiā cōuenit isocheli sed nō pmo: ita passio supparticularis cōuenit sesquioctaue sed non primo:sed solū ratione sui generis. musicus ḡ demōstrās predictā passionē de tono hoc agit ex principijs arithmetice. vnde non facit demonstrationē q̄ faciat scire simpliciter:ꝛ secūdū q̄d ipsum/sed secūdū accidēs. Exemplū secūdi vt musicus demōstrat q̄d in tono vox grauior est illa q̄ accipit nouē partes corde vniformiter extense:ꝛ vox acutior est illa q̄ solas octo partes habet post se.hāc eī conclusionē musicus nō demōstrat per aliq̄d principiū/immo neq̄ p aliquā cōclusionē arithmetice.nō eī pōt hoc probari p aliquā rationē numeralē:demonstrat ergo eā ex ꝓprio principio musice q̄d a nulla alia sciētia depēdet.s. ex hoc. q̄d sonus toti⁹ corde vniformis grauior est:ꝛ son⁹ partis ei⁹ acutior.q̄ est suppositio musica ꝛ inductione fit nota nō aūt aliqua demonstratione. ḡ musicus demōstrās hāc passionē de tono per sua ꝓpria pncipia facit demonstrationē facientē scire simpliciter ꝛ secūdū q̄d ipm i.ex ꝓpria ratione sonorū aut vocū. Similia exempla dari possent in perspectiua vel etiā in astronomia respectu geometrie. ¶ Ex predictis ergo suppositionib⁹ relinqtur notissimū q̄d quādo Aristo. et cōmunes peripatetici dicūt musicam esse sciētiā inferiorē vel subalternatā arithmetice/aut perspectiuā geometrie:nō debuerūt hoc asserere quātū ad oēs ei⁹ cōclusiones:sed solū quātū ad eas q̄ sunt de passionib⁹ numerorū vel ꝓportionū numeraliū: non autē quātū ad illas q̄ sunt de ꝓprijs sonorū vel vocū passionib⁹.nā in istis musica est pse sciētia/ꝛ nulli alteri subdita/sed ꝓprijs principijs innixa.eodē modo dicēdū est de perspectiua respectu geometrie. Dubiū itaq̄ ab Aristo. ꝓpositū pretēdebat q̄d possit fieri bona demonstratio ex cōmunib⁹:ex quo in musica fit demōstratio ex principijs superioris scientie arithmetice. respōsio ergo ei⁹ est intelligēda de illis conclusionib⁹ q̄ sunt de passionibus arithmeticis applicatis vocibus ꝛ sonis. et tunc concedi oportet q̄d nulla talis demonstratio est ꝓpter q̄d ꝛ potissima: q̄a nō procedit ex ꝓpria ratione soni aut vocis. vnde notāter Aristo. dixit q̄d ipsum q̄a dicere est inferioris scientie: sed ꝓpter q̄d superioris sciētie.s. q̄ demonstrat illā passionē de suo ꝓprio subiecto secūdū q̄d ipsum:nō autem inferior sciētia. Sed cōclusiones de passionib⁹ proprijs sonorū ꝛ vocū musica demonstrās dicit ꝓpter q̄d et facit scire simpliciter. et in huiusmodi cōclusionibus q̄ sunt ꝓprie vnicuiq̄ scientie: verū est q̄d in principio hui⁹ cap. ꝓponebat.s. q̄d demōstratio scientifica simpliciter non ꝓcedit ex cōmunib⁹ principijs:q̄a illa non faciūt scire ꝓpter quid sed solū q̄a est. Sit ergo hui⁹ prime partis resolutio:q̄d demonstratio faciēs scire simpliciter nō debet procedere ex cōmunib⁹: ꝛ si hoc aliquādo sit possibile: nō erit nisi quādo scientia inferior in aliquib⁹ suis cōclusionib⁹ nititur ꝓbare de suis subiectis aliquas passiones superioris sciētie.neq̄ tamē tūc illa est demōstra-

Resolutio bōa.

mōstra

monstratio simpliciter ⁊ secundum qđ ipsum: sed per accidens.

¶ Secũda pars hui⁹ cap̃.

¶ Sed horũ principia &c. Occasione accepta ex dictis in prima parte: tãgit Aristo. aliquid de principijs cõib⁹: postea tamẽ lati⁹ dictur⁹ de eis. supponit itaq; esse quedã principia cõmunia/ ⁊ simpliciter indemõstrabilia in procursu scientiarũ: quare ⁊ opus est dare aliquã scientiam cõmunẽ cui illa principia sint ꝓpria. et illa scientia est omniũ aliarum principalissima/ velut dña earũ. in p̃mis ergo de p̃ncipijs cõmunib⁹ determinans ait. sed horũ. i. harũ scientiarũ principia ꝓpria habẽt cõmune quoddã principiũ: immo ⁊ plura cõmunia. si autem hoc certũ sit: manifestũ est qđ non est vniuscuiusq; sciẽtie particularis demonstrare propria principia: sed opus est ea supponere vt indemonstrabilia. quia in vnaquaq; scientia nihil est pri⁹ suis principijs ꝓprijs: ⁊ si forte possent demonstrari: hoc esset per principia cõmunia. et illa cõmunia erunt velut principia omniũ scientiarũ: et per cõsequẽs scientia illorũ principiorũ propria: erit dña aliarum scientiarũ omnium. i. perfectissima earum. hec est methaphisica idest transcendentiũ scientia: cui sunt propria ea principia q̃ alijs sciẽtijs sunt cõmunia. vt qđ omne ens vel est/ vel nõ est. quecũq; vni tertio sunt eadem adinuicem sunt eadem. oĩe totũ est maius sua parte. totum realiter distinguitur a sua parte. et ita de alijs multis sine numero. nã huiusmodi principia quãuis sint propria methaphisice. vt pote ex vocabulis trãscendentibus cõposita: tamẽ omnibus alijs scientijs sunt applicabilia. non sic tamen (vt pleriq; cõmentatores hic putant) quod ex his principijs cõmunib⁹ alie scientie possint sua principia vel suas conclusiones demonstrare: hoc enim in principio huius capituli Aristoteles expresse negauit dicens: quod ex cõmunibus non fit idonea demonstratio. sed ideo dicuntur hec principia cõmunia alijs scientijs applicabilia: quia quelibet alia scientia ex suis proprijs terminis potest formare sibi principia similis fore cum istis cõmunibus: quod inferius adhuc magis declarabimus. Sequitur textus.

¶ Et nãq; sciuit magis. declarat preheminentiã methaphisice ad alias scientias omnes: ex eo quod cũ omnis scientia acquiratur per causas: illa est dignior scientia que per maiores ⁊ priores causas demõstrat: quare ⁊ illa erit dignissima scientiarũ q̃ per maximas/ ⁊ primas causas simpliciter demõstrat. huiusmodi autẽ est methaphisica: cui sunt propria principia cõmunia alijs. siue enim in hac ratione causa accipiatur vt est nomẽ prime impositionis pro reb⁹ q̃ sunt cause reales aliarũ rerum: siue vt est nomẽ secũde impositionis ꝓ principijs que sunt cause conclusionis: vtroq; modo verũ est quod methaphisica est scientiarũ domina ⁊ dignissima. considerat enim primas huius mundi causas: scilicet deum intelligentias/ et corpora celestia. item probat suas conclusiones ex principijs maxime cõmunibus ⁊ omniũ primis. ait ergo. et nãq; idest certe aliquis magis sciuit. i. perfectiorem scientiã habet si sit intelligens ex causis superioribus quã ex inferioribus. notitia enim principiorũ ⁊ causarum dicitur intellectus: vt patet in sexto libro ethicorũ: ideo habens notitiam principiorũ dicitur intelligens: et ex superioribus causis seu principijs dicitur magis intelligens. probatio est. quia ille sciuit ex prioribus ⁊ notioribus secũdum naturam: cum non ex causatis. i. effectibus sciat causas: sed potius econtra. quare si magis sciuit ex superioribus: et idest ergo maxime scit ex supremis causis. ergo ⁊ illa scientia cui⁹ sunt illa suprema principia ⁊ cause: erit magis ⁊ maxime digna inter omnes scien

tias. Sed relicto hoc dicto quod incidentaliter est introductum: redeamus ad conclusionē principaliter intentam in hoc capitulo, scilicet.

¶ Sed demonstratio. idest quāquam hec vera sint que diximꝰ de principijs cōmunissimis/et de propria cuiꝰ scientia: tamen incōcusse hoc est tenēdū qḋ demonstratio potissima nō cōuenit transeundo in aliud genus subiectū alterius scientie: sed aut. i. nisi sicut dictum est in prima parte huius capituli. scilicet quod geometrice demonstrationes descendunt in artes mechanicas/vt puta in machinatiuas. i. factiuas machinarū aut edificiorum/aut speculatiuas. i. factiuas speculorum ꝛ aliorum ingeniorum visualium. et similiter demonstrationes arithmetice descēdūt in armonicas. i. musicas artes. hoc est factiuas instrumētorum musicorum/vt lire/cithare/organi ꝛc. de his enim dictū est priꝰ quomodo sciētia superior applicat sua principia ad scientiā inferiorem: et que aut qualis sit illa demonstratio. et hic addimus qḋ inferior scientia etiā descēdit ad artes mechanicas fabriles ꝛc.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc capitulū apta esset questio de eo quod Aristoteles disputat: et an rationes eius sint efficaces. Secunda questio esset idonea de subalternatione sciētiarum: ꝛ in quo stat subalternatio proprie dicta. Tertia questio. de primitate scientie methaphisice super omnes alias scientias: et vtrū eas omnes sibi subalternet: sic qḋ earum principia propria demonstrare possit.

¶ Tractatus quintus de principiis scientiarum diuersis: habet tria capita: eorum primū & in ordine.

¶ Caput vndecimū insistit circa principiorum distinctionem penes cōmune ꝛ proprium.

Difficile autē est nosse. Quia ergo ḋ diuersitate principiorum ꝛ cōmuniū ꝛ propriorū sermo precessit: opus est maioris ḋclarationis gratia vt de principiorū differētijs latiꝰ disseramus. habebit autē hoc cap̄. tres ptes. in pᵃma principiorū distinctio supponit. in secūda ibi. sufficiēs autē ꝛc. declarabitur qualiter sciētie pncipijs vtātur. in tertia ibi. nō est aūt suppositio: specialiter agit de pncipijs cōibꝰ ꝛ ppriȷs. Ante oīa vero in hoc cap̄. declarat Aristo. huius cōsiderationis necessitatē dicēs. difficile autē est nosse nos: si scimꝰ. i. qñ scimꝰ ex pncipijs ppriȷs vniuscuiusqꝫ sciētie: aut nō. i. quādo nō: qḋ tamē est vere scire. s. ex ppriȷs pncipijs: vt in pcedentibꝰ ostendimꝰ. sed quis hoc ita sit: nos sepiꝰ opinamur nos scire simpliciter: si habeamus sillogismū pbatiuū cōclusionis ex veris aliqbꝰ pncipijs ꝛ immediatis. sed hoc non est. i. nō sufficit ad scire simpliciter: sed preter hoc oportet pncipia pbatiua cōclusionis esse prima pmis. i. cōsona ꝛ eiusdē generis cū extremis conclusionis. Si ergo est difficile scire q̄ sint pncipia ppria/ꝛ q̄ nō: opus est vt de pncipiorū differentijs disseramꝰ. Seqtur.

¶ Dico aūt: ordit a diffinitione pncipij dicēs. dico autē. i. diffinitiōe pncipia illa esse in vnoqꝫqꝫ genere scientie: q̄ vt sint vera. i. ad cognoscēdā eorū veritatē: nō cōtingit. i. nō est possibile demōstrare. i. demōstratione pbare. nā vt supra dictū est in cap̄. 2. pncipiū est ppositio immediata ꝛ qua nō est altera prior. ois aūt demōstratio est ex priorib9: ꝛ in vnaqꝫ sciētia nihil est priꝰ suis pncipijs. ḡ nulla sciētia pōt pncipia demōstrare. Seqtur.

¶ Quid qdē igit. cōparat principia ad principiata.i. ad cōclusiones in qualibet sciētia. et dicit qđ conuenisūt in precognitionib⁹ terioꝝ.qd em̄ significēt p̄ma.i.principia cuiuslibet sciētie:ꝛ qd si gnificent ea q̄ sunt ex his.i.cōclusiones. hoc est termini p̄ncipioꝝ ꝛ cōclusionū: accipiātur.i.supponātur op⁹ est in quali bet sciētia: qa diffinitio est vnū gen⁹ p̄n cipioꝝ:vt supra in cap̄.2.quāuis de hoc principioꝝ genere hic nō intēdim⁹: cū sit principiū incōplexū nō significās rē esse vel non esse.sed solū de p̄ncipijs cō plexis. satis est ergo nos hic cōmemorasse precognitiones terioꝝ in qb⁹ con uenisūt p̄ncipia cōplexa cū cōclusionib⁹. differūt tamē in hoc qđ autē sint principia.s. vera: necesse est accipere.i.supponere in qualibet sciētia. et hec supra dicebatur precognitio qa est ꝓpositionis i.qđ vera sit. alia autē.i. principiata siue cōclusiones esse veras op⁹ est demōstrare ꝛ non supponere in doctrinis.nā totū artificiū cuiuslibet doctrine ad hoc tendit.vt conclusiones demōstrentur ex p̄n cipijs. Horum ponamus exempla.

¶ Vt qd vnitas significet in arithmetica/ ꝛ qd rectū i.angulus rectus/ ꝛ qd triangulus in geometria supponi debet.quāuis hoꝝ terminoꝝ prim⁹ ad principia pertineat; alij duo ad conclusiones: tamen de eis oīb⁹ supponitur qd significent in mathematicis. esse autem vnitatem.i.ꝓpositionē in qua ponitur vnitas: esse veram:oportet accipere idest supponere esse verā ꝛ non probare:vt qđ vnitas est numeroꝝ principiū/ radix/ ꝛ mater. alia autem.idest alioꝝ duoꝝ terminoꝝ ꝓpositiones oportet monstrare: vt qđ triāgulus valet duos angulos rectos. His premissis dicam⁹ iam de differentijs principiorum.

¶ Sūt autē:suple principia qb⁹ vtūtur sapientes indemonstratiuis sciētijs: alia qdem.i. q̄dā eoꝝ propria principia vniuscuiusqꝫ sciētie; alia vero sunt principia cōmunia multis scientijs. Cōmunia dico non simpliciter ꝛ absolute: sic qđ eadem ꝓpositio sit principiū in diuersis scientijs: sed secūdū analogiam sunt quedā principia cōmunia.i. secundum formā ꝓpositionis:non autē secundū materiā:sic qđ ex eisdē terminis fiat illud principiū indiuersis scientijs. qa vtile est accipere principia cōmunia: in quantū est cōueniens in eo genere subiecti scibilis qđ est sub scientia illa: cui applicatur principiū cōmune. dicitur autem subiectū sciētie esse sub scientia:qa supponitur atqꝫ subijcitur passionib⁹ q̄ demonstrātur de illo. Est ergo sensus: qđ vnaq̄qꝫ scientia vtitur principijs cōmunib⁹ non qdem in sua cōmunitate acceptis: sed applicatis suo subiecto.i. formatis ex suis terminis ꝓprijs:quāuis seruata eadē ꝓpositionis forma.et hoc est duarū sciētiarū esse idē principiū cō mune secūdū analogiā.i. qđ due sciētie habeant principia similis forme. Dat Aristoteles exēpla sue diuisionis principiorum dicens.

¶ Propria autē principia sunt: vt in geometria lineā esse huiusmodi.i. diffinitio linee est p̄ncipiū propriū geometrie.s.quod linea est lōgitudo sine latitudine ꝛ ꝓfunditate ꝛc̄. et similiter est p̄ncipiū geometrie rectū.s. angulū esse huiusmodi.videlicet quē continent due linee recte perpendiculariter sibi inuicem incidentes. hec em̄ principia adeo sunt propria geometrie:qđ nec illa neqꝫ alia similis forme sunt principia alicuius alteri⁹ sciētie.et sil'r diceret in q̄libet alia sciētia. Cōmunia autē p̄ncipia sunt: vt si ab eq̄lib⁹ equalia.i. eq̄les ptes auferas:ꝛ reliqua.i.remanētia sunt eq̄lia. hoc em̄ p̄ncipiū ideo dr̄ cōe:tū qa est cōstitutū ex teris cōib⁹ methaphisicis: tū etiā qꝛ hui⁹ forme p̄ncipia multe sciētie hn̄t: vt arithmetica. si ab eq̄lib⁹ numeris ꝛc̄. geometria. si ab equalibus magnitudinibus.in phisica.si ab eq̄lib⁹ motib⁹ ꝛc̄.

¶ Secūda pars huius cap̄.

¶ Sufficiens autē &c. declarata principiorū diuersitate: opus est videre quo modo scientie singule vtātur eis. et primo de principijs cōibus ait. sufficiēs autem est cuilibet scientie accipere vnū quodqȝ istorū pncipiorū cōmuniū: quātum est faciēs in genere subiecto. i. quātum ptinet ad suū propositū secūdū naturā sui subiecti. q.d. etiā si non accipiat scientia aliqua illud principiū in teris cōibus: sed in suis pprijs teris: qui sunt partes aut passiones sui subiecti: sufficit ei tale principiū, idem enī faciet verbi gratia geometria: ⁊ si non de oib⁹ rebus mūdi accipiat illud principium in teris cōibus: sed solū in magnitudinib⁹ i. in lineis/superficiebus/⁊ corporib⁹: qui sunt pprij termini geometrie. et similiter arithmetica in numeris. vt paulo superius declarauim⁹ in illo principio: si ab equalib⁹ equalia auferas ⁊c. Est ergo sensus qđ scientie speciales vtūtur principijs cōib⁹ non in sua cōitate acceptis: sed ad proprios terminos cōtractis: quia hoc modo accipere illa principia sufficit ei ad faciendas suas demonstrationes. Sequitur de principijs proprijs cuiuslibet scientie.

¶ Sūt autē propria quidē principia: illa q̄ accipiūtur. i. supponūtur esse vera in qualibet scientia. circa q̄ speculatur. i. contēplat̄ ea q̄ sunt pse. i. pprias passiones de proprijs subiectis. quia ad demonstrādū eas innitit̄ illis pncipijs pprijs. vt arithmetica supponit vnitates ⁊ numeros. Geometria autē signa. i. puncta ⁊ lineas ⁊c. hec enī nomina iste scientie recipiunt. i. supponūt esse ⁊ hoc esse. i. quia est/⁊ quid est. quia sunt subiecta de quibus oportet precognoscere ista duo. Horū autem subiectorū passiones perse predicabiles de eis: accipiūt i. supponūt vnaqueqȝ istarū scientiarū quid quidē significent. i. quid est qđ dicitur per nomē: vt arithmetica supponit quidē: quid significet impar aut par q̄ sunt passiones numerorū: aut quadrangulus numer⁹ aut cubicus. geometria vero presupponit q̄d significet rationale i. pportio rationalis/⁊ opposita irrationalis. et silr q̄d reflecti. i. reflexa vel curua linea/⁊ q̄d recta: ⁊ q̄d sit cōcurrere lineas rectas. de passionib⁹ ergo q̄libet scientia presupponit q̄d est qđ per nomen dicit̄: ⁊ q̄d significet vnūquodqȝ nomen huiusmodi. qđ autem sint res ille quas significāt passiones: scientie non supponūt: sed demonstrāt non solū per principia ppria: sed etiā p cōmunia pncipia applicata ad suos terminos: ⁊ etiā demonstrāt aliquādo ex his q̄ demonstrātur. i. p alias cōclusiones iam demōstratas. s. augendo demonstrationes in post assumendo. et qđ dictū est de arithmetica et de geometria: intelligēdū est similiter in astrologia ⁊ in alijs sciētijs: q̄a earū vnaq̄qȝ de subiectis suarū demonstrationū presupponit q̄d est/⁊ q̄a est: de passionib⁹ vero presupponit q̄d est: sed demonstrat q̄a est. Ad horū tamen maiorē declarationē sciendū qđ.

¶ Omīs enī demōstratiua scientia. i. q̄ procedit artificio demonstratiuo: circa tria precipua est: q̄qȝ ponunt̄. i. supponūtur ante oēm demonstrationē: sed non oīa eodem modo hec supponenda sunt que sequūtur. primū est genus idest subiectū cuius perse passionū sciētia est speculatiua. idest demonstratiua. secūdum est. et que cōmunes dicuntur dignitates. i. principia tam propria quā cōmunia: ex quibus demonstrant. nam in hoc loco quemadmodū et supra in capitul̄. octauo large accipitur hoc nomen dignitas pro quolibet principio cōplexo ante omnem demonstrationem supponendo. tertium vero est passiones: quarū vnaqueqȝ quid significet: accipit idest supponit scientia demonstratiua: sed probat qđ sit. de subiecto vero supponit ⁊ quid est/⁊ quia est. Sed ibi.

¶ Quasdā autē sciētias &c. remouet Aristot̄. dubiū. diceret enī aliqs qđ sunt quedā sciētie q̄ has precognitio

nes nō exprimūt: sed eis dimissis ad demōstrationes ꝓcedūt: nō ergo videtur esse necessarie. Ad hoc respōdet dicens. quasdā autē sciētias nihil ꝓhibet. i. non est incōueniēs quedā eorū. s. precognitorum despicere. i. dimittere sic qđ nō faciant expressam mentionē de huiusmodi precognitionibꝰ oībus. vt phisica/methaphisica/ ꝛ moralis doctrina: in qbus accidit genꝰ. i. subiectū nō supponere esse. i. qa est. et hoc si sit. i. quādo est manifestū experiētia vel cōsuetudine: quoniā est res significata p ipm. nā in phisica manifestū est corpꝰ naturale esse/in methaphisica ens esse / et in morali sciētia mores hoīm esse. in alijs vero scientijs ista precognitio subiecti exprimitur: qa nō est ita manifesta. vt i mathematicis. nō eñ est similiter manifestū qđ numerus sit/ꝛ qđ sit: qđ est subiectū arithmetice: sicut qđ sit ꝛ qđ sit calidū ꝛ frigidū id est. elemēta i phisica. vñ nimirū si arithmetica exprimat qđ est / et qđ est de suo subiecto: nō autē phisica de suo. Addit Aristo. de tercio precognito. et passiones similiter nō est. i. nō cōtingit recipere: hoc est contingit in aliqbꝰ sciētijs nō expresse supponere qđ significēt: si sint manifeste ad experiētiā. vt sanū ꝛ egrū in medicina/bonū ꝛ malū in morali sciētia ꝛc. De secūdo etiā precognito dicit. sicut nec cōmunia pncipia ex teris trāscēdentibꝰ notissimis cōstituta nō recipit. i. nō supponit aliqua sciētia expresse qđ significent sui termini: qm̄ hoc notū est. vt qđ equalia ab equalibꝰ demere ꝛc. et ita đ alijs multis. Sed nihil minꝰ necessaria sunt tria hec precognita in q̄libet scientia vel expresse / vel subintellecte supponēda. s. circa qđ demōstrant sciencie. i. subiectū: ꝛ q̄ demonstrātur. i. passiones; et ex qbꝰ ꝓcedit demonstratio. vt principia tū cōmunia tū ꝛ ꝓpria. ¶ Ad huiꝰ dubij solutionē clariꝰ intelligendā facit qđ Arist. dicit in pmo ethicoꝝ cap. 6. de principioꝝ diuersitate. s. qđ quedā principia fiūt nota inductione vt in mathematicis: quedā sensu. i. experientia vt

De cognitiōe pncipiorum varia.

in phisica/quedā cōsuetudine vt in morali scientia. et alia item aliter. conandū est autē vt singula pncipioꝝ secūdū naturā suā tractentur ꝛc. Nimirū ꝙ si Aristot. in hoc loco dixerit: qđ quedā sciētie nō exprimūt precognitionē quia est de subiecto ꝛ de dignitate: qa hoc nō semꝑ est necessariū exprimere in multis sciētijs: secus autē de precognitione qđ est terminoꝝ: q̄ semꝑ est necessaria vt declaretur. qa ignoratis teris siue terioꝝ significatione nihil sciri potest in sciētia quorum sunt termini.

¶ Tertia pars huiꝰ cap̄.

¶ Nō est autē suppositio &c. suppositis principioꝝ diuersitatibꝰ/ꝛ in genere declaratis: intendimꝰ iā magis in specie eas ꝓsequi. et priꝰ de principijs cōmunibꝰ. Ergo in primis ꝓponit Aristo. cōparationem dignitatis ad suppositionē dicēs. nō est aūt suppositio/nec petitio illud principiū qđ necesse est esse verū ꝓpter seipm i. perse notū: ꝛ qđ necesse est videri verū ab oībꝰ. et qa hec vocabula priꝰ in cap. 2. declarata sunt: ideo sensus huius dicti planꝰ est. qđ dignitas (q̄ est ꝓpositio perse nota ex terminis: ꝛ videtur oībꝰ esse vera) illa cū sit principiū cōmune: differt a suppositione q̄ est principiū speciale sciētie/ ꝛ non est ꝑse notum: neqꝫ est necessariū vt ab oībꝰ videatur esse verū. qđ etiā dicit petitio/sed alia ratione quā suppositio vt statim đclarabit. Hāc đriā dignitatis a suppositione probans Aristo. subdit.

¶ Nō eñ est: & ponit duas rationes: prima est. dignitas cū sit nota ex teris non pōt ꝓbari ratione externa: sed sola ea que est in anima. suppositio aūt indiget ꝓbari ratione exteriori: qa non est ꝑse nota. ait ergo. nō eñ est demonstratio. i. probatio dignitatis ad exteriꝰ rationē. i. secundū rationē exterioꝛē: qua vnꝰ probet eā alteri: sed solū ad eā. i. secūdū eam rationē q̄ est in aīa vnusqsqꝫ cognoscit dignitatem esse verā. s. ꝑ natu

rale lumen intellectus. qa cognitis terminis qlibet homo mẽtis cõpos siue exteriore preceptore dicit illã ppositionẽ esse verã: per solũ interiorẽ magistrũ q est i anima. hoc est p itellectũ suũ. Suppositio autẽ vel petitio/exteriore indiget pbatione: qua preceptor discipulo faciat eam credibilẽ: cũ nõ sit ppositio nota ex teris: ideo ad eam videri verã non sufficit magister interior: sed requiritur etiã exterior preceptor ratioq exterior. quod autem sequitur.

¶ Quoniã nec sillogism⁹: obscurũ habet sensum ⁊ latentẽ pp̄ter litere breuitatẽ: quidã dicũt. quoniã nec sillogism⁹ suple potest adaptari ad pbãdã dignitatẽ. sed meo iudicio hec intelligentia non quadrat: tũ qa poti⁹ sillogismus debuisset poni in accusatiuo quã in noĩatiuo conformiter ad literã precedentẽ sic. quoniã nec ad sillogismũ. i. p sillogismũ põt pbari dignitas. tum etiã qa in hoc nulla est differẽtia inter dignitatẽ ⁊ suppositionẽ. nullũ eñi principiũ potest sillogismo probari cũ sit ppositio immediata. sed pncipia obscuriora nõ perse nota inductione vel experientia notificãtur. Alij ergo mel⁹ dicunt. quoniã nec sillogism⁹ pbatur exteriore ratione. qa sillogismi non est alius sillogismus probatiuus: sed ex solo lumine intellectus fit notus. positis enim premissis ⁊ bene probatis: ad inferendã cõclusionẽ nõ indiget homo ratione aut preceptore exteriore: maxime in modis arguẽdi euidentib⁹. sicut ergo sillogism⁹ non probatur alio sillogismo: qa statur in primo quasi in principio pbationis: ita dignitas non probatur ratione exteriore: qa ad eam stat vltima resolutio veritatis: cum sit primũ principiũ ⁊ per se notum. Stat ergo vis hui⁹ prime rationis in hoc. quod ideo dignitas nõ est suppositio: qa dignitas est ppositio pse nota ex teris/nec indigẽs pbatione extrinseca preter notitiã teriorũ: vel probatione qua vn⁹ homo alteri probet eam exterius docendo: sed sufficit ad cognoscendã ei⁹ veritatẽ interi⁹ lumen intellectus habẽtis notitias terminorũ. suppositio autẽ nõ est huiusmodi/ sed est principiũ latentioris veritatis: ad quã forte discipulus per lumẽ sui intellect⁹ etiã cũ notitia teriorũ non attingit: sed indiget exteriore declaratione ab aliquo preceptore manu ducẽte ipsum aliqua inductione vltra notitiã terminorũ. hãc etiã rationẽ alijs vbis tetigerat Aristoť. supra in cap̃. 2. quãdo dixit: qd dignitas est quã necesse est habere quẽlibet docendũ in aliqua scientia: sed suppositionẽ non est necesse prehabere docendũ. sed indiget etiã doceri veritatẽ eius a preceptore: cũ sit principiũ subobscurũ. exẽplũ de dignitate in geometria. magnitudines vni tertie equales interse sũt equales. exemplũ de suppositione. a puncto ad punctum rectam lineã ducere. Sequitur altera ratio.

¶ Semp eñ est instare &c. q̃ sic formatur: cõtra omne illud qd ratione exteriore indiget pbari: põt dari instantia vera vel apparẽs: nõ autẽ cõtra illud qd sola interiore ratione fit notũ: sed dignitas est hui⁹ nõ autẽ suppositio. ergo differũt ⁊ nõ sunt idẽ. hoc est qd ait. semper eñ est. i. cõtingit instare. i. opponere ad exteri⁹ rationẽ. i. ad id qd exteriore ratione pbatũ est. nihil eñ est adeo verũ qd nõ possit exteriore sermone negari: ⁊ cõtra illud fieri ratio aliqua vera aut apparẽs: vt Aristo. pbat in. 4. methaphisice de ijs q ore negauerũt illud pncipiũ cõissimũ: nõ cõtingit idẽ simul esse et nõ esse. sed ad interi⁹ rationẽ. i. ad id qd mẽte cõceptũ est ⁊ acceptũ vt verũ: nõ semper est instare. i. ɔ̃dicere mente: vt puta qñ est pse notũ ex teris. qa ɔ̃dictũ est q dignitas nõ pbaẗ esse vera rõne exteriori sed sola interiori: suppositio autẽ ecõtra/ratione exteriori indiget. ergo dignitas nõ est suppositio vel petitio. Seqẗ.

¶ Quecũq qdẽ igiẗ &c. Quia vero in pncipio ptis hui⁹ dictũ est qd di

gnitas nō est suppositio/nec petitio:q̄re re aliqs an idem sit suppositio/ꝛ petitio an diuersum? Ad hoc respōdēs dicit:q̄d nō sunt penit⁹ idē: sed aliquo modo dif ferūt saltē ratione. nā ꝛ si aliquādo sint diuerse ꝓpositiones:tamē cōtingit sepi⁹ eādē ꝓpositionē dici ꝛ suppositionē ꝛ pe titionē diuersis rationib⁹ ꝛ incōparatio ne ad diuersa. Ait ergo Aristo. q̄cunqꝫ de= mōstrabilia.i. q̄ possent demōstrari siue probari: accipit esse.i.supponit esse vera nō demōstrās illa.i.sine ꝓbatione ꝓpo nit ea preceptor:si hec quidē sint ꝓbabi lia.i.vera appareāt discēti: supponitur i.suppositiones dicitur apud illum dis cipulū. et quāuis huiusmodi ꝓpositio nō sit simpliciter et reuera suppositio.i. supponēda sed ꝓbāda:sed tamē est sup positio apud illū:eo q̄d cōcedit ab illo:ꝛ nō indiget ꝓbatione. Si vero discipul⁹ nec vni⁹.i.nō eiusdē sit opinionis cū p̄ce ptore:aut sit cōtrarie opinionis:ꝛ prece= ptor accipiat illā propositionē esse verā: tūc idē.i.eandē ꝓpositionē petit arguēs sibi cōcedi a respōdente: et hac ratione dr̄ petitio. vnde patet q̄lr differunt sup positio ꝛ petitio: q̄a petitio est ꝓpositio in cōtrariū.i.ꝯria opinioni discentis:aut si nō est ꝯria:demōstrabilis cū sit: tamē p̄ceptor accipiat eā/vtaturqꝫ ea non de= monstrans.i. sine demonstratione: sic eñi oportet q̄d peta a discipulo illā sibi cōcedi:quā alias supponeret. Seq̄tur.

¶ Termini igit̄ &c. incidētaliter addit hic Aristo. q̄lr differant supposi tio ꝛ diffinitio. nā supra in cap. 2. cū diui deret varias principiorū species: inter eas fecit mentionē de diffinitione:dicēs eam esse p̄ncipiū sciētie: sed nondū pro. bauerat q̄d esset differēs a suppositione q̄ etiā est principiū. hic autē intēdit ꝓba re earū differentiā non solū ratione sed etiā re. et hoc duab⁹ rationib⁹. quarum prima iam superius in cap. 2. insinuata hec est. suppositio significat aliq̄d esse vel non esse: q̄a affirmat/aut negat ali= quid: sed diffinitio nō significat aliquid esse vel non esse. ergo suppositio nō est diffinitio. ait ergo. q̄d termini.i. diffinitio nes. (nā finis ꝛ termin⁹ idē sunt. quare idē diffinitio et determinatio) non sunt suppositiones. nihil eñi esse aut nō esse dicūt diffinitiones:q̄z nō sūt ꝓpositiōes/ sed extrema ꝓpositionū: at suppositio= nes in ꝓpositionib⁹ sunt annumerāde: q̄a significāt esse vel nō esse: termini au tem nō sunt ꝓpositiones: sed solū intel ligere oportet p diffinitiones.i. intellect⁹ non cōcipit rem esse vel nō esse:sed solū notitia simplici/ꝛ incōplexa concipit rei essentiā/ꝛ naturā siue illa sit siue nō sit. hoc autē intelligere non est suppositio: q̄a non supponit rem esse vel non esse: sed solū eam cognoscit. patet hoc a simi li. q̄a actus simplex intellect⁹ est p̄simi= lis actui sensus q̄ est simplex/ ꝛ incōple xus vt audire/videre ꝛc. dicere ergo dif finitionē esse suppositionē: p̄inde est ac si q̄s diceret audire suppositionē esse:q̄d est manifeste falsum. ergo similr̄ diffinitio nō est suppositio. sed suppositiones sūt q̄rūcūqꝫ existētiū.i. de reb⁹ q̄ supponū= tur esse affirmationes aut negationes. et ex illis fit.i. cōcludit̄ cōclusio:eo q̄d il= la.i. ille ꝓpositiones sint vere/ꝛ admisse ac supposite esse vere. ex diffinitionib⁹ aūt non ꝓbat̄ cōclusio:q̄a ille nō suppo nunt res significatas esse. Sequitur.

¶ Neqꝫ geometra &c. Anteq̄ꝫ formet secūdā rationē Aristo. remouet tacitā obiectionē contra id q̄d immedia te dixerat:q̄d suppositiones sunt propo sitiones quas demonstrator supponit esse veras:propterea ex illis probat cō= clusionem esse verā. posset cōtra hoc ali quis dicere q̄d in geometria/ ꝛ in mul= tis aliis scientiis ponitur quedā suppo sitiones: q̄ tamen sunt false. nā geome= ter volens probare q̄d oīs recta linea apta est vt sit basis trianguli equilate= ri (quod est videre apud Euclidem in p̄mo libro) supponit dicens:esto. A. B. linea recta aut pedalis. et tamē forte il= la quā supponit non est recta/nec peda

lis. Ad hoc argumentũ respõdens Aristo. ait: neq3 geometra falsa supponit sicut quidã affirmãt dicentes: qđ oportet demonstratorẽ nõ falso vti pĩcipio: geometrã autẽ mentiri putãt dicentẽ lineã esse vni⁹pedis q̃ tamẽ nõ estvni⁹pedis/ aut rectã esse lineã non rectã existentẽ. hoc inquã argumentũ nihil valet. quia geometra nihil cõcludit. i. probat scđm hanc lineã quã ipse posuit esse rectã aut pedaneã: sed demõstrat cõclusionẽ suã per alias lineas vere tales: q̃ p hec exẽpla ab eo posita ostendũtur. i. intelligũtur. vnde nihil reffert ad ꝓpositũ ei⁹ si linea illa proposita sit recta nec ne: sed ipse semꝑ ex vero/ ⁊ nõ falso supposito procedit in sua demõstratione. Secundam rationem ponit Aristo. ibi.

¶ Ampli⁹ autẽ &c. q̃ sic formatur. om̃is suppositio est vniuersalis vel ꝑticularis ꝓpositio: large accipiẽdo ꝑticularẽ propositionẽ: sed nulla diffinitio est vniuersalis aut ꝑticularis. ergo diffinitio non est suppositio. ait ergo. ampli⁹ suppositio/ aut petitio om̃is aut est sicut totũ. i. ꝓpositio vniuersalis: aut sicut in ꝑte. i. particularis. termini autẽ. i. diffinitiones neutrũ horũ esse cõstat: cũ nõ significent esse aut non esse: neq3 om̃ino sint propositiones. Sequitur textus.

¶ Species quidẽ igit̃ &c. Ex supradictis cõcludit ideas platonicas reijciẽdas esse ab artificio demonstratiuo. ponebat eñi Plato ideas vel exemplaria quedã sepata a reb⁹ singularib⁹: ad hoc vt posset scientia haberi de rebus. nã de istis reb⁹ singularib⁹ ꝓpter carũ labilitatẽ/ et continuũ fluxũ sciẽtia certa non poterat esse: inuenit igitur Plato res alias separatas/ eternas/ ⁊ incorruptibiles de quib⁹ posset esse scientia certa. vt dicit̃ in pῑmo lib. methaphisice. sed Aristo. in hoc pῑmo lib. posteriorũ docet de istis rebus singularib⁹ posse fieri ꝓpositiones certas/ et necessarias in sua veritate: atq3 subinde posse haberi sciẽtiam certã de reb⁹ istis singularib⁹ per veram demonstrationẽ. ideo ait. species quidẽ igit̃. i. ideas (q̃ sunt forme quedã separate) esse/ aut pro. i. vnũ aliq̃d separatũ extra multa. s. singularia eiusdẽ speciei: non necesse est: si demõstratio erit. i. ad hoc qđ sit demonstratio faciens scire simpliciter. q̃a reiectis ideis alia via põt saluari certa scientia de reb⁹ q̃ sunt ĩmũdo. tamẽ necesse est ad habẽdã demonstratiuã scientiã: esse vnũ predicabile de multis verũ dicere. i. vere predicare de multis ei subijcibilib⁹. probatio. non eñi erit vniuersale posterioristicũ (qđ est de omni/ de ꝑse/ ⁊ de secũdũ qđ ipsum) nisi hoc predicabile vnũ de multis sit. et si vniuersale posterioristicũ nõ sit: mediũ. i. antecedens certũ ⁊ indubitatũ ad probãdã cõclusionẽ nõ erit: quare nec demonstratio erit: q̃a illa semper ꝓcedit exveris/ ⁊ necessarijs/ atq3 indubitatis in sua veritate. oportet nãq3 ad scientificã demonstrationẽ esse aliquid vnũ predicabile/ ⁊ idẽ de ꝑlurib⁹ nõ eq̃uocũ: q̃a equiuocũ nõ est vnũ nomẽ: nisi solũ quantũ ad vocẽ. et tale non est medium idoneum ad bene sillogizandũ.

¶ Quãuis autẽ hui⁹ correlarij sententia clara sit: tamẽ vnde Aristo. hoc inferat: nõ facile est dicere. et diuersi expositores diuersis modis hoc applicãt. Cũ eñi a principio hui⁹ cap. de differentijs principiorꝫ cõmuniũ/ ⁊ suppositionũ/ petitionũ/ atq3 diffinitionũ sermo precesserit: mirũ videtur q̃ũo hoc faciat ad ꝓpositum: species quidẽ igit̃ ⁊c. q̃a nihil ad ideas ꝑtinẽs in hoc loco dictũ erat. Mihi autẽ saluo meliori iudicio videt̃ Aristo. occasionẽ huius correlarij accepisse ex eo qđ ĩmediate dixerat: qđ diffinitio nõ est sicut totũ. i. vniuersale neq3 sicut in ꝑte. i. particulare. potuisset eñi aliq̃s instare dicens: qđ in superioribus duo determinata ac ꝓbata sunt. primũ qđ demõstratio est de vl'ib⁹/ ⁊ ex vl'ib⁹ ꝓcedit. secundũ fuit qđ om̃is diffinitio aut est pῑcipiũ/ aut cõclusio dẽmõstrationis/ aut est tota demonstratio in substãtia: differẽs tamẽ ab ea positione. ex his se-

Notabile.

qui videbatur qd diffinitio est quid vniuersale/vel de vli.et qa platonici ideas ponebāt esse vlia:de quibꝰ solis posset haberi scientia: Aristot.huic dubio succurrēs dicit: qd quāuis diffinitio non sit ꝓpositio vlis:est tñ de vniuersali diffinito: nō quidē qle ponebāt platonici ideā vel speciē: sed diffinitū eiꝰ est vniuersale predicabile de multis vniuoce: puta genꝰ vel species.qd vniuersale ⁊ si non sit aliud ꝙ nomē cōmune vniuocū:neqꝫ significet aliquā rē vlem/aut naturā cōmunē:sed solas res ꝑticulares corruptibiles: tamē supposita mūdi eternitate/aut cōcessa suppositione naturali terminorū in ꝓpositionibꝰ scientialibus: hoc vniuersale est logicaliter eternū ⁊ incorruptibile:⁊ de quo pōt esse vera diffinitio/⁊ certissima demonstratio scientifica. quare ad saluādas diffinitiones ⁊ demōstratiōes nō oportet fingere species. i.formas separatas vel ideas:de qbꝰ est minor certitudo quā de istis rebꝰ corruptibilibus:quas ante oculos nr̄os videmus. sufficit ḡ vniuersale logicū qd est subiectū aut predicatū ꝓpositionis necessarie/et scientifice (q̄ etiā dicitur vniuersalis posterioristice) estqꝫ vere diffinibile quiditatiue ⁊ cōmuniter.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc cap. cū sit totū declaratio vocabulorū: nulla videt̄ necessaria questio preter cōmentariū declarationem. nisi forte quis quereret de ideis/⁊ d̄ naturis cōmunibus.

¶ Caput duodecimū specialibꝰ agit de principijs cōmunibus omnium scientiarum.

NOn cōtingere autē ⁊c. Reuertitur Aristot. ad suū principale ꝓpositum.s.de p̄ncipijs cōmunibꝰ scientiarū: vt declaret q̄liter eis vtātur scientie singule.et orditur a duobꝰ principijs cōissimis.primū est negatiuū.s.non contingit idē simul affirmare et negare de eodē. alterū est affirmatiuū.s.de quolibet est affirmatio vel negatio vera ⁊ de nullo simul ambo.q̄ duo principia per modū vniꝰ tractauit Aristot. in.4. lib. sue methaphisice.habet hoc cap. duas ꝑtes principales. prima est de duobus p̄ncipijs cōmunibꝰ.altera ibi:cōicāt aūt: agit de om̄ibꝰ simul cōmunibꝰ. ¶ Aduertendū tamē qd in hoc loco ⁊ etiā in quarto methaphisice ipse explicās propositiones de actu signato ꝑ eas subintelligit alias de actu exercito.i.per ꝓpositiones ex teris secūde intentionis logice: intendit alias ex teris prime intētionis methaphisice. Notabile. hoc ex supradictis ꝓbari pōt.dictū est enī in precedenti cap. qd principia cōmunia in sua cōitate accepta/et non cōtracta ad ꝓprios terios singularū scientiarū:sunt ꝓpria methaphisice: q̄ est suprema/⁊ dn̄a sciētiarū: illa autē cū sit sciētia realis:non format suas ꝓpositiones ex teris secūde intentionis rōnalis: sed solū ex teris prime intētionis realis. q̄a igitur predicta duo p̄ncipia sunt ꝓpositiones ex teris secūde intētionis logice.s. affirmare/negare/affirmatio/negatio/verū/falsum ⁊c.nō possunt esse p̄ncipia cōmunia methaphisice: sed solū ꝓpria principia logice discipline. ergo ex talibꝰ ꝓpositionibus Aristot. nō ageret qd intendit in hoc cap. de principijs cōmunibꝰ methaphisice:nisi ꝑ eas vellet significare alias ꝓpositiones ex teris p̄me intētionis realis.s.has duas.nō est possibile idem simul esse ⁊ nō esse. quodlibet est vel nō est. q̄ sunt ꝓp̄e ꝓpositiones methaphisice/⁊ cōes om̄ibꝰ alijs scientijs. Hac ergo intelligentia supposita dicimꝰ q̄ Aristo. primo ostēdit qualiter sciētie vtātur illo principio negatiuo: nō est possibile idē simul esse ⁊ nō esse. et dicit qd nulla scientia vtitur eo vt premissa demōstrationis alicuiꝰ. et hoc verū est siue accipiatur hoc principiū in sua cōitate.s.termi

norum trāscendentiū: siue appropriate in terīs alicuiꝰ scientie ꝑticularis. vt homo ⁊ non homo/ animal ⁊ non aīal ⁊c. sed vtitur eo vt cōfirmatione alicuiꝰ premisse aut cōsequentie. ait ergo. non contingere autē. i. non esse possibile idē predicatū simul affirmare ⁊ negare de eodem subiecto: hoc inquā ꝑncipiū cōmune: nec vna. i. nulla recipit demonstratio tanq̄ premissam sillogismi. sed aut. i. nisi forte applicatū ad terīos ꝓpos alicuiꝰ scientie: ⁊ hoc nō nisi quādo indigeat artifex demonstrare cōclusionē sic. i. de huiusmodi ꝑdicato ex duobꝰ ꝯdictoriis terminis complexo. sed ne confuse loquamur: veniamus ad exempla.

¶ Ostēdit autē. i. demōstrat cōclusio ꝑdicta ꝑ hoc principiū: accipientibus nobis ꝑmū. i. maiorē extremitatē de medio in maiore ꝑmissa cū hoc addito qđ verū sit illud primū affirmari de medio/ negare autē non verū. mediū vero cū hoc addito accipere in minore ꝑmissa vt predicet de minore extremitate: nihil differt. i. non est necessariū ad probādā conclusionē huiusmodi: qꝛ eq̄ bene seq̄tur conclusio sine illo addito ad mediū sicut cū illo. similiter ⁊ tertiū. i. minorem extremitatē accipi cū illo addito. nihil differt ad conclusionis illationē aut ꝓbationē. Et vbi causa fiat iste sillogismus. ois homo est aīal: Callias est homo: ergo callias est aīal. si hec demōstratio vteret illo ꝑncipio negatiuo: nō contingere ⁊c. oporteret conclusionē esse đ ꝑdicato cōplexo a duobus terīs ꝯdictoriis i. affirmatiuo ⁊ negatiuo hoc modo. callias est aīal/ ⁊ non est nō aīal. tūc ad demonstrādā illā conclusionē oporteret sic arguere. ois homo est aīal/ ⁊ nō est nō aīal: callias est homo: ergo callias est aīal ⁊ non est non aīal. tūc ergo demonstratio vteret illo principio negatiuo applicato ad terīos speciales solū ex ꝑte maioris extremitatis q̄ est ꝑdicatū maioris ⁊ cōclusionis: non aūt ex ꝑte medii: vt dicerēꝰ: homo ⁊ nō non hō: neq̄ ex ꝑte minoris extremitatis: vt dicerem ꝰ: callias ⁊ nō non callias. qꝛ sine ista additione ad mediū/ vel ad minorē extremitatem sufficienter ꝓbat cōclusio illa callias est aīal/ ⁊ non est nō aīal. hoc est ergo qđ ait.

¶ Si autē assignet. i. predicet in maiore premissa de q̄ hoie. i. de hoie qđ est mediū sillogismi: verū est dicere. i. ꝑdicare aīal: q̄ est maior extremitas. q̄uis inquā in maiore ꝓpositione posset addi medio: non hō: qꝛ vera esset ꝓpositio dicēdo homo/ ⁊ non hō est aīal: sed hoc nō oportet. qꝛ si solū hoiem aīal esse dixeris in maiori ꝓpositione: dū modo in predicato siue maiore extremitate addideris dicēs hoiem esse aīal: nō aīal aut nō: nihilominꝰ inferet cōclusio. erit eīn verū dicere calliā etiā/ ⁊ nō calliā esse aīal: nō aīal autē non. q̄ est conclusio.

¶ Causa autē q̄re ꝓpter illā additionē factā medio vel minori extremitati non impedit veritas maioris ꝓpositionis aut ꝯclusionis: hec est: qꝛ ꝑmū. i. maior extremitas non solū de medio dr: sed ⁊ de alio subiecto: ꝓpter id qđ maior extremitas aīal/ dr de pluribꝰ speciebꝰ et nō solū de hoie. ideo hec est vera hō/ ⁊ nō hō est aīal/ ⁊ non est non aīal. similr mediū hō non solū dr de callia minore extremitate/ sed etiā đ alio indiuiduo. ideo etiā hec est vera: callias ⁊ non callias est hō. callias ⁊ non callias est aīal/ ⁊ nō est non aīal. Causa vero qđ illa additio facta medio vel minori extremitati: nihil refert ad conclusionē inferendā: ea est. qꝛ talis cōplexio subiecti non ponebat in cōclusione q̄ demonstrāda ꝓponebatur. quare neq̄ in subiecto minoris premisse. ideo ait. q̄re si mediū idem est. i. affirmatꝰ terīus: ⁊ nō idem. i. negatꝰ terminꝰ: ⁊ simile est đ minori extremitate. ad conclusionē inferendā nihil differt. i. impertinēs est. qꝛ illa additio facta medio vel minori extremitati non falsificat ꝑmissas nec impedit bonitatē ꝯñie. si autem non ponat illa additio adhuc ꝯñia est bona ⁊ valida ad inferendā conclu

nonem. At multū refert ad validandā consequentiā si addatur/vel non addatur illa cōplexio maiori extremitati in maiore premissa: ex quo additur in conclusione. ¶ Verūtamē et si ad illationē conclusionis illa additio sit necessaria in predicato maioris premisse: q̄ est maior extremitas: tamē ad probationē conclusionis nihil facit. q̄a ex quo ad affirmationē vni⁹ cōtradictorij predicati de aliquo subiecto: seq̄tur et subintelligitur negatio alteri⁹ de eodem: cū inter cōtradictoria non sit dare mediū neutrale: palā fit eq̄ notā esse maiorē premissam/similiter et conclusionē sine illo addito sicut cū illo: non ergo magis ꝓbatur esse vera conclusio: si illa additio fiat maiori extremitati quā si non fiat bene itaq̄ dictum est q̄d illud principiū negatiuū neq̄ vna. i. nulla recipit demonstratio.

Resolutio clara. ¶ Et resoluitur tota hec ratio paucis hoc modo. si explicatio illius principij esset necessaria in demonstratione sciētifica; vel hoc esset quando demonstrator intendit inferre et ꝓbare conclusionem de simplici predicato: vel ad cōclusionem de predicato cōplexo ex duob⁹ terminis contradictorijs: sed ad neutrā istarum est hoc necessariū. ergo nulla scientia nulla ue demonstratio vtitur illo principio explicās ipsum. cōsequētia est manifesta cū maiore: q̄a non potest dari ad q̄d aliud prodesset illi⁹ principij adaptatio. minor vero pro prima parte non ꝓbatur in textu: q̄a illa forma sillogismi esset in quatuor terminis vel in pluribus: q̄d reprobatū est in primo libro priorū. Secūda autē pars minoris in textu probatur: q̄a vel illa explicatio huius principij fieret ex parte maioris extremitatis/vel ex parte medij/vel ex parte minoris extremitatis. horū nullā potest rationabiliter sustineri. ergo secūda pars minoris est vera. De medio quidē et de minori extremitate constat: q̄a neq̄ faceret hoc ad illationē conclusionis neq̄ ad ei⁹ probationē. De maiore vero extremitate ꝓbatur. q̄a et si illa additio conferret ad illationē conclusionis: nō tamē ad eius ꝓbationē. Hec prolixa huius litere declaratio visa est mihi accōmoda: q̄a profecto est locus valde obscurus/et quo nullus obscurior in toto hoc primo libro posteriorū Aristo. Videamus ergo quid de altero principio affirmatio dicat.

¶ Omne enī affirmare &c. et sensus est: q̄d illo ꝑncipio affirmatiuo: q̄dlibet est vel non est multe sciētie vtūtur: non quidē in demonstratione ostensiua vt sit premissa sillogismi: sed in demonstratione ad impossibile deducēte. s. ad probādā vltimā eius consequentiā: hoc modo. si q̄s ꝓterue vellet defendere vacuū esse. argueretur cōtra ipsum ad impossibile sic. vacuū est: ergo fit mot⁹ in nō tēpore. cōseq̄ns est falsum: ergo et antecedēs. quare seq̄tur oppositū eius esse verū. s. q̄d vacuū nō est. hec vltima ꝯn̄ia probaẗ per hoc principiū quodlibet est vel non est. et applicādo ad terios phisicos. vacuū est vel non est. sed falsum probauim⁹ vacuū esse: ergo vacuū non est. ait ergo Aristo. omne. s. predicatū affirmare vel negare de quodlibet subiecto. i. hoc principiū quodlibet est vel nō est: accipit vtens eo: illa demonstratio q̄ est ad īpossibile. et hoc dico q̄d accipit: nec semꝑ vniuersaliter. i. in terīs vlib⁹: sed in sola methaphisica. q̄libet aūt alia sciētia ꝑticularis vtitur eo quātū sufficiens est. i. faciēs ad suū ꝓpositū. est autē suffiencis applicatū hoc ꝑncipiū ad terminos in gn̄e suo. dico autē in gn̄e. i. subiecto scibili: circa q̄ facit demōstrationē. sicut iā supradictū est in cap̄. 10. vt arithmetica circa numerū/geometria circa magnitudinē &c. Et q̄a demēstratio ad impossibile probat aliq̄d esse verū per hoc quod suum oppositum est falsum. quia non est possibile vtrūq̄ oppositorum esse falsum. per hoc principium. omne enim aut affirmare aut negare verum est: ideo demōstratio huiusmodi vtitur hoc principio.

¶ Secūda pars huius cap.

¶ Cōmunicant autē &c. qđ de duob⁹ principijs cōmunib⁹ dixerat:hoc declarat Arist.de oīb⁹ principijs cōmunibus simul. s. q̄liter scientie eis vtātur. et primo loq̄tur de oīb⁹ scientijs simul: postea de aliq̄b⁹ earū.supponit eīm sciētiarū diuisionē per cōes ⁊ pticulares.cōmunes vocat methaphisicā⁊dialecticā. speciales vo alias oēs sciētias. loquēs ergo de oīb⁹ scientijs simul.ait Aristot. cōicant.i.cōueniunt oēs scientie: secūdū cōmunia p̄ncipia.s.q̄a oēs scientie tā cōmunes q̄ speciales vtunť illis p̄ncipijs. quāuis nō oēs eodē modo : sed scientie cōes vtūtur illis principijs insua cōitate acceptis : speciales vero sciētie vtūtur illis applicatis/ ⁊ cōtractis ad ꝓpriā materiā.vt in superiorib⁹ sepe dictū est.vnde cōis scientia methaphisica sic vtitur p̄ncipijs cōibus:qđ facit ea esse premissas demōstrationis.hoc nulla alia facit i. nulla earū recipit illa principia cōia intra suā demonstrationē vt premissas: sed supponit principia cōia ad corroborandū ex eis suā demonstrationē iā factā.¶ Cōmunia autē p̄ncipia dico illa q̄b⁹ oēs scientie vtūtur tanq̄ ex his demonstrātes .i.ex eorū v̄tute accipiunt robur sue demōstrationes:nō autē qđ illa principia intrent demōstrationē alicui⁹ sciētie:nisi forte methaphisice:q̄ est scientia cōis.in hoc ergo conueniūt oēs scientie qđ vtūtur principijs cōib⁹: sed in modo vtendi differūt sciētie cōes a sciētijs specialibus vt declarauim⁹. ¶ Quāuis ergo oēs scientie cōicent in p̄ncipijs cōibus: tamē non cōicant/sed discrepant in illis p̄ncipijs ex quib⁹ vt premissis demonstrāt.i.formant suas demonstrationes: neq̄ꝫ cōicant scientie in his q̄ demōstrāt i.in cōclusionib⁹.q̄a vt in sequēti cap. dicemus:vnaq̄ꝫ sciētia habet sua ꝓpria p̄ncipia demōstrationis / ⁊ ꝓprias conclusiones ⁊c. ¶ Aduerte hic qđ Aristo. in hac litera equoce accipit hoc cōplexum.ex quib⁹ demonstrāt:nā cū loq̄tur de principijs cōib⁹:intendit.i. ex quorū v̄tute roborant suas demōstrationes iā factas:sed quādo loq̄tur de p̄ncipijs ꝓprijs intendit.i. ex q̄b⁹ premissis faciūt suas demōstrationes . hāc equocationē ipse textus innuit. nā loquens de principijs cōib⁹ qđ eis vtūtur oēs scientie ait: tanq̄ ex his demōstrātes:supple nō q̄ vere ex eis demonstrēt. i. demōstrationes suas forment. sed loquēs de principijs ꝓprijs nō posuit tanq̄: sed absolute dixit ex quibus demonstrāt. ¶ Consequenter Aristoteles cum ait.

¶ Et dialectica quidē. loquiť de aliq̄b⁹ sciētijs seorsum ab alijs.s. de sciētijs cōibus:de q̄b⁹ hacten⁹nullā fecerat mentionē.nā de specialib⁹ scientijs erit sequēs cap.notat vero duas sciētias cōmunes dialecticā. s. et methaphisicam. quāuis valde differēter inter se iste due scientie dicātur cōes.et pauci sunt q̄ hāc differentiā aduertāt.methaphisica eīm ē sciētia cōis essentialiter : dialectica autē solū accidentaliter.qđ adhuc declarabimus . Ergo q̄a dixerat qđ oīes sciētie vtūtur principijs cōib⁹:⁊ de specialibus scientijs paulo superi⁹dixerat qđ vtunť eis quantū sufficiēs est.i. nō insua cōmunitate:sed appropriatis ad subiectā materiā:nūc de cōibus scientijs ait. et dialectica q̄dē.i.disciplina ꝓbabiliter arguēdi:est de oīb⁹.i. de cōib⁹ p̄ncipijs in sua cōitate : et.i. etiā si qua alia sciētia tentet monstrare cōia p̄ncipia. i. per cōia principia cōiter accepta:cuiusmodi est methaphisica.vel pōt dici qđ methaphisica tentat mōstrare cōia p̄ncipia.i. declarare ea/⁊vera ostendere/atq̄ꝫ ab aduersarijs tueri:vt patet ex Aristo.in.4. lib. sue methaphisice de hoc principio:q̄m est necesse omne p̄dicatū aut affirmare aut negare đ quolibet subiecto. aut hoc principiū qđ est:eq̄lia ab equalib⁹.s.demere / ⁊ eq̄lia remanere. aut alia talia p̄ncipia . q̄a dialectica et methaphisica vtūtur eis in sua cōitate acceptis exter

Duas sciētias eē cōes

minisq3 cōibus formatis. ¶ Sed ꝓ huius sententie declaratione est aduertendū qd̄ methaphisice scientie cōitas est manifesta ꝛ oib⁹ nota. dr̄ eñ methaphisica. i. trāscendentiū scientia: q̄ sunt vocabula cōissima oium. vt ens/vnū/principiū/causa ꝛc. sed dialectice cōitatē paucissimi intelligūt. Est eñ duplex dialectica docēs ꝛ vtens. dialectica docēs est illa pars logice q̄ Aristo. tradit in. 8. lib. suorū topicorū. q̄q3 docet formare argumentationes ꝓbatiuas cōclusionū: non q̄dē p oīmodā certitudinē scientificā: sed ꝓbabiliter. i. verisilr̄ apud nō ꝓterius. et illa quidē disciplina non est sciētia cōis sed specialis habēs. s. ꝓpios terminos/ꝓpria p̄ncipia/ꝛ ꝓprias cōclusiones formatas solūmodo ex teris scd̄e intētionis logicalis. qd̄ videre prōptū est in p̄mo lib. Topicorū Aristo. De illa ergo dialectica nō erat sermo in ꝓposito quādo ponebat̄ vna ex scientijs cōibus. q̄uis eñ sit ars cōis ad oēs scientias p vsum ꝛ applicationē suarū regularū: sicut ꝛ ars demōstratiua: et q̄libet alia ps logice: immo ꝛ illo modo grāmatica/ꝛ rhetorica sunt scientie cōes ad oēs scientias: tñ ꝓpter hoc Aristo. nōn vocat artem dialecticā scientiā cōem magis quā artē demonstratiuā/vel quā grāmaticā/

Dialectice cōitas q̄lis sit.

aut rhetoricā. Est ḡ hec cōitas dialectice intelligenda de dialectica vtēte: q̄ est q̄libet scientia artificio dialectico vtēs. i. arguens secūdū regulas traditas in libris topicorū Aristot. Boetij/ꝛ aliorū. hoc eñ modo idē Aristo. accepit dialecticā in. 4. methaphisice cū dixit: qd̄ circa idē gen⁹ scibile v̄satur dialectica cū philosophia p̄ma q̄ est methaphica. et in hoc cap. dicit: qd̄ dialectica non est certi generis/qd̄ dialectica interrogat non autē demonstratiua disciplina/qd̄ dialectica est vtens p̄ncipijs cōib⁹ in sua cōitate: ꝛ ꝓpterea est sciētia cōis ꝛc. Ad huius ergo clariorē intelligentiā cōmemorāda sunt ea q̄ in principio hui⁹ nr̄i commentarij notauim⁹ declarātes inductionem q̄ Aristo. faciebat p diuersas artes ꝛ scientias ad ꝓbādā illā suppositionē: oīs doctrina ꝛ oīs diciplina intellectiua ex preexistenti fit cognitione. dixim⁹ eñ qd̄ cū oēs scientie sint argumētatiue ex p̄ncipijs ad probādas cōclusiones: practice siue morales vtūtur modo arguendi rhetorico. s. enthimemate ꝛ exemplo: speculatiue autē siue naturales scientie procedūt modo arguendi logico. s. sillogismo ꝛ inductione. et harū q̄dā arguūt demonstratiue seu analetice. i. p regulas posteriorū Aristo. vt mathematice arithmetica ꝛ geometria: alie vero ꝓcedū dialectice siue probabiliter. i. per regulas topicorū siue locorū: vt phisica ꝛ methaphisica ꝓ maiori pte: quāuis aliquādo etiā arguant demostratiue. Postea vero Aristot. absoluto ꝓhemio in cap. 2. hui⁹ libri posuit dr̄iam inter ꝓpositionē dialecticā ꝛ demōstratiuā: penes hoc qd̄ ꝓpositio dialectica est indifferēter accipiens quālibet ptem ɔ̄dictionis: demonstratiua autē determiate alterā. i. vnā solā ptem accipit. In hoc demū ca. 12. ponens dr̄iam inter dialecticā disciplinā ꝛ artē demonstratiuā dicit: qd̄ dialectica interrogat de cōclusione ꝓbāda nō autē demonstratiua. et in p̄mo lib. topicorū eadē clari⁹ repetens ait: qd̄ dialectica eū sit inq̄sitiua: ad oium methodorū principia viā habet. Ex q̄b⁹ oibus satis clare pōt cōitas dialectice vtentis sic colligi. qd̄ q̄cūq3 scientia artificio dialecticovtens: ad ꝓbādā aliquā cōclusionem: vndecunq3 pōt accipit media siue ex eadē scīa/siue ex alia/siue sint ꝓpria/siue cōia: et itē cōia principia: aliq̄n accipit in sua cōitate/aliq̄n ɔtracta. tali ergo modo arguendi vtēs dr̄ dialectica ꝛ sciētia cōis: q̄ a trāscendit a genere in gen⁹/nec obseruat determiata principia generis vni⁹/nec est definitorū. i. determiatorū p̄ncipiorū: immo neq3 teriorū: sed aliq̄n format ꝓpositiones ex ꝓprijs teris/aliquādo ex trāscendētib⁹: quare nimirū dr̄ esse circa idē gen⁹ .f. principiorū ꝛ terminorū cū p̄hia prima seu methaphisica. tali deniq3 artificio arguens ad prin

cipia omnium methodorum siue scientiarum sese extendit: ideo etiam est inquisitiua.i. interrogatiua duarum propositionum contradictoriarum: quia vtramuis earum probare pot aut reprobare. Quo contra scientia quelibet quando arguit analytice.i. obseruat artificium posteriorum dicitur demonstratiua. quia vtitur solis terminis proprijs et non alienis neque communibus/ accipit principia propria non communia neque extranea.i.non transcendit a genere in genus: non arguit ex contingentibus/neque ex his que possunt aliter sese habere: item non interrogat de vtraque parte contradictionis: sed vnam dumtaxat earum assumit probandam et alteram reprobandam: non econtra etc. quelibet ergo scientia vtroque artificio agens.i.topico / et analytico dicitur tum demonstratiua tum dialectica. et quando agit dialectice dicitur scientia communis i.coiter et indifferenter arguens ex quibuscunque terminis/ex quibuslibet principijs/et indifferenter accipiens qualibet partem contradictionis probandam aut improbandam. quando vero eadem scientia arguit analytice: procedit ad probandam vnam et certam propositionem et oppositam improbandam: arguit ex proprijs terminis et principijs: non ex coibus/ non extraneis/ex necessarijs etc. Hoc clarissime monstrauit Aristo.in sua phisica. nam in primo libro phisicorum contra positionem Permenidis/et Melisij dialectice procedit: et ex coibus transcendentibus que sunt ens et vnum/substantia et accidens etc.in tertio phisicorum in tractatu de infinito: et in 4. phisicorum in tractatu de vacuo plurimis rationibus vtrumque improbans expresse dicit in aliquibus rationibus se arguere logice.i.dialectice: et in alijs analytice: quamuis ibi nullas formet propositiones ex terminis secunde intentionis logicis: sed solum ex terminis prime intentionis phisicis aut methaphisicis. sed quando arguit in eis artificio topico dicit se agere logice: quando vero artificio posterioristico: dicit quod arguit analytice. phisica ergo scientia quando topice arguit ad probandam vel improbandam aliquam conclusionem: est dialectica/est scientia communis/non est de finito rum.i. determinatorum principiorum/neque generis vnius subiecti: sed transcendens a genere in genus coiter et indifferenter se habet in suis argumentis: ad hunc itaque sensum est accipienda. hec Aristo. litera: et qui secus agunt: profecto aberrant et confusi sunt. Sequitur.

¶ Sed dialectica non est.s. in suo artificio: diffinitorum.i.determinatorum principiorum. hoc est nec generis alicuius vnius i.subiecti scibilis determinati et certi. sed indifferenter arguit ex quibuscunque: et propterea dicitur scientia communis.i. coiter et indifferenter sese habens. huius signum est nec enim interrogaret respondentem: quam duarum contradictoriarum velit sibi probari aut improbari: si principia certi et determinati generis acciperet: sicut demonstrans accipit: quem non est decens interrogare. quia principia certa et determinata non valent ad quamlibet duarum contradictoriarum/sed solum ad alteram earum.s.veram. propter id quod idem principium non demonstrat oppositarum propositionum esse.i. veritatem: quia non vtraque vera est. ostensum est autem hoc.s. quod dialecticus interrogat et non demonstrator: in his que de sillogismo.i.principio libri priorum. scilicet in prohemio. Hactenus de principijs communibus.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc capitulum apte questiones he sunt fere. Prima. vtrum ad habendam scientiam de rebus corruptibilibus sit necessarium ponere ideas separatas/vel naturas communes in rebus existentes? vel sufficiat vniuersale logicum. Secunda questio. an principia coia que dicitur dignitates: intrent substantialiter demonstrationem alicuius scientie. Tertia. vtrum scientie speciales possint sibi approbare principia coia.s.eis vtendo in suis demonstrationibus. Quarta questio. quomodo est intelligendum quod dialectica est scientia cois: et quod non est scientia alicuius determinati generis subiecti: nec habeat determinata principia? Nam cum hec quarta questio esset aliarum difficillima: non inuenio aliquem doctorem qui eam pertractauerit.

¶ Caput.13.de principiis ꝓpriis singularū sciētiaꝝ:⁊ queādmodū q̄libet sciētia se habeat ad sua p̄ncipia ꝓpria.

SI autē idē est interrogatio ⁊c̄. Dicamus iā qualiter sciētie speciales sese habeāt ad sua propria et peculiaria principia. Erūtq̧ hui⁹ ca. tres ptes precipue. prima declarat q̄ᵭ in vnaquaq̧ scientia sunt ꝓprie interrogationes ⁊ ꝓprie respōsiones. In secūda ibi. quoniā aūt ⁊c̄. ostēdit q̄ᵭ in qualibet scientia sunt ꝓprie deceptiones et ignorātie. In tertia parte ibi: nō oportet autē. probat q̄ᵭ in demōstratiuis sciētijs nō possint esse paralogismi. Quātū ad primā partē proponit in primis intētionem suā dicens. si autē.i. q̄a dictū est in cap̄. precedēti q̄ᵭ idem est interrogatio sillogistica determinata per sillogismū demonstratiuū ⁊ ꝓpositio q̄ est cōtradictionis altera pars.i. vna ⁊ deteriata.s. vera.q.d. q̄ᵭ illa eadē enūciatio q̄ prius fuit iterrogatio.i.q̄stio: postea quādo iā ᵭmōstrata ē: dr̄ ꝓpositio q̄a inquā ita ē: dicimus nūc q̄ᵭ sicut secundū vnāquāq̧ scientiā sunt ꝓprie ꝓpositiones: ex q̄b⁹ est.i. fit sillogism⁹ ꝓbatiu⁹ cōclusionis: ita etiā secundū vnāquāq̧ scientiā erit vtiq̧ interrogatio propria scibilis.i.demonstrabilis: ex q̄b⁹.i.de quib⁹ ꝓpositionib⁹ fit ꝓpri⁹ sillogism⁹ q̄ est secūdū vnāquāq̧ scientiā. Est ergo propositum Aristo.in hoc cap̄.q̄ᵭ in vnaquaq̧ scientia speciali/sunt ꝓprie interrogationes: ad quas ipsa ᵭbet respōdere ex ꝓpriis principijs faciendo sillogismū ad determinādas illas q̄stiones. et ratio est: q̄a eadem enūciatio q̄ prius fuit q̄stio: postea est ꝓpositio determinata: sed ex dictis constat q̄ᵭ in vnaquaq̧ sciētia sunt ꝓprie ꝓpositiones.i. ꝓpria p̄ncipia/et proprie cōclusiones: ergo ⁊ ꝓprie interrogationes/⁊ ꝓprie respōsiones. Et maioris declarationis gratia infert Aristoteles correlarium dicens.

¶ Manifestū autē.i.clarū & omnibus notū est q̄ᵭ nō om̄is interrogatio i.nō quelibet indifferēter quā quis posset ꝓponere: est geometrica: nec om̄is est medicinalis. sed determinate/⁊ certe sunt interrogationes ad geometriā ptinentes.i.ad quas geometer debet respondere: ⁊ nō ad alias. similiter dicēdū est ī medicina/⁊ in alijs sciētijs specialibus. sed ille sunt ꝓprie interrogationes geometrice: ex q̄bus.i.de q̄bus: demonstratur aliquid.i. aliqua passio de subiectis de q̄bus est geometria: vt puta de lineis/de superficiebus/⁊ de corporib⁹. aut si non de subiectis geometrie: saltē demōstratur aliqua passio de alijs subiectis alterius scientie ex eisdem principijs geometrie: sicut in speculatiua.i. in scientia de speculis q̄ alias dicitur perspectiua: quia sepi⁹ in ea demōstrantur passiones geometrice de subiectis suis i. de radijs lucis aut coloris. Ille ergo omnes sunt interrogationes geometrice: ex q̄bus.i.de q̄b⁹ possunt fieri demōstrationes tam in geometria q̄ in ꝑspectiua sibi subalternata. similiter autem ⁊ in alijs sciētijs. Deinde cū subdit.

¶ Et de his quidē. declarat vsq̧ ad quē terim procedūt interrogationes in vnaquaq̧ scientia speciali. et dicit q̄ᵭ vsq̧ quo perueniat̄ ad p̄ncipia imediata: quoꝝ iā nō ē reddēda ratio/ sed supponi debēt esse vera. hoc est ꝙ q̄ᵭ ait. et de his q̄dē iterrogationib⁹ ꝓprijs geometrie: dicim⁹ rōnē esse ponēdā.i.reddēdā a geometra ex geometricis p̄ncipijs. et simil̄r de cōclusionib⁹ ꝓprijs. nā eadē enūciatio q̄ pri⁹ erat iterrogatio: postq̄ demōstrata est: fit cōclusio. sed p̄ncipioꝝ rōnē dicim⁹ nō esse ponendā geometre s̄m q̄ᵭ geometra. ideo neq̧ iterrogatio est faciēda de p̄ncipijs in aliq̄ sciētia: ⁊ si formaret̄ interrogatio de principijs alicuius sciētie: ad eam nō est respōdendū in illa scientia. Dicitur notanter q̄ᵭ geo

metra non reddit ratioņē de suis princi piis secūdū qđ geometra: similiter ꝛ in alijs scientijs. q̄a idē homo aliqū habet plures scientias: vt geometriā/phisicā/ ꝛ methaphisicā: ꝛ ille interrogat⁹ de ali quo principio geometrie: quāuis nō pos sit reddere rationē de eo secūdū qđ geo metra. i. per scientiā geometrie: cū non habeat in illa scientia aliud p̄ncipium pri⁹ illo per qđ possit reddere rationē d̄ eo: tamē p aliā scientiā forte poterit ra= tionē habere saltē probabilē ad respon dendū ad illā interrogationē. nā Arist. in p̄mo lib. phisicorū probat motū esse ꝛ plura entia esse cōtra Permenidē/ꝛ Mellisum: sed hoc nō egit in quātū phi sicus: q̄a illa erant principia phisice: sed ꝓbauit ea dialectice per disputationē methaphisicā: vt ipse ibidē dicit. Seq̄r.

❡ Neq3 om̄e itaq3 &c. ꝓbat q̄d etiā in qualibet sciētia sunt ꝓprie respō siones ad interrogata dicēs: quod sicut neq3 omne interrogatū est vnūquemq3 scientē interrogare: vt predixim⁹: ita nec est vnūquēq3 respōdere secūdū omne interrogatū. i. de vnoq̄q3 q̄sito: sed ei⁹ est respondere ad interrogata q̄ sunt scd̄m vnāquāq3 scientiā determiata. i. q̄ sunt for mata ex ꝓprijs terīs vniuscuiusq3 scien tie. ❡ Hui⁹ rei exemplū vidi cū essem puer in patria mea. q̄siuit q̄dā theolog⁹ a medico peritissimo dic obsecro: qđ est subiectū medicine? ille incūctāter respō dit: corp⁹ humanū. et rursus q̄siuit theo logus dicēs. q̄d est corp⁹? Ad hoc medi cus euestigio respōdit se nescire. pdocte quidē: eo qđ q̄stio secūda non esset me= dicinalis: sed potius phisica aut mathe matica: ad quā ille secūdū qđ medicus nō tenebatur respōdere: ideo finxit se ne scire qđ vtiq3 optime nouerat: quaten⁹ theologū argutū a se ꝓpelleret tanquā inepte interrogātem. Seq̄tur in textu.

Nō exē plum.

❡ Si autē disputat &c. Addit q̄d etiā in vnaq̄q3 scientia sunt ꝓprie dispu tationes. si eīm in q̄cūq3 scientia sūt ꝓp̄e interrogationes ꝛ ꝓprie responsiones: ex interrogatione autē ꝛ respōsione cōsi citur disputatio: ǵ in vnaq̄q3 scientia sūt ꝓprie disputationes. vt v̄bi grā in geo= metria ꝓpria disputatio est de passioni bus magnitudinū: non autē de musicis cōsonātijs. et ita in alijs sciētijs. ideo ait. si autē disputet q̄s cū geometria: s̄m qđ geometria. i. de his q̄ ad geometriā ptī= nent: sic manifestū est qm̄ bene dispu= tat: si pro quādo ex his. i. de his q̄ v̄tun tur in q̄stione demonstrat aliq̄d ꝯ geo= metriā. si vero nō disputet cū geometra de his q̄ sunt propria geometrie/sed de alijs: non bene disputat. et hoc manife= stū est ex eo qđ nō arguit. i. nō conuincit geometrā: sed aut. i. nisi secūdū accidēs i. nisi accideret eūdem esse geometrā et phisicū: ꝛ cōuinceret eū in disputatione phisica: tūc cū hec esset vera: Socrates conuincit geometrā: tamē esset peracci dens contra quartū modū perse.

❡ Quare nō vtiq3 erit cōueniēs in nō geometricis q̄stonib⁹ disputare d̄ geometria. i. ex geometrie p̄ncipijs: nec eꝯ de q̄stionib⁹ geometricis in alia scie tia a geometria. nā sic differēdo latebit geometrā prauc disputans. i. geometra non cognoscet quādo ille q̄ est disputās cū eo: bene vel male arguat: cū non sit illa disputatio de reb⁹ geometricis/sed de alijs quas geometra ignorat in quā tum geometra: quāuis per aliā discipli= nam posset illa scire. similiter. i. sicut di xim⁹ de geometria: est dicendū in alijs scientijs oībus: qđ earū vnaq̄q3 habeat proprias interrogationes/proprias res= ponsiones/ꝛ proprias disputationes.

❡ Secunda pars cap̄.

❡ Qm̄ aūt sunt geometrici &c. postq̄ dictū est de interrogationibus ꝛ respōsionib⁹ scientificis: q̄ in disputatio ne vniuscuiusq3 scientie fiūt: inquiram⁹ de interrogationib⁹ nō scientificis ꝛ ad scientias nō ptinētib⁹: q̄ ꝛ q̄les sunt: vt ex analogia oppositi inotescat ꝓpositū. ideo q̄ram⁹ tria circa hoc. Prima que=

stio. quia dictū est qđ sunt quedā interrogationes geometrice. i. ꝓprie geometrie: nōne. i. an sit verū qđ sint alie interrogationes nō geometrice? et similiter posset q̄ri secūdū vnā quāq; aliā sciētiā. sicut q̄situ est in geometria. Scđa q̄stio.

❡Et q̄ sunt secūdū ignorātiā. i. ꝓpositiones false quas concludit sillogism⁹ dictus ignorātie: nunq̄d ille sunt censende interrogationes geometrice? Sēsus q̄stionis est. si in geometria fiat sillogismus ignorātie. i. deceptionis ꝛ cōcludens falsum in his q̄ sunt ꝓpria geometrie: q̄ritur vtrū illa talis conclusio sit interrogatio geometrica? vt qđ diameter sit simeter. Hoc modo habet hāc q̄stionē litera ātiqua ꝛ satis clare. Sed Jacob⁹ Stapulensis aliter pūctuauit hāc literā dicens. Et q̄ sunt secūdū vnā quāq; scientiā: ꝛ q̄ secūdū ignorantiam qualis geometrica est? sensum explicās ait. nōne interrogationes q̄ sunt secūdū vnāquāq; aliam scientiā: ꝛ q̄ sunt secundum ignorātiā talem qualis est geometrica ignoratio: nōne inquā eiusmodi interrogationes nō geometrice sunt censende. Sđ iste sensus ꝑfecto est valde obscurus atq; extortus ex litera. quare eo dimisso, incipiam⁹ secūdā questionē ab illo loco: q̄ sunt autē: ꝛ sit eius sensus quē diximus. sic em̄ secūda q̄stio primā cōsequet̄ hoc modo. quesitū est an sint in geometria aliq̄ interrogationes non geometrice: nūc addit. vtrū ille interrogationes q̄ sunt secūdū sillogismū ignorantie factū in geometria (vt qđ diameter sit simeter:) sint censende geometrice / an nō geometrice. Tertia questio.

❡Et vtrū secūdū ignorātiā sillogismus: ille. s. qui est ex oppositis p̄ncipiorū / aut ex falso intellectu principiorum: sit sillogism⁹ aut paralogism⁹? huius q̄stionis duplex est sensus. primus vter duorū secūdū ignorātiā sit sillogismus. s. vel ille q̄ est ex oppositis principiorū. i. peccans in materia: an is q̄ est paralogismus. i. peccans in forma. Ali⁹ sensus est. vtrū sillogismus q̄ procedit ex oppositis principiorū scientie: sit sillogismus: an paralogismus. i. an ille (qui proculdubio est sillogism⁹ ignorātie) sit solū peccās in materia an etiā ī forma? sed prior sensus videtur aptior: vt hec tertia q̄stio correspondeat secūde precedenti: q̄ inquirebat: an ꝓpositio q̄ infertur ex sillogismo ignorātie sit interrogatio geometrica an non geometrica? Additur nūc q̄stio tertia q̄s sit dicēdus sillogismus ignorātie? an ille q̄ procedit ex oppositis principiorū: an ille q̄ suppositis ꝛ nō negatis principijs scientie paralogizat peccans in forma? Huic etiā sensui correspōdet litera tertie ptis huius cap̄. probās qđ in doctrinis demonstratiuis vix habēt locū paralogismi fallaciarum. Ad has ergo questiones respondens Aristoteles ait.

❡Secūdū geometriā autē &c. et primo vnica respōsione duas priores soluit q̄stiones dicens. qđ dupliciter potest dici aliqua interrogatio nō geometrica. q̄a vel est secundū geometriā. i. ex terīs geometrie: aut quia est ex aliqua alia arte. i. sciētia vt puta ex musice teris. et q̄a hoc secūdū est notissimū: eo dimisso reddit ad primū modū dicens.

❡De geometria autē. i. de interrogatione nō geometrica: in teris tamē geometrie: patet. vt si q̄s opinaretur parallelas. s. lineas latine eque distantes subire. i. cōcurrere: hec interrogatio est quodāmodo geometrica: est ꝛ alio modo non geometrica. pro cui⁹ declaratione additur distinctio.

❡Dupliciter em̄ hoc est. i. non geometricū duob⁹ modis accipi potest: sicut hoc nomē arithmen. i. incōsonū in musica duob⁹ modis accipi solet. s. vel qđ nullo modo sonat: vel qđ male sonat. ita non geometricū: alterū quidem in non habēdo aliq̄d ad geometriā pertinēs: qualis est interrogatio arithmetica vel phisica: alio modo dicitur nō geo

metricum aliquid in praue habendo id qd pertinet ad geometriā: vt paralellas lineas cōcurrere. huiusmodi ergo interrogatio quodāmodo est geometrica. s. qa constat ex teris geometric: & quodā modo est non geometrica. s. quia est falsa & cōtraria veritati geometrice. vnde subditur. et ignorātia hec. i. falsitas ista praue habēs geometricos terminos: & q̄ est conclusa ex huiusmodi principijs s. falsis / vel ex veris male intellectis: cōtraria est veritati geometrice. ¶Posset tamē hec litera aliter itelligi sic. et ignorantia hec. i. sillogismus deceptorius: q̄ est. i. procedit ad probādā falsam cōclusionē ex huiusmodi principijs: cōtraria est demonstrationi geometrice: qa procedit ex oppositis suorū pncipiorū. ideo est non geometrica. ¶Patet ergo responsio ad duas primas q̄stiones. s. qd sicut sunt aliq̄ interrogationes geometrice: ita sunt & alie non geometrice: puta ille que ad arithmeticā / vel ad aliā scientiā pertinēt. immo & alique ad geometriā pertinētes. i. ex teris geometric cōstitute: sunt etiā non geometrice aliquo modo. s. ille q̄ sūt secūdū sillogismū ignorātie in geometria factū: vt proponebat secunda questio. Ad tertiam vero questionem respondens subdit.

¶In doctrinis autem &c. et ad vtrūqꝫ illius sensum eadē responsio satisfacit. s. qd in scientijs demonstratiuis non fit paralogismus secūdū aliquē locū sophisticū siue indictione siue extra dictionē. quare sillogismꝰ ignorantie siue cōtrarie deceptionis. i. cōtrarius demonstrationi scientifice: non est sophisticus. i. peccans in forma: sed solū peccās in materia. s. quia procedit ex falsis. i. ex oppositis principiorū vere demonstrationis vel ex falso intellectu verorꝫ principiorū: vnde sillogismus solū peccans in forma nō est sillogismꝰ ignorātie contrarius demonstrationi: sed est contrarius sillogismo dialectico. cui nullus dicitur esse cōtrarius ex eo qd pcedat ex falsis: dum modo illa falsa sint probabilia: sed solū ex eo qd peccat in forma cōsequētie: ecōtra vero demonstrationi cōtrarius est sillogismꝰ: ex eo solū qd procedit ex falsis quocūqꝫ modo. i. siue probabilibus siue non. ait ergo Aristot. in doctrinis autē. i. in scientijs demonstratiuis nō fit similiter. i. indifferenter paralogismus. vel similiter. i. sicut in dialecticis: eo qd mediū indemōstratiuis vere vnū. i. vniuoce acceptū: sit semper dupliciter. s. cōparatū. hoc est ad duas extremitates in premissis. qa in maiore ppositione vna extremitas d hoc medio omni. s. distributo dicit. vel dicit de omni. i. est predicatū de omni posterioristice respectu medij. et hoc mediū iterū. i. in altera premissa dicit de altero omni. i. de minori extremitate distributa: cui est predicatū de omni. sic autē arguēdo cōsequētia non pōt esse mala. quare si cōclusio sillogismi est falsa: nō ē ex defectu forme sillogismi: sed ex defectu materie i. qa procedit ex falsis. Et qa diceret aliqs qd forma sillogismi ignorātie nō est bona: ex eo qd maior extremitas nō est distributa in antecedēte neqꝫ in cōclusione. ad hoc dicit Aristo. qd hoc nō impedit bonitatē cōsequētie: nō ēni opus est qd predicatū maioris premisse similiter & cōclusionis distribuatur. ideo ait.

¶Qd autē predicatur. i. predicatū ppositionis de omni: nō dicit omne. i. cū hoc signo distributiuo omnis. immo hoc redderet ppositionē falsam: vt si diceret ois homo est omne aial. ergo ad bonitatē cōsequentie sillogistice non opus est maiorē extremitatē distribui signo vniuersali. Sequitur declaratio ex analogia sensus ad intellectum.

¶Hec autē. s. media demonstrationū sunt. i. cōparātur vel ita se habent ad intellectū: sicut videre. i. visibile obiectū ad sensum visus: de quo Aristot. in scdo de aia dicit: qd sensus circa pprium sensibile nō decipit. eodē modo mediū demōstrationis: qd est diffinitio: est pro-

priūm obiectū intellectus circa qd non decipit per equocationē: sed in orōnib9 i. argumētationib9 dialecticis latent eq̄uocationes medij: ideo fiūt palogismi. et hoc isto exēplo clarescet. At si q̄ratur. vtrū oīs circulus figura sit? si describat circulus ad oculū: manifestū est. i. clara est respōsio affirmatiua. q̄d autē? i. si iterum querat. sunt ne carmina Homeri circulus? descripto ⁊ lineato circulo manifestum est qd nō sunt circulus. quare geometer circulū habens descriptū ante oculos nō poterit p equocationē vocabuli paralogizari: vt coīcludatur ei qd carmina Homeri sint figura. Si vero circulus non describeretur: sed per solas voces disputatio fieret: posset quis facile paralogizari nō aduertens equiuocationē medij: hoc modo. omnis circulus est figura: quedā carmina Homeri sunt circulus: ergo carmina illa sunt figura. Eodem penitus modo est intelligenda differentia posita inter sciētias demonstratiuas ⁊ dialecticas. quia in demōstratiuis propter euidentiā medij nulla latet equiuocatio: ideo nec fit paralogismus: sicut in dialecticis: vbi sepi9 multe latent equiuocationes terminorum. bene ergo dictum est ad tertiam questionem: quod sillogismus ignorantie non est paralogismus: sed solūmodo ille qui procedit ex falsis oppositis principiorū demonstrationis. ¶ Pro intelligentia huius exempli de circulo: est sciēdum quod ferunt Homerū poetam grecum edidisse quedam carmina huius artificij: quod lecta ordine recto a primo verbo vsq͏ ad vltimum habeant bonum sensum: si autem euerso ordine ad vltimo vsq͏ ad primum verbum legerentur: habebant malum sensum: ⁊ propterea dicebant circulus. qualia sunt hec latina carmina.

Decla ratio exēpli.

¶ Carmen circulare.

La9 tua nō tua fra9: virt9 nō copia rerū
Scandere te fecit hoc decus eximium.
Sit tua cōditio stabilis non tpe paruo:
Viuere te faciat hic deus omnipotens.

¶ Tertia pars huius cap̄.

¶ Nō oportet autē &c. Ex quo incepimus dicere qd sillogismus ignorantie non est paralogism9: q̄a paralogismus nō habet locū in demōstratiuis sciētijs: omnis autē paralogism9 fit aut per locos sophisticos in dictione/ aut p locos sophisticos extra dictionē: ostendimus autē qd in disciplinis demonstratiuis ꝓpter euidentiā medij nō fit sophisma in dictione: q2 illud fere semp cōmittitur penes multiplex nomē/siue actuale/siue potētiale. Restat nūc vt ostendamus qd in eisdem disciplinis non fiat paralogism9 per locos sophisticos extra dictionem. Et quia lōgum esset per eos omnes discurrere: probemus intentionem nostram in eo qui maxime fieri videretur: scilicet in paralogismis fallatie cōsequentis. nā hoc loco remoto facile alij reijcientur. nō enim cōmittitur paralogismus per fallatiam accidētis: quia demonstrationes non fiunt ex his que sunt per accidens. neq͏ secundum fallatiā a secundū quid ad simpliciter: cum demōstratiue ꝓpositiones sint vniuersales ⁊ nō particulares. et sic diceretur de alijs fallatijs extra dictionem. insistamus ergo in reijciendis paralogismis secundū fallatiā consequētis a disciplinis demōstratiuis. At q̄a huiusmodi paralogismis solet fieri instantia cōtra propositiones vniuersales: dicam9 in primis quomodo in scientijs demonstratiuis debet dari instātia. et sup posita diffinitione nōis ex secūdo libro priorū s. qd instātia est propositio propositioni ꝯria vel ꝯdictoria: ⁊ hec semp dat cōtra vl'em ꝓpositionē ad ꝓbādū eā in aliquo deficere: quare instātia ꝓpe semp est ꝓpositio p̄ticularis: q̄uis etiā nōnunq̄ sit vl'is ꝯria alteri cōtra q̄ instat. supposita inq͏ hac diffinitione instātie Aristo. probat qd in sciētijs demonstratiuis nō pōt dari instātia ꝯ ꝓpositiones iductiuas. i. q̄s iductiōe declarare solem9: cuiusmodi

sunt principia scientiarū propria. qa vt dicitur in secūdo poꝝ inductio est ꝓpositionū immediatarū: nā ꝓpositiones mediate demōstratione nō inductione probātur. contra inductiuas ergo ꝓpositiones nō datur instātia in scientijs. qa cū illa instātia esset assumēda vt ꝓpositio premissa sillogismi instātiui ad probandā illā inductiuā esse falsam/ ꝛ suā contradictoriā verā: sequeretur qđ inductiua ꝓpositio esse demōstrabilis ꝛ nō immediata. implicat ergo cōtradictionē dicere qđ detur instātia contra inductiuā ꝓpositionē. si ergo dareť instantia in demonstratiuis sciētijs hoc non esset/ nisi cōtra ꝓpositiones demonstrabiles. sed hoc etiā ꝓbabitur esse impossibile. ait ergo. nō oportet immo neq̧ vtile est facere instātiā in ipsum. i. cōtra ipsum demonstratorē: si sit ꝓpositio inductiua illa contra quā instatur ei. sicut em̄ non est ꝓpositio demonstratiua illa q̄ non est in pluribus. i. nō est vniuersalis. (nō enim erit vera in omnib⁹. s. suppositis ꝛ tēporibus. i. nō erit de omni. ex vniuersalibus autē ꝓpositionib⁹ est sillogismus demonstratiu⁹.) ergo manifestū est qđ nec instātia demonstratiua est illa q̄ nō est vniuersalis. ꝓbatio cōsequētie. eadē em̄ cōplexa sunt ꝓpositiones ꝛ instātie. hoc est. qđ illa ꝓpositio quā aliq̇s fert instantiā: hec eadē fiet vtiq̧ ꝓpositio in sillogismo instātiuo. i. quo probareť falsitas p̄me ꝓpositionis. om̄is ergo instātia cōtra demonstratorē est vniuersalis ꝓpositio aut demōstratiua aut saltē dialectica. qa ergo inductiua ꝓpositio est immediata: sic qđ neq̧ ipsa neq̧ sua cōtradictoria sit demonstrabilis: cōtra eā nō potest fieri instātia demōstratiua: qa ex illa instātia demōstrari posset opposita ꝓpositionis inductiue qđ est impossibile qa est falsa. ¶ In hoc tamen loco nōnulli expositores antiq̇ lapsi sunt: dicentes qđ ꝓpositio inductiua est ꝓpositio singularis vel ꝑticularis per quā fieri solet inductio: et illā ꝓpositionē vult ꝓbare Aristoť. non esse idoneā instātiā contra demōstrationē ex eo qđ non est vniuersalis ꝓpositio ꝛc̄. sed huiusmodi expositio aliena est a ꝓposito Aristoť. in hoc loco. quāuis em̄ in dialecticis argumentationib⁹ instātia cōmuniter fiat per ꝓpositionē particularē in qua ꝓbatur deficere vniuersalis: tamē in demōstratiuis semꝑ instātia đbet esse vniuersalis: vt pote perq̄ vt premissam demōstretur cōtradictoria ei⁹ cōtra quā fertur instātia. et de hac instātia demōstratiua loq̇batur hic Aristoť. cū em̄ immediate dixisset ꝑalogismos indictione nō fieri contra demōstratiuas ꝓpositiones: propterea qđ ibi non pōt latere equocatio: cū om̄ia sint euidentia: adiecit qđ neq̧ etiā pōt dari instātia sine equocatione per ꝑalogismos extra dictionē. qa cōtra ꝓpositionē demonstratiuā instātia debet esse đmōstratiua. qđ tamē īpossibile ē. et p̄mo hoc ꝓbauit circa ꝓpositiones imediatas quas vocat inductiuas: qa neq̧ ille neq̧ sue opposite possunt đmonstratiue inferri ex instātia. ¶ Postea vero ꝓbaturus est qđ neq̧ pōt dari instantia demōstratiua cōtra ꝓpositiones mediatas ꝛ demōstrabiles: tum qa contraria vel ꝯdictoria ꝓpositionis vere et necessarie non est demonstrabilis cū sit falsa: falsum autē nō scitur. vt in. 2. cap. dictū est: tum etiā qa ars demonstratiua nō se extēdit ad duas ꝯdictorias: sed ad vnā solā ꝛ determinatā. s. ad verā: vt paulo superi⁹ dictū est. vnde ꝛ demonstrator nō interrogat de ꝯdictorijs ꝓpositionib⁹: sed vnam earū duntaxat assumit ꝓbādā sine interrogatione. Seqť.

¶ Cōtingit autē quosdā &c. Ad ꝓbādū vero q̄ñ cōtra demōstratiuas ꝓpositiones nō possit fieri instātia ꝑ ꝑalogismos extra dictionē/ ꝓcipue ꝑ fallaciā ꝯñtis: primo adducit exēplū cuiusdā Cenei: q̇ circa materiā phisicā đ gn̄atione elemētoꝝ ꝓbare voluit ignē gn̄ari in multiplicata analogia siue ꝓportione. hoc paralogismo. omne qđ in multiplicata fit analogia: cito gigniť. ignis cito

Sēsus falsus q̇rūdā.

Paralogism⁹ Cenei phī.

gignit: ergo ignis fit i multiplicata ana logia.i.in maiore quātitate siue extensio ne quā erat illud corp⁹ ex quo gignitur. seruata tamē analogia.i. ꝓportione cer ta in illo cremēto.nā si generat ignis ex aere crescit indecuplū: si ex aqua incen tecuplū: si ex terra in millecuplū. erra bat profecto Ceneus in forma sillogi stica arguens ex puris affirmatiuis in secūda figura ꝗ est fallacia cōsequētis. et in sup qa mediū.s.cito generari: non est cōsequens ad vtrāqꝫ extremitatē:sed ad minorē duntaxat.nā celerē genera tionem seqtur poti⁹ multiplicata analo gia:ꝙ ecōtra.ideo debuisset in prima fi gura sic arguere. qcqd celeriter gignit fit in multiplicata analogia:ignis celeri ter gignit ꝗ ignis fit in multiplicata ana logia. Hāc itaqꝫ sententiā intēdens Ari sto.ait.cōtingit autē quosdā demōstrato res non sillogistice.i.seruata forma sillo gistica.dicere.i. ꝓbare velle aliqd:pro pter id qd accipiunt media ꝯñia vtriusqꝫ extremitatib⁹ sillogismi (vt Cene⁹ qdā pꝰus fecit) dicēs qd ignis fit.i. generat in multiplicata analogia.i. proportione sup corruptū ex quo generat. sic argu ens.et nāqꝫ.i. ex eo qd ignis cito genera tur.⁊ sicut ipse dicit:hec.i.cita gñatio est analogia suple multiplicata. hoc est. ci ta gñatio predicat de multiplicata ana logia. sic aūt arguēdo nō est sillogism⁹ bon⁹:qa peccat in forma.sed erit bonus sillogism⁹: si analogia multiplicata seq̄ tur velocissimā generationē.i. si pdicet de ea in maiore ꝓpositione: ⁊ ignē seq̄ tur velocissima generatio in minore pre missā.et sic fiet sillogism⁹ bon⁹ in pⁱma figura:⁊ nulla erit fallacia siue defect⁹ in ꝯñia:quāuis ergo Cene⁹ nō obserua ret bonā formā sillogisticā: nihilomi nus demōstratio sua fuit bona:qa argu ebat in teris cōuertibilib⁹ in qb⁹ nō po tuit error accidere: sed in dialecticis dis putationib⁹ illa forma arguendi potuis set errorem causare. Sequitur.

¶ Aliquādo quidē igit: ostēdit qd secūdū predictū modū sillogizandi nō accidit deceptio in scientijs demon stratiuis:⁊ ita non bene instatur contra ꝓpositiones demōstratiuas.ad proban dū hoc:primo declarat quādo accideret deceptio arguēdo ex puris affirmatiuis in secūda figura: et quādo non.et dicit. aliquādo quidē igit nō contingit sillogi zare bene ex affirmatiuis in secunda fi gura/sed est fallacia cōsequentis:ex ter minis acceptis.s.quādo nō sunt cōuer tibiles.vt homo/equ⁹/aial/sic.ōmis hō est aial/equ⁹ est aial.ergo equ⁹ est ho mo.aliquādo vero.s. in teris cōuertibili bus contingit bene sillogizare gr̄a ma terie:sed nō videtur esse bon⁹ sillogism⁹ s.qa nō est bona forma.vt homo rōnale risibile sic.ōme rōnale est risibile:homo est risibilis. ergo homo est rōnalis: qa ꝗ in scientijs demōstratiuis fiūt demon strationes in teris cōuertibilib⁹:nō po test in eis accidere deceptio per fallaciā ꝯñtis:qa semp est bona ꝯñia siue de for ma siue de materia. Qd etiā tribus ra tionib⁹ ꝑsuadere nitit Aristo. pⁱma ibi.

¶ Si autē esset impossibile: est ta lis.impossibile est ex falsis verū demō strare: qd supra in cap. 2.et.8. probatū est:sed sicut conclusio est vera ita ⁊ pre misse:ergo in teris cōuertibilib⁹ nullus pōt esse error deceptionis ꝑ fallaciā cō sequētis. ꝯñia tenet ex eo:qa paralogism⁹ fallacie cōsequētis solet decipere:ex eo qd putatur conuerti ꝯñia ꝗ non conuer titur:dico ꝯñiā cōuerti sic.qd si conclusio est vera ergo ⁊ premisse. nam in dialec ticis sepi⁹ ex falsis verū sillogizatur.vt docetur in secūdo libro priorū.vt sic ar guendo.ōis lapis est aial:ōis homo est lapis:ergo ōmis homo est aial.vnde in dialecticis nō seqtur:si cōclusio est vera ergo et premisse. in demōstratiuis autē ꝯñia bene conuertit.i.bene seqtur con clusio est vera ergo ⁊ premisse.ait ergo. si autē esset impossibile in aliqua facul tate verū.i.verā cōclusionē ex falsis pre missis monstrare.i. inferre: facile vtiqꝫ

esset resoluere cõsequētiā.i. probare eā esse bonā. cõuerteretur vtiqȝ cõsequentia ex necessitate. s. a cõclusione ad premissas. Ubi gratia. sit cū.i. ponatur. A. cõclusio esse vera. hoc autē cū sit ita: eā vtiqȝ principia ex q̄bus infertur sunt vera: q̄ noui.i. presciui ante cõclusionē quoniā sunt vera. vt est. B.i. sit illud antecedēs. B. ex his principiis demõstrabo: quoniā illud.i. illa cõclusio. A. est vera. Est itaqȝ sensus. q̄d si esset impossibile conclusionē verā sequi ex falsis premissis: nunq̄ posset accidere deceptio fallacie cõsequētis. q̄a cõsequētia esset conuertibilis a veritate cõclusionis ad veritatē premissarū: sicut e diuerso ex veritate premissarū seq̄tur veritas cõclusionis. constat autē ex supradictis q̄d indemonstrationib⁹ impossibile est ex falsis demonstrari verū. ergo indemonstratiuis nõ potest accidere error fallacie consequētis. q̄ tamē in dialecticis accidere potest frequēter: q̄a in eis sepius ex falsis seq̄tur verū. vnde non cõuertitur consequentia in veritate a cõclusione ad premissas: indemõstratiuis aūt cõuertitur ꝯñia. quare resolutio bonitatis cõsequētie probatiue facilior est indemonstratiuis quā in dialecticis. quia indemõstratiuis cõsequētia resoluitur solū in verū antecedens: in dialecticis autem potest resolui ꝛ in verum/ꝛ in falsum antecedens. Secunda ratio ibi.

¶ Cõuertūtur autē: sumitur ex tribus terīs sillogismi demonstratiui: q̄ semper sunt conuertibiles. vnde seq̄tur q̄d in eis nulla possit esse deceptio fallacie cõsequētis: sed cõsequētia in veritate conuertit a cõclusione ad premissas. vnde ait. cõuertūtur autē suple cõsequētie magis q̄ sunt in mathematicis sciētiis demonstratiuis: quā in aliis scientiis q̄ ꝓcedunt dialectice: ꝛ ratio est. q̄ñ mathematice nullū accidēs. s. p̄dicatū recipiūt sed solū ea q̄ per se sūt.i. subiectū et passionē inter q̄ mediū est diffinitio conuertibilis cū extremis. et in hoc differūt scientie demonstratiue ab his q̄ sunt in dialogis.i. in dialecticis. s. argumentationibus: in q̄bus multa predicata per accidens accipiūtur ꝛ termini non cõuertibiles. sed demõstratiue solū accipiūt ꝑ medio diffinitiones. Tertia ratio est ibi.

¶ Augētur aūt: q̄ sic formatur. indemonstratiuis scientiis sunt principia determinata ad probādas cõclusiones: nõ autē in dialecticis. ergo indemõstratiuis cõsequētia est cõuertibilis nõ in dialecticis. deceptio autē fallacie consequētis nõ fit: nisi quādo ꝯñia nõ est cõuertibilis. ergo indemõstratiuis nõ accidit huiusmodi deceptio: sicut in dialecticis. ait ergo. augentur autē.i. multiplicātur demonstrationes: sed nõ sicut argumētationes dialectice. et differentia stat in hoc. q̄a demonstrationes plures non fiūt ad candē conclusionē: sicut plures rationes dialectice ad vnā conclusionē fiūt. ideo nõ augētur demõstrationes ꝑ media.i. antecedētia plura ad candē cõclusionē: sed bene plures rationes dialectice/ꝛ plura media ꝓbabilia. sed quādo demõstrationes augētur siue multiplicātur. hoc fit non ad eādē cõclusionē: sed ad diuersas ꝛ plures cõclusiones. et hoc dupliciter: vel in post assumendo.i. accipiendo subiectū sub subiecto respectu eiusdē predicati. vt si dicatur. A. de. B. ꝛ hoc de. C. et item hoc de. D. et hoc in infinitū.i. vsqȝ ad tot subiecta descēdēdo ꝑ coordinationē quousqȝ deueniatur ad infima: vel augētur d̄mõstrationes assumēdo ad latus.i. ad subiecta disparata q̄ sunt species plures eiusdē generis: et demonstrādo passionē generis de omnibus illis seorsum. vt. A. passio generis dicitur de. C. et de. E. specieb⁹ eius. Esto exemplū in predicamento quantitatis specialiter in numeris. vt sit. A. numerus cõmuniter ꝛ absolute acceptus siue ille sit finitus siue infinitus. sit vero numerus impar cuiuscunqȝ quātitatis. et. C. sit impar determinat⁹: tunc fiet vna demõstratio sic. omne. B. est. A. omne. C.

est.B.ergo omne.C.est.A. Item sit.D. numer⁹ par cuiuscūq; quātitatis.sit.E. numerus par determinat⁹.et tūc fiet altera demonstratio sic.omne.D.est.A. omne.E.est.D.ergo omne.E.est.A.et si plures fuissent species nūeri: plures potuissent fieri dmōstrationes ad lat⁹: semper demōstrādo idē predicatū de diuersis subiectis.i.passionē superioris generis de singulis speciebꝰ eius. quāuis nō secundū qḋ ipsum.vt superius dictū est. quare huiusmodi demōstrationum multiplicatio nō est indemōstrationibꝰ potissimis q̄ faciunt scire simpliciter.nā demōstratio scientifica simpliciter nullatenus multiplicatur neq; in post assumendo/neq; ad lat⁹.nsic clara est tota litera hoc modo.augētur demonstrationes in post assumendo vt.A.passio de.B.suo proprio subiecto.vt numerus est diuisibilis.hoc autem subiectū numer⁹ dicit̄ de.C.i.de numero pari:q̄a est species ei⁹.ergo eadē passio dicetur de.C. numero pari.itē hoc.i.C.dicitur de.D. idest de pari pfecto:q̄a est species eius. ergo eadē passio dicetur de.D.Et quia numeri pfecti plures sunt species q̄ in infinitū procedūt. vt senarius.28.496. &c.possent augeri demonstrationes in post assumēdo ininfinitū.q̄a de oībus illis subiectis eadē passio demonstraretur descendēdo per lineā predicamenti. Et in latus augētur demōstrationes.vt A.passio generis puta numeri demonstrari pōt d.C.numero impari determinato.et de.E.numero pari determinato.vt est cōmune genus numerus quātus.i.q̄ est quantitas.est eñ genus subalternū in predicamento quātitatis:passio eius sit infinitus aut finitus.omnis enim numerus est finitus aut infinitus. hoc autem.i.hec passio sit in quo.A.i. sit.A.impar numerus quantus.i.aliquātus sit in quo.B.numerus impar determinatus sit in quo.C.est vtiq; demōstrabile.A.de.C.sit etiā par quātus i.aliquātus in quo.D.et par numerus determinatus sit in quo.E.est ergo demonstrabile.A.de.E.et si plures daret̄ur species numeri: plures fierent demōstrationes ad lat⁹. ¶Possent dari alia exempla clariora.vt in geometria. passio figure.s.determinatū posset demonstrari etiā de triangulo specie figure:& postea de isochele specie trianguli:& postea de triangulo semicirculi specie isochelis:& sic descendēdo continue vsq; ad infima augerentur demōstrationes in post assumēdo. Sed passionem triāguli: habere tres angulos equales duobus rectis:si quis demonstraret de isoplero seorsum.et de isochele seorsū.et de scaleno seorsum:augeret demonstrationes ad latus.Item in phisica passio corporis.s.mobile in post assumendo demōstraretur de corpore animato/de aiali/de homine.item passio animalis s.sensitiuū ad lat⁹ assumēdo demōstraret̄ de hoīe/de equo/de leone:& de aliis speciebus aialiū. ¶Hac ergo tertia ratione probatū relinq̄tur qḋ indemōstratiuis non fit deceptio per palogismos sicut accidit in dialecticis: ex eo qḋ demōstrationes habent propria principia:ad q̄ fit certa resolutio totius probationis: in dialecticis autē non sic sunt certa pn̄cipia.et huius signū est:q̄a ad candē cōclusionē possunt adduci plura & diuersa media dialectica: sed non plura media demonstratiua sed vnū duntaxat/& certissimum medium. Et si quis diceret quod in scientiis mathematicis que demōstratiue/& nō dialectice procedūt: augentur siue multiplicātur demōstrationes.nō enim sola vna demonstratio fit in arithmetica aut in geometria sed multe:ad hoc dicimus quod ille plures demonstrationes non fiunt ad cādem conclusionem probandam: sed ad diuersas et varias conclusiones pro varietate subiectorū et passionū inqualibet illarū scientiarū.nā principalis subiecti scientie sunt plures partes tū subiectiue/tum integrales:ad quas scientia illa descendit probans de eis passiones/tū cōmunes sui generis/tū & pro-

Alia exēpla clariora.

prias singularū partiū: qđ est multiplicare demōstrationes vel in post assumēdo vel ad latus. Verū qa litera huius ptis ē cōfusa/atq̧ obscura: multi hallucināẗur circa eam. et inter alios Stapulensis detorquet eam ad aliū sensum: q̄ iudicio meo cū aliis fere omib⁹ cōmentariis priscorū: est litere contrari⁹: nā paragraphus ille augētur autē: omes referūt ad demonstrationē: ꝛ litera antiq̄ trāslationis hoc habet expresse inquiens: augētur autē demonstrationes: sed Faber reiecto illo nomine: legit solum: augentur autē: ꝛ reffert hoc ad dialecticas argumētationes: sed exemplū eius in p̄dicamento substātie apti⁹ videẗ esse demonstrationib⁹ q̄ dialecticis argumētationib⁹. ergo sensu illo dimisso: sistimus in primo. ¶ Resolutio itaq̧ totius hui⁹ cap̄. ad hoc tendit. qđ scientie speciales ex quo habēt ꝑprias interrogationes/ꝑprias respōsiones/ꝛ ꝑprias disputationes: habēt ergo ꝑpria p̄ncipia certa ꝛ determinata ad q̄ resoluūt suas demōstrationes. et quādo in eis accidit error per aliquā falsam argumentationem: q̄ diciẗ sillogism⁹ contrarie deceptionis/vel sillogism⁹ ignorātie: illa nō est argumentatio sophistica. i. peccans in forma: sicut accidit in dialecticis disputationibus: sed solū peccans in materia. i. qa procedit ex oppositis principiorum/vel ex falso intellectu verorū principiorū. et huius ratio est. qa ex quo in demonstratiuis sciētiis omia sunt certissima: defectus forme sillogistice nō pōt causare errorē: vt patuit in argumētatione Cenei phi de multiplicata analogia ignis. secus autē in disputationib⁹ dialecticis: q̄ nō habēt sic determinata/ꝛ certa principia: ideo defect⁹ debite forme sillogistice causat in eis multiplices errores: paralogism⁹ ergo nō est cōtrari⁹ demonstrationi: sed sillogismo dialectico: đ quo Arist. in topicis: vnde adiūgit eis libros elenchorū de paralogismis. falsigraphus vero sillogism⁹ est ꝑprie contrari⁹ demōstrationi: ꝛ qa nō varia-

Resolutio clarissima.

tur multis modis: ideo de eo nō egit ꝑpriū librū post libros posteriorū: sed in hoc primo libro posteriorū de ipso tractat quē ꝛ sillogismū ignorātie appellat.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc. 13. cap̄. apte q̄stiones essent. Prima. vtrū vna ꝛ eadē conclusio possit demonstrari in diuersis scientiis specialibus. Secūda. an demonstrationes possint augeri sup eandē conclusionem ꝛ quomodo. Tertia. vtrū vna sciencia possit dici pars alterius. vt puta sub alternata subalternātis. Quarta. vtrū mathematice sint aliarū omniū certissime. Quinta. vtrū in mathematicis possit accidere error ex aliqua fallacia siue paralogismo. Sexta. vtrū demōstrator interroget eo modo quo dialecticus.

¶ Tractatus sextus diuidit demonstrationem in species suas: & comparat eas/ponens differētias earum. habet duo capita. primum est in ordine.

¶ Caput quartūdecimum diuidit demonstrationem in duas species: ꝛ earum differentias declarat.

SEd differt quia & ꝑpter quid scire. Hucusq̧ Aristot. et satis curiose/atq̧ diffuse demonstrationis potissime et scire diffinitionē declarauit. s. a secundo cap̄. hui⁹ libri. Iā vero demonstrationis cōmuniter accepte ꝛ scire diuisionē adiūgit. et p̄mo in species: postea vero i partes in modo. ¶ Pro huius ergo tractatus introductione repetenda sunt q̄dā ex cap̄. 2. hui⁹. nā ipsius scire ꝛ similiter demōstrationis binas posuit diffinitiones. alterā đ scire ꝑprissime dicto in principio illi⁹ cap̄. scire inquit opinamur ꝛc.

alteram de scire cōmuniter accepto: cū dixit: scire est per demonstrationē intelligere. quare & demōstrationis duas posuit diffinitiones / sed ordie preposterō. nā prima earū correspōdet scire secūdo modo accepto: cū ait demonstratio est sillogismus faciēs scire. secūda vero diffinitio demōstrationis correspōdet pme diffinitioni ipsi⁹ scire ppriissime dicti. s. demonstratio est sillogism⁹ ex pmis veris &c. Arist. Ergo ab illo loco vsqz huc institit declarationi diffinitionis prime ipsius scire: & secūde diffinitionis demōstrationis q̄ illi correspōdet. Sed qa illic dixit. si autē sit ali⁹ modus ipsi⁹ scire postea dicetur: ideo nunc venit ad hoc declarādū & ita accipit scire secūdo modo & cōmuniter: quare correspōdenter accipit demōstrationē pmo modo & cōmuniter. et supposita diuisione hui⁹ generis vulgatissima in duas species. s. qđ dupliciter quis pōt scire & duplici demōstratione. videlicet demōstratione quia est: aut demōstratione dicēte ppter qd est: harū specierū dr̃ias declarat in hoc cap. ex qb⁹ earū diffinitiones qlibet elicere poterit. Habet autē hoc cap. duas ptes principales. prima est de dr̃ia istarum demonstrationū in eadē scientia. secūda ibi: alio autē modo: de earū dr̃ia in diuersis scientiis. Primā cōparatione ponens ait. sed differūt scire qa est / & ppter qd est. i. duo modi differentes sciendi sunt: scire per demonstrationem qa: de qua hacten⁹ nihil dictū est: & scire per demōstrationē ppter qd: de qua tam multa diximus. & horū modorū sciēdi latissima patet dr̃ia. primū quidē quādo fiūt varie demōstrationes in eadem scientia. quoniā sepi⁹ earū alie sūt demōstrationes qa / & alie ppter qd. Et adhuc in eadē sciētia dupliciter fieri solet demonstratio qa. vno qdem modo si nō per imediata principia fiat sillogismus. q̄ autē principia dicātur immediata / & q̄ non: superi⁹ declarauit Aristot. in cap. 2. et deinde in cap. 11. 12. 13. & in qbusdā aliis. non enī accipitur in tali sillogismo pma causa. i. primū & adequatū principiū ad probādam conclusionē: at scientia q̄ est ppter qd & demonstratio eam faciens: secundum primam causam est ad sensum datū. Exempla huius differētie inferi⁹ ponet Aristo. quis supra ea dedit in cap. de vniuersali. qa si qs velit probare illā passionē habere tres angulos &c. de triāgulo: procedit p primā. i. ppriā & adequatā causam: ideo erit demonstratio ppter qd. si autē velit eandē passionē de isochele pbare vel d figura: nō assignat ppriā causam: ideo est demōstratio qa. stat ergo hec prima dr̃ia inter has duas species in hoc: qđ dmōstratio ppter qd pcedit ex ppriis primis & immediatis pncipiis cōclusionis. sed demonstratio qa pcedit non ex ppriis & imediatis pncipiis pclusionis: sed ex cōibus. qđ est scire secundū accidens vt superi⁹ dicebatur. i. impfecte.

¶ Alio vero modo fit demonstratio qa in eadē sciētia: si pcedat qdē sillogism⁹ per imediata qdem: sed non p causam: imo poti⁹ per effectū: q̄ tamē effectus est per cōuertentiā. i. cōuertibilis & adequat⁹ sue cause: notior tamen nobis sua causa. et pbat hoc aliqn̄ accidere i sciētiis. nihil enī phibet eqz predicantiū. i. cōuertibiliū in cōsequendo. i. quādo causa & effect⁹ sunt cōuertibiles: aliqn̄ noti⁹ nobis esse nō causam. i. effectum quā causam. quare per hāc. s. non causam: erit demonstratio ad notificandam causam. illa inquā demonstratio nō est ppter qd / sed qa est. Et declarat hanc secundā differentiam Aristot. per duo exempla. primum.

¶ Vt qđ ppe sint planete probari solet in astrologia per hoc qđ non scintillant. i. vibrāt luces suas ad oculos ad modū ignis scintillas emitētis. sunt enī plurime stelle in celo scintillātes in serenitate noctis: planete autē. i. erratice quinqz stelle / Saturnus / Juppiter / Mars / Uenus / & Mercuri⁹ non scintillant: & per hoc a stellis fixis discernun-

tur. quando ergo astrologus vult probare quod planete prope nos sunt. i. propinquiores nobis aliis stellis: per hoc quod non scintillant: facit demonstrationem quia est/non propter quid. non enim ex eo qd non scintillant prope sunt ille stelle: sed potius propter id qd prope sunt non scintillant. et ordinat sillogismum in prima figura sic. sit. A. prope esse maior extremitas. B. vero medium sit non scintillare. C. autem minor extremitas sit planete. tunc sic. verum est. B. dicere. i. affirmare de. C. in minore propositione. planete enim non scintillant. et hec vera est. vt patet ad sensum. similiter verum est dicere. A. de. B. in maiore propositione. hoc est non scintillans prope esse. hoc autem i. hec maior accipiatur. i. supponatur esse vera vel per sensum/vel per inductionem. sicut solent probari propria principia demonstrationum: que dicitur suppositiones vel petitiones. necesse est ergo si premisse sint vere. A. ipsi. C. inesse. i. A. predicari vere de. C. in conclusione. quare per talem sillogismum demonstratum est demonstratione quia qd erratice stelle que sunt planete prope sint: et hoc per effectum que est non scintillare. Et quia iste effectus est proprius et adequatus sue cause/atque cum ea conuertibilis: addit Aristoteles.

¶ Contingit autem. i. possibile est istam demonstrationem quia conuertere in demonstrationem propter quid. s. demonstrando alterum per alterum. i. effectum per suam causam. vt sit. C. minor extremitas stelle erratice vt prius. in quo. B. idest. B. medium sit prope esse. A. vero maior extremitas sit non scintillare. est igitur. B. in. C. verum i. planete prope sunt que est minor propositio. et similiter. A. in. B. verum est. i. stelle que prope sunt non scintillant maior propositio. quare sequitur conclusio. A. in. C. verum esse. i. planetas non scintillare. et sic erit sillogismus. i. demonstratio propter quid. accepta est enim prima. i. adequata et propria causa. illius effectus. Secundum exemplum ad idem propositum ponit ibi.

¶ Item sic lunam demonstrant astrologi: qd circularis. i. rotunda sit: per incrementa. i. per modum quo crescit in suo lumine post coniunctionem eius cum sole. hoc modo. si enim qd sic augetur in suo lumine. s. ad figuram circularem: circulare. i. rotundum corpus sit: luna autem sic augetur: manifestum erit quoniam luna est circularis. i. rotunda. sic quidem arguendo: ipsius quia. i. demonstrationis vel scientie quia factus est sillogismus. s. quia per effectum procedit ad causam. econtrario autem posito medio. s. qd maior extremitas precedentis sillogismi fiat medium. et econtra. ipsius scientie propter quid fit sillogismus. non enim propter augmenta huiusmodi. i. circularia luna est circularis. i. rotunda: sed potius econtra/quia luna est rotunda: accipit luminis augmenta huiusmodi. i. circularia. Ad ponendum autem sillogismum demonstrationis quia in forma. sit luna. C. minor extremitas. B. vero medium sit augmentum circulare luminis. sed. A. sit circulare. i. rotunditas lune maior extremitas. Et si. B. poneretur rotunditas lune. A. vero augmentum luminis circulare: esset demonstratio propter quid reducta ad formam sillogisticam. Quia vero Aristo. posuerat exempla demonstrationis: quia secundo modo quando effectus est conuertibilis cum sua causa: loquitur iam de eadem demonstratione quia. i. ab effectu: quando effectus non est sue cause adequatus et conuertibilis. dicens.

¶ In quibus autem media non conuertuntur. cum extremitatibus: tunc si medium quod non est causa sed effectus est nobis notius: tunc per illud demonstratur. i. fit demonstratio quia: sed non propter quid. quia talis demonstratio non potest per conuersionem reduci ad demonstrationem propter quid vt in precedentibus. Et in hoc casu non posuit Arist. exemplum: quia putauit apud ingeniosos sufficere exempla precedentia: imo in eis fuit satis prolixus et extensus. quia per analogiam oppositi ex precedentibus ista poterant elici. quia tamen non omnes auditores pollent ea ingenii virtute. vt exempla huius regule possint per seipsos inuenire: addam ego hic ea. ¶ Sed in primis est aduertendum qd

Exempla idonea.

hec regula est solū intelligenda de me-
dio nō conuertibili qđ significet effectū
habentē necessariā habitudinē ad suā
causam vel saltē causa ad effectū: alias
nō posset fieri demonstratio v'la ex tali
medio. q̄a ꝯ̄ñia nō esset necessaria. Dein
de oportet scire qđ effect⁹ non conuerti
bilis cum sua causa: ad quā habet se de
necessitate: pōt tribus modis variari ⁊
sic dabim⁹ tria exēpla. Primo si mediū
sillogismi explicās illū effectū sit cōmu
ni⁹ minore extremitate ⁊ sit min⁹ cōmu
¶ Cōtingit autem & altera falsa premissa fieri sillogismū ignorantie. et hac premissa falsa quacūq; cōtingente i.siue maiore siue minore: dicam⁹ p̄mo de maiore vera et minore falsa.pōt em̄ ꝓpositio q̄ est.A.C. maior vera esse: ⁊ q̄ est.B.C. minor falsa. et hoc si ponat̄ aliud mediū inter predictas duas extremitates.puta lapis. tūc em̄ q̄ est.A.C. maior ꝓpositio vera est:vt nullus lapis est aial.qm̄ non oīnib⁹ q̄ sunt inest.A. aial.sed premissa minor q̄ est. B.C.vt ois homo est lapis: falsa est:qm̄ impossibile est.C.mediū esse in.B.i.vere affirmari de minori extremitate. in quo. C. nullo est.A.i. de quo medio distributo vere negatur.A.maior extremitas.per principiū dici de nullo. alias nō em̄ vera esset.A.C.maior ꝓpositio:qđ tamen supponebatur. simul autē cū hoc illato seq̄ret̄ adhuc: qđ ambe premisse essent vere: si poneretur minor vera.quare cū ꝯña sit bona ⁊ formalis in p̄mo modo prime figure:etiā cōclusio esset vera.nō ergo esset sillogism⁹ ignorātie sed scientie: qđ est cōtra suppositum in hoc cap̄. Sed variato medio inter easdē extremitates pōt maior ꝓpositio esse falsa/ ⁊ minor vera.et sit mediū risibile.ideo ait.

¶ Sed q̄ ē. B.C.minorē premissam cōtingit verā esse cū altera.s.maior sit falsa.vt si.B.minor extremitas hō sit in.C.medio risibili. et in.A. maiore extremitate aiali.i.si vere affirmetur de illis:tūc em̄ necesse est alterū.i. medium sub altero.i. maiori extremitate esse.sic qđ vere affirmetur ⁊ vl'iter maior extremitas de medio.quare si accipiatur maior ꝓpositio cōtrario modo.s.A.in nullo.C.esse.vt nullū risibile est aial: falsa erit ꝓpositio maior. et minor erit vera: omnis homo est risibilis.

¶ Manifestū igitur est ex predictis in hac secūda pte qđ erit sillogism⁹ ignorantie possibilis:⁊ cū altera premissarū falsa:fuerit modo maior modo minor:⁊ vtrisq; premissis falsis: ad concludēdā vl'em negatiuā falsam in p̄ma figura directe.s.cōcludēdo incelarēt. Seq̄t̄.

¶ Tertia pars huius cap̄.

¶ Sed in media figura: q̄ est secūda figura:in qua mediū de vtraq; extremitate vl'iter predicatur modo affirmatiue modo negatiue. ideo ait. qđ in secūda figura ad concludēdū vniuersalem negatiuā imediatā falsā p sillogismū ignorantie: vtrasq;.i.ambas premissas esse totas.i. in totū falsas nō contingit.i. nō est possibile.et hoc probat p̄mo ex habitudine terioꝝ secūde figure in modis vl'ibus. cū em̄.A.in omni.B. sit i.cū supponamus hanc vl'em affirmatiuā esse verā oīne.B.est.A.vt ois homo est aial:nihil erit possibile accipere pro medio ad cōcludendū contrariā negatiuam falsam:qđ mediū in altero qdē extremo sit omni.i. vl'iter affirmatiue predicetur de vna extremitate vere/in alte

ro vero nullo .i. vl'iter negatiue predicatur vere de altera extremitate.sic enim oportet accipere ꝓpositiones in secūda figura.s.qȝ mediū in hoc q̄dē extremo sit vl'iter.et in hoc.i.altero extremo non sit vl'iter: si vere erit sillogismus in secūda figura. q̄a neqȝ ambe premisse possunt esse affirmatiue/neqȝ ambe negatiue. Et si ois homo est aial:non pōt dari mediū qȝ pro quolibet supposito vere affirmaretur de hoie:ꝛ idē pro quolibet supposito negetur de aiali/aut ecōtra in secūda figura . et hoc accideret si ambe premisse essent in toto false in huiusmodi sillogismo ignorātie. Secūdo idē probat ex lege ꝓpositionū cōtrariarū q̄ nō possunt esse simul vere/dicens . si vero sic.i. in totū false accipiant ꝓpositiones sillogismi in secunda figura:manifestū est ex lege cōtrariarū qȝ cōtrarie illarū premissarū econtrario se habebūt.i.qȝ erunt in totū vere.et tunc ex illis seq̄tur verā esse illā/nullū.B. est. A.vt nullus homo est aial.qȝ est cōtra suppositum. ponebatur eñi oñi.B. inesse.A.i.hanc esse verā oñis homo est aial. ergo impossibile est qȝ ambe p̄misse huiusmodi sillogismi sint in toto false.quo supposito dicam⁹ de diuersitate huiusmodi sillogismorū . et primo quādo ambe premisse sunt false.et ideo ait.

¶ In quodā autē .i. in pte nihil ꝓhibet vtrāqȝ p̄missam falsā esse in sillogismo ignorātie scd̄e figure ad ꝓbādā vl'em negatiuā imediatā falsam.vt si.C.mediū:quod sit albū.sit in.A. aiali quodā . et similiter in. B. hoie quodā: ita qȝ nō pro quolibet significato eis cōueniat sed pro aliquo sic ꝛ aliquo nō cōueniat / si ergo arguēdo i camestres accipiatur maior vl'is affirmatiua. A . in omni.C.esse.i.oñe.A.est.C.et sit minor vl'is negatiua.C.autē in nullo.B.i. nullum.B.est.C. false quidē erunt ambe ꝓpositiones nō tote / sed in quodā.i. in ptc.ecōtrario etiā ordinando premissas in cesare posito priuatiuo.i.negatiua ꝓpositione pro maiore ꝛ affirmatiua pro minore: similiter fiet sillogism⁹ ignorātie ex ambabus falsis nō in toto sed in pte.vt nullū.A.est.C.omne.B.est.C. Secūdus modus est quādo vna tantū p̄missa est falsa/ꝛ altera v̄a.de quo ait.

¶ Alterā autē .i. vnā tantū falsā esse premissam:ꝛ quālibet.i.modo affirmatiuā modo negatiuā:siue maiorē/siue minorē premissam:contingit in sillogismo ignorantie concludente vl'em negatiuā immediatā falsam in secūda figura.et ratio hui⁹ indr̄ie est.q̄a mediū qȝ est in omni.A. est etiā in.B.vel oñi vel aliquo.ex quo verū est omne.B.esse. A. dicam⁹ ergo primo q̄n fiat sillogismus in secūdo modo secūde figure maiore premissa vera / ꝛ minore falsa. vt sit.C.medium ly sensitiuum.

¶ Si igit̄ accipiat̄ pro maiore. A.quidē in toto.C.esse vt omne. A.est. C. in. B. autē toto non esse.vt nullum. B. est. C. q̄ quidē premissa. A.C.vera erit:ꝛ q̄ est.B.C.falsa. Dicam⁹ secūdo in codē modo camestres q̄n maior sit falsa ꝛ minor v̄a.et sit mediū lapis.supponentes tamen.

¶ Iterū q̄d.s. mediū in.B.nullo est:nec in.A.omni erit.et ratio est.si eñi mediū in omni.A.esset:etiā in omni.B erit.sed non erat.i.ponebat̄ non esse in. B.si igitur accipiat̄ maior ꝓpositio. C. in toto quidē.A.esse:vt omne.A.est.C. in.B.autē nullo.i:minor sit nullū.B.est C.q̄ est.B.C.minor ꝓpositio negatiua vera est.altera v̄o.i.maior affirmatiua falsa/vt oñe.A.est.C.Dicamus tertio. q̄n fiat sillogism⁹ ignorantie ad idem propositum in primo modo secunde figure.ideo sequitur.

¶ Similiter autē fit sillogismus ignorantie in secūda figura transposito priuatiuo.i.ꝓpositione negatiua:ita qȝ maior premissa sit negatiua/ꝛ minor affirmatiua in cesare:ꝛ hoc duob⁹ modis vt pri⁹.s. vel qȝ maior sit vera ꝛ minor

falsa: vel econtra. supponamus tamen prius hanc regulam. quod si medium in nullo est. A. i. vniuersaliter negatiue predicatur vere de. A. etiam in. B. nullo erit: idest negabitur eodem modo de. B. quod enim nullum est animal: idem nullus est homo.

¶ Si igitur accipiatur. C. mediũ et sit lapis: tũc maior erit vera ⁊ minor falsa. si igitur accipiatur. C. in toto. A. non esse: vt nullũ. A. est. C. sit maior. in B. autẽ toto esse: vt omne. B. est. C. minor propositio: que quidẽ est. A. C. maior vera est: vt nullũ animal est lapis. altera autem. B. C. falsa: vt omnis homo est lapis. Potest econtra maior esse falsa ⁊ minor vera si. C. medium ponatur risibile. hac tamen regula supposita: medium quod est in omni. B. in nullo accipere. A. esse falsum est. necessarium enim est si aliquod predicatum est in omni. B. et in quodam. A. esse: quia omne. B. est quodam. A. tunc.

¶ Si igitur accipiatur. C. esse in omni. B. vt omne. B. est. C. minor propositio: in. A. autem nullo: vt nullũ. A. est. C. que quidem premissa est. B. C. minor vera erit. vt omnis homo est risibilis que autem est. A. C. maior falsa. vt nullum animal est risibile.

¶ Manifestum igitur est ex predictis. q̄ð et vtrisq̄ꝫ ꝑmissis falsis: ⁊ altera tantum falsa siue maiore/siue minore tam in primo quam in secundo modo secunde figure: erit possibilis sillogismus deceptiuꝰ in propositionibus indiuiduis. i. immediatis negatiuis. et hoc probatum est in tertia parte huius cap̄. in secunda autem parte idem est probatũ de prima figura ⁊ vnico modo eiꝰ celarent. nam in prima parte de vniuersali affirmatiua immediata egimꝰ qualiter ad eam fiat sillogismus ignorãtie.

Quatuor r̄ke d ꝓpõnũ vitate.

¶ Et fũdatur processus totiꝰ huiꝰ cap̄. in quatuor regulis de habitudine terminorum. quando enim propositio vniuersalis affirmatiua est vera. vt omne B. est. A. Prima regula est: omne medium quod inest omni. A. necessario inest omni. B. quia omne. B. est. A. et. A inest omni. B. Sẽsus huius regule est: quando vniuersalis affirmatiua est vera quicq̄d vniuersaliter conuenit predicato: conuenit etiã vniuersaliter ⁊ subiecto. vt quicq̄d conuenit omni animali: conuenit om̃i homini. quia om̃is homo est animal. Secunda regula. mediũ q̄ð omni. B. inest necessario conuenit alicui. A. nã nulli. A. inesse impossibile est cum omne. B. sit aliquod. A. vt omnis homo aliq̄ð animal est. Sẽsus regule est. quicquid conuenit vniuersaliter subiecto: conuenit particulariter predicato vniuersalis affirmatiue. nec potest vniuersaliter negari. Alie due regule de vniuersali negatiua vera sunt he. prima quod nulli. A. inest: nulli. B. inest. vt q̄ð nulli conuenit animali: pariter nulli cõuenit homini. Sẽsus regule. quicquid vniuersaliter remouetur a p̄dicato vniuersalis affirmatiue vere: remouet̃ etiã vniuersaliter a subiecto eius. sed non econtra. Datur ergo secunda regula quicq̄d vniuersaliter remouetur a subiecto: conuenire impossibile est omni predicato. vt quod nulli conuenit homini non potest omni animali conuenire: q̄a quilibet homo est animal.

1. reg̃la.

2. reg̃la

3. reg̃la

4. reĝla.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc capitulum vix potest aliqua questio facere ad propositum preter eam quam Aristoteles in litera disputat: scilicet vtrum sillogismus ignorantie siue deceptionis scientifice possit fieri circa propositiones vniuersales immediatas tum affirmatiuas tum et negatiuas. quia tamen vt diximus Aristoteles totam suam responsionem (que est affirmatiua) fundat in supradictis quatuor regulis: posset fieri hic nõ inepte questio de veritate illarum regularum.

Caput decimūseptimū de sillogismo ignorantie circa propositiones vniuersales mediatas/ siue affirmatiuas/ siue negatiuas.

IN his autem q̄ sunt non indiuidua ⁊c̄. In hoc cap̄. procedit Aristot. ordine pmutato ab ordine precedentis cap̄. quia hic prius aget de negatiuis mediatis: ⁊ postea de affirmatiuis etiā mediatis. Erūt ergo quatuor partes huius cap̄. prima de sillogismo ignorantie negatiue in prima figura. secūda ibi. sed per mediū: agit de eodē in secūda figura. tertia ibi. si vero affirmatiuis. agit de sillogismo ignorātie affirmatiuarū mediatarū. quarta pars ibi. manifestū autem: aget de ignorātia negationis. Proponens ergo Aristot. in tentū ait. in his autem predicatis q̄ insunt aut non insunt subiectis non indiuisibiliter. i. q̄ mediate dicuntur de subiectis siue affirmatiue siue negatiue: dicamus quomodo fit sillogism⁹ ignorantie. que autē sint propositiones mediate dixim⁹ supra in cap̄. 15. parte secūda. Distinguit autē Aristot. hic triplex mediū. s. propriū/ extraneū/ ⁊ accidētale inter extrema ꝓpositionis. vocabula in litera declarabūtur. Ad sillogizādū ergo propositionē negatiuā mediatā falsam per primā figurā dicit. cū quidē per proprium mediū fiat falsitatis. i. ignorantie vel deceptionis sillogismus: nō est possibile vtrasq;. i. ambas falsas esse propositiones in pma figura. sed solū illā premissam q̄ est ad mai⁹ extremū. i. maiorē pmissā. nā in pma figura semp minor ē affirmatiua: q̄ si est de medio ꝓpo vā ē.

Dico autē illud esse mediū ꝓprium: p qd̄ fit sillogism⁹ cōtradictionis. i. cōcludens cōtrariā aut cōtradictoriā affirmatiuā verā. q̄ est demōstratio. vel clarius mediū propriū est mediū eiusdem coordinationis predicamentalis cū extremitatib⁹. vt sint extremitates homo: ⁊ substātia mediū sit animal: dicitur medium propriū. nam per hoc probatur hec affirmatiua mediata vera: oīs homo est substantia: in prima figura. de ijs ergo tribus terminis ait. sit enī. A. in. B. per mediū. C. tunc ad faciendū sillogismum ignorantie super illā negatiuā mediatam: nullus homo est substātia: debet accipi idem mediū. C. animal. quoniam igitur necessariū est minorē propositionē que est. C. B affirmatiuā accipi in pma figura facto sillogismo: manifestū est quod hec minor pmissa est semper vera. i. manet eadem in vtroq; sillogismo. s. in sillogismo vero probante affirmatiuam: ⁊ in sillogismo falsigrapho concludente oppositā negatiuam. non enim conuertitur. i. mutatur in oppositā qualitatē ab vno sillogismo in alterum. et quia in sillogismo vero illa minor erat vera: etiam in sillogismo falso erit vera. ideo manet semper vera. sed q̄ est. A. C. maior premissa est falsa. hac enī conuersa ex affirmatiua in negatiuam oppositā: fit sillogismus in contrariū. i. falsigraphus concludēs cōtrariā negatiuā falsam. ⁊ quia illa maior in sillogismo vero erat affirmatiua vā: oportet quod mutata in oppositam negatiuam sit falsa. Sequitur.

Similiter aūt. ꝓbat ꝙ sillogismus ignorantie predictus possit fieri p mediū accidentale penitus eodē modo sicut p mediū propriū. voco autē mediū accidentale qd̄ non est eiusdē coordinationis cū extremis: potest tamē eis conuenire/ ⁊ vere affirmari de eis. ideo ait. simil'r aūt fit sillogism⁹ ignorātie in prima figura ad negatiuā mediatā falsā. si ex alia ordinatiōe p̄dicamētali accipiat mediū vt. D. bipes/ vel pater/ vel respirās ⁊c̄. qd̄ q̄dē mediū ī toto sit. A. i. subijciatur maiori extremitati distribute: vt oīe respirans est substātia: ⁊ de. B. homine p̄dicat oīi. vt ois homo est respi

rans. nã ad faciendũ sillogismũ ignorã tie predictũ: necesse est eam q̃ quidẽ est premissa. D. B. minor: manere candẽ ⁊ semp verã. alterã autẽ. i. maiorẽ. D. A. conuerti in negatiuã. vt nullũ respirãs est substantia. quare hec quidẽ. s. minor semper vera erit: illa vero. s. maior semper falsa. et fere huiusmodi deceptio p mediũ accidẽtale eadẽ est ei: q̃ fiebat p mediũ propriũ: nisi qꝺ ꝓpositiones hic sunt predicatiões accidẽtales: illic erãt essẽtiales: in alijs oĩb⁹ est similitudo

¶ Si vero nõ per ꝓpriũ mediũ sed per extraneũ ac disparatũ fiat sillogismus deceptionis in prima figura. dr̃ autẽ mediũ extraneũ terius alterius coordinationis ab extremoꝝ coordinatione. per extraneũ ergo medium põt fieri deceptio duob⁹ modis. primo ambab⁹ premissis existẽtibus falsis. puta cũ. D. mediũ vt lapis fuerit sub. A. substantia per affirmatiuã ⁊ vlẽm predicationẽ. in B. autẽ hoĩe nullo. i. vl'iter negatũ: tunc necessariũ est vtrasq; premissas esse falsas. nã in sillogismo ignorãtie recipiẽde sunt ꝯrio modo quã se habeant in sillogismo sciẽtie. i. accipiẽde sunt ꝯtrarie vel cõtradictorie illarũ q̃ erant ambe vere in sillogismo scientie. sic autẽ acceptis premissis cõtrarijs vtreq; fient false. vt si. A. quidẽ est in toto. D. in sillogismo vero. vt omnis lapis est substantia. D. autẽ in nullo. B. vt nullus homo est lapis. cõuersis eñ hijs. i. ꝑmutatis premissis sic qꝺ maior sit negatiua ⁊ minor affirmatiua. vt cõuenit prime figure: sillogismus ignorantie erit ⁊ ꝓpositiones vtreq; false: q̃a sunt contrarie veris. vt nullus lapis est substantia: oĩs homo est lapis. Secũdo modo põt fieri sillogismus ignorantie ex vna sola falsa ⁊ altera vera variato medio.

¶ Cũ vero nõ sit sub. A. mediũ D. sed extraneũ vt scientia: q̃ quidẽ est A. D. maior vera erit: q̃a negatiua vt nulla scientia est substãtia. q̃ vero. D. B minor affirmatiua erit falsa. vt oĩs homo est scientia. q̃a si minor esset vera: ⁊ conclusio esset vera: sed falsa erat. i. supponitur autem falsa in sillogismo ignorantie de quo hic agimus.

¶ Secunda pars hui⁹ cap̃.

¶ Sed per mediã figurã facta deceptione. i. sillogismo ignorãtie ad cõcludendã negatiuã mediatã falsam: cõtingit vtrasq; premissas esse falsas totas. i. in totũ. probatio. cũ eñ sit. B. quidẽ. homo. sub. A. substãtia. i. cum hec sit vera oĩs homo est substãtia: nihil. i. nullũ mediũ contingit seu põt esse in hoc. B. eñi in illo autẽ. A. nullo vel cõtra: vt dictũ est prius. in regulis precedẽtis cap̃. hoc autẽ accideret si ambe non essent false. s. qꝺ mediũ vl'iter negatũ de maiori extremitate posset vere affirmari de minori: vel mediũ vl'iter negatũ de minori: possit vere vl'iter dici de maiori extremitate. ergo ambe premisse erũt false. vt in cesare. nulla substantia est lapis: oĩs homo ẽ lapis. in camestres. vt oĩs substãtia est risibilis: null⁹ hõ est risibilis.

¶ Altera vero. i. vna sola premissa põt esse falsa: ⁊ quecũq; earũ contingit. i. põt dari falsa. per varia media. si cũ. C. mediũ vt ens sit in. A. et in. B. verificabile de vtraq; extremitate vl'iter affirmatiue. et accipiatur in secũdo modo secũde figure in. A. quidẽ esse. vt oĩs substantia est ens. in. B. vero nõ esse vt nullus homo est ens. q̃ quidẽ. A. C. maior vera erit: altera autẽ. B. C. minor falsa.

¶ Itẽ si in. B. hoĩe accipiat̃. C. mediũ esse vt risibile. in. A. autẽ substãtia nullo: vt arguatur in primo modo secũde figure: q̃ quidẽ est. B. C. minor ꝓpositio vera erit: altera autẽ. A. C. maior falsa. vt nulla substãtia est risibilis: oĩs homo est risibilis. Epilogãdo cõcludamus duas primas partes:

¶ Siquidẽ igit̃ sillogism⁹ ignorantie sit priuatiu⁹. i. cõcludens negati=

uam mediatā falsam: dictū est quando i. in qb⁹ figuris: ꝛ per q̄ falsa erit ei⁹ deceptio: nec possunt imaginari plures eius modi preter dictos.

¶ Tertia pars huius cap̄.

¶ Si vero sit affirmatiu⁹ sillogismus ignorantie. i. cōcludens vl'em affirmatiuā mediatā falsam: hoc nō pōt fieri in prima figura. quare oportet iterū distinguere d̄ medio ꝓprio ꝛ extraneo: tūc quidē arguēdo per ꝓpriū mediū impossibile est vtrasqꜫ premissas esse falsas. necesse eñi est eam premissam q̄ est. C. B. minorē: manere i sillogismo ignorantie: sicut erat in sillogismo sciētie: siquidē erit sillogism⁹. i. si debeat seruari forma sillogistica, sicut dictū est prius: quare. C. B. erit vera in vtroqꜫ sillogismo. et. A. C. maior erit falsa: q̄a hec conuersa est in oppositā qualitatē trāseundo ab vno sillogismo in alterū. et q̄a in priori sillogismo erat vera: oportet per legē cōtrariarū q̄d in secūdo sillogismo sit falsa. vt nullū animal est substantia: omnis homo est animal.

¶ Similiter autē erit dicendū de premissis si mediū fuerit accidētale sic vt quādo fuit propriū mediū. hoc est. si ex alia coordinatione fuerit acceptū verificabile tamē de vtraqꜫ extremitate: sicut dictū est in prima pte hui⁹ cap̄. vbi agebat̄ de priuatiua deceptione in prima figura. necesse eñi est eā premissam q̄ quidē est. D. B. minor: manere in eadem qualitate sicut erat in priore sillogismo. ideo est vera. q̄ vero est. A. D. maiorē oportet cōuerti in oppositā qualitatē: ideo est falsa. quare hec deceptio est eadem. i. similis priori q̄ fiebat per mediū propriū. vt nullū bipes est substantia: omnis homo est bipes.

¶ Cū vero sit sillogismus ignorantie non per ꝓpriū/sed per extraneū mediū. et hoc pōt duob⁹ modis contingere. primo. siquidē sit. D. mediū sub. A vt lapis sub substātia: hec q̄dē. A. D. maior erit vera: vt oīs lapis est substantia: altera autē. B. D. minor erit falsa/ oīs homo est lapis. nec est incōueniens q̄d mediū cōueniens maiori extremitati positū sub ea sit extraneū a maiore extremitate: q̄a pōt. A. in plurib⁹ esse sibi subiectis: q̄ non sunt sub se inuicē. vt genus habet plures species/ q̄ sibiȳpsis sunt extranee. tunc ergo posito tali medio extraneo i sillogismo ignorātie maior erit vera/ ꝛ minor falsa.

¶ Si vero secūdo modo. D. mediū extraneū non sit sub. A. tūc manifestum est q̄d semꝑ maior premissa. A. D q̄ est affirmatiua erit falsa: q̄ v̄o est. D. B. minor cōtingit eam esse verā/ ꝛ cōtingit esse falsam. s. secūdū diuersitatē mediorū. de primo dicit. nihil eñi prohibet. A. quidē in nullo. D. esse, sed. D. esse in omni. B. vt si aīal ponatur maior extremitas/ ꝛ scientia ponatur mediū: vt oīs scientia est aīal: ꝛ sciētia sit in musica q̄ est minor extremitas: vt oīs musica est sciētia. tūc minor est vera. De secundo modo dicit.

¶ Nō est autē iterū, s, q̄d potest dari mediū extraneū ab vtraqꜫ extremitate: vt neqꜫ. A. in nullo. D. neqꜫ. D. in nullo. B. tūc minor ꝓpositio erit falsa sicut ꝛ maior: q̄a ambe sunt vl'es affirmatiue respectu medij extranei. vt oīs albedo est substātia / oīs homo est albedo. manifestū est igitur: q̄d quādo nō est ꝓpriū mediū sed extraneū: vtreqꜫ premisse possunt esse false simul. et qn̄ altera solū est falsa: q̄cūqꜫ earū contingit esse falsa/ ꝛ altera vera: vt declaratū est. Tādē epilogo totā hāc materiā d̄ sillogismo ignorātie cōcludentes dicam⁹.

¶ Quot quidē igit̄ modis: & ꝑ q̄ media possint fieri deceptiones ꝑ sillogismū falsigraphū. et in his ꝓpositionibus q̄ sunt sine medio. i. immediate ꝛ ijs q̄ sunt cum medio. i. mediate: siue affirmatiue siue negatiue: manifestū est:

quia in his duob⁹ cap. p demõstrationē certissimã est pbatũ. Addam⁹ ⁊ quartã huic cap. partē de ignorãtia negationis.

❡ Quarta pars huius cap.

❡ Manifestũ autē est si aliquis sensus. vocamus autē ignorantiã negationis carentiam noticie intellectu. ita qđ nec habet scientiã neq3 errorem: qui hacten⁹ dicebatur ignorantia dispositionis. s. male. Et in primis ponit̃ cõclusio probãda in hac pte. qđ si aliquis sensus exterior defuerit alicui homini: necesse est ei deficere aliquã scientiã. qa impossibile est sine sensu sibi illã accipere de nouo: neq3 a se: neq3 ab alio docente. probatio ē clara supposita hac distinctiõe.

❡ Si qdē pro qa addiscim⁹. i. acquirimus scientiã quã pri⁹ nõ habebamus: aut per inductionē circa principia aut per demonstrationē circa cõclusiones. est autē demõstratio argumẽtatio procedēs ex magis vniuersalib⁹. i. ex pñcipijs descendēdo ad min⁹ vniuersalia / q̃ sunt conclusiones. Inductio vero est argumẽtatio ascendens ex his q̃ sunt secũdũ partē. i. particularia ad vniuersalia. hoc totũ est maior hui⁹ rationis. debet supleri minor: sed neutro istorũ modorũ est possibile acquirere scientiã de rebus externis: si defecerit sensus exterior illarũ rerũ perceptiu⁹. Hãc minorē probat Aristo. hac ratione. scientia acq̃ritur per demonstrationē ⁊ nõ alias. vt superi⁹ probatũ est. demõstratio nõ est possibilis / nisi precognoscãtur pñcipia. vniuersalia: illa aũt fiunt nota per inductionē. inductio nõ est possibilis nisi per sensum. ergo de primo ad vltimũ: si defuerit sensus: necessario deerit ⁊ scientia de rebus illius sensus. ait ergo.

❡ Impossibile est autē nos vniuersalia demonstrationũ principia speculari. i. cognoscere esse vera nisi p inductionē. et ratio est. qm̃ ea q̃ ex abstractione dicũt̃. i. vniuersalia a singularib⁹ abstracta per intellectũ: est necesse nota facere per inductiones: qa sunt in vno quoq3 genere scientiarũ q̃dã huiusmodi principia. s. q̃ nõ sunt pse nota / sed notificãtur p inductionē. de hoc etiã infra libro. 2. cap. vltimo. q̃uis nõ separabilia sunt a singularibus realiter illa abstracta: sed solũ secũdũ nostrã consideratione m. secũdũ qđ huiusmodi est vnũ qđq3 corũ. i. secundũ qđ est pertinens ad illã sciẽtiã in qua cõsideratur. sunt ergo vniuersalia abstracta a singularib⁹ secundum rationē / non secũdũ rem. ista vero abstractio eorũ processit ex inductione.

❡ Inducere autē nõ habētes sensum impossibile est. et enim sensus est cognoscitiu⁹ singulariũ. non eñ contingit nos accipere ipsorũ scientiã. i. noticiã vllam sine sensu exteriore. neq3 etiam est possibile scientiã accipe ex vniuersalibus principijs per demonstrationē sine inductione: neq3 est possibile habere noticiã principiorũ per inductionē sine sensu quo pticularia cognoscant̃. Ergo cõclusio fuit vera qđ si aliq̃s sensus exterior defuerit homini: necesse est ei deesse sciẽtiã de reb⁹ p illũ sensum cognoscibilib⁹. vt cecus a natura nõ pōt habere sciẽtiã de colorib⁹ / nec surdus de sonis / et sic de alijs. surdus ergo non potest musicã adiscere / nec cecus perspectiuã ⁊c̃. et in huiusmodi hoĩbus est ista ignorantia negationis: de qua hic loq̃mur. Est etiã ⁊ in pueris ante annos discretionis. in hoc tamē est discrimē: q̃a in pueris nõ orbatis sensib⁹ pōt scientia acq̃ri / ⁊ fieri mutatio ab ignorantia ad sciẽtiã. i orbatis ṽo minime. q̃a a pũatiõe potẽtie ad habitũ nãlit̃ nõ fit mutatio.

❡ Questiones idonee.

❡ Circa hoc cap. preter literã Aristot. in trib⁹ priorib⁹ ptib⁹ ei⁹: nihil occurrit aliud disputãdũ. Sed hãc vltimã ei⁹ cõclusionē đ ignorãtia negationis fere oẽs q̃stionarij vẽtilãt. hic ⁊ supra ĩ pmo cap. hui⁹ libri. s. vtrũ om̃is humana cognitio oriatur a sensitiua exteriore ⁊c̃.

¶ Tractatus octauus de statu demonstratiui processus ad aliqua prima principia. habet capita duo: primū eorū est in ordine.

¶ Caput decimūoctauū premittit suppositiones: ꝛ questiones necessario disputandas circa processum demonstratiuū. s. an ꝓcedat in infinitum.

ESt autē omīs sillogismus. Quāuis aut superi⁹ Aristo. in cap. 3. huius libri duos pꝫoꝝ erroꝛes oppositos dānauerit. quoꝝ prioꝛ erat qꝺ nullius rei poterat esse scientia per demonstrationē: q̄a procederetur in infinitū in demōstrationib⁹: alter erat qꝺ omniū pōt esse sciētia demonstratiua. s. per circulationē. vtriusqꝫ erroꝛib⁹ hoc vnū erat fundamentū: q̄a nihil pōt sciri nisi p demōstrationē. At q̄a secūdū errorē sufficiēter reprobauerat quātū ad sensum ei⁹ falsū/ ꝛ declarauerat quātū ad sensum verū quē poterat habere. cōtra pmi ꝯo erroꝛis fundamētū paucis tūc egerat: ideo nūc accepta occasione ex pcedētib⁹ duob⁹ cap. moꝛosi⁹ vult inq̄rere an ad habēdā sciētiā per demōstrationē opoꝛteat ꝓcedere in infinitū ꝓut illi opinabātur. Occasio huius disputationis potuit esse: q̄a de sillogismo ignorātie egerat quo scientia impedit ex falsis premissis: poterat etiā sciētia impediri sine falsis ꝓpositionib⁹: si p veras ꝓcedēdo nunq̄ esset deueniēdū ad pma/ ꝛ imediata pncipia demōstrationū: sed ꝓcederet in infinitū. Uel posset dici: qꝺ sicut poterat dari sillogism⁹ ignorantie ad imediatas propositiones sicut ꝛ ad mediatas falsificandas: forte aliq̄s opinaretur qꝺ etiā dari posset sillogismus sciētie ad imediatas ꝓpositiones verificādas: sicut datur ad mediatas. his igit vel alijs huiusmodi occasionib⁹ motus Aristo. introducit hic disputationē ꝺ ꝓcessu finito vel infinito in demōstrationibus. et hoc p. 2. cap. In hoc igitur cap. pmo hui⁹ materie pmissis q̄busdā suppositionib⁹ ad hoc ꝓpositū necessarijs: mouet q̄stiones disputādas: ꝛ cōparat eas/ atqꝫ abꝛeuiat. i. ad paucioꝛes reducit ad euitādā ꝓlixitatē. Habet autē hoc cap. tres ptes pꝛincipales. pꝛima est de suppositionib⁹. secūda ibi. sit igitur. C. est de q̄stionib⁹. tertia ibi. qꝺ q̄dē igitur abꝛeuiat ꝛ restringit illas q̄stiones. Est igitur pma suppositio. ex pmo libro pꝛioꝝ accepta. qꝺ oīs sillogism⁹ siue affirmatiu⁹ siue negatiu⁹ cōstat ex trib⁹ terminis certo modo sese habentib⁹ secūdum subiectionē ꝛ pꝛedicationē: q̄ dicit figura sillogismi: sed in hac cōueniētia est aliquātula differentia.

¶ Et hoc q̄dē mōstrare. i. pbare scꝫ qꝺ preter duos terios cōclusionis requiratur terti⁹ coꝛū medius possibile est faciliter. nā ī sillogismo affirmatiuo. A. pꝛedicatū cōclusionis est in. C. subiecto ei⁹. i. affirmatur de eo. ꝓpter id qꝺ idē. A. maioꝛ extremitas est in. B. medio. i. pꝛedicat affirmatiue de eo. et iterū hoc B. mediū est in. C. minoꝛe extremitate affirmatiua pꝛedicatione. q̄ sunt due ꝓpositiones pmisse maioꝛ ꝛ minoꝛ. ex q̄bus seq̄tur cōclusio. A. C. vel dic vt habet alia lr̄a: ꝛ q̄dē sillogism⁹ mōstrare. i. ostēdere potēs ē ꝯclusionē. i q̄. A. ē i. C. ꝛc.

¶ Sed priuatiu⁹. i. negatiu⁹ sillogism⁹ q̄ ꝛ negatiuā cōclusionē hēt: ē q̄dē alterā ꝓpositionē pmissā habēs affirmatiuā: qm̄ ē aliud i alio. i. vn⁹ terioꝝ affirmat de medio/ vel mediū de eo. et hec ꝓpō affirmatiua aliq̄n est maioꝛ aliq̄n minoꝛ. alterā ꝯo hēt pmissā negatiuā. q̄n nō ē aliud in alio. i. vn⁹ terioꝝ agat de alio. vt extremitas de medio vel mediū de ea. Applicādo ad ꝓpositū nr̄e intē

tionis in hac materia q aggredimur.

¶ Manifestũ igitur erit ex dicendis: quoniã principia et suppositiones .i. principia supponenda ad determinãdã hãc q̃stionẽ: dicta hec sunt. quãuis eñ nõ sint ppositiones immediate/ et vera principia: q̃a sunt cõclusiones pbate in primo libro priorũ: q̃a tamẽ hic eas non probamus/ sed supponimus alias probatas: sint dicta .i. vocata principia. nã accipientes hec esse vera: necesse est per ea mõstrare qd intẽdimus .s. qd .A. sit in .C. per .B. mediũ. et iterũ qd .A. sit in .B. per aliud mediũ. et similiter qd .B. sit in .C. similiter per aliud mediũ. Est ergo sensus qd hoc principiũ suppositũ: qd oĩs sillogismus fit ex tribus teris ad pbã dam cõclusionẽ etc. erit aptũ ad intrãdũ in hanc difficultatẽ de pcessu finito vel infinito in demõstrationibus. puta si est necessariũ qd om̃e predicatũ dicatur d subiecto p aliud mediũ: et de illo medio per aliud mediũ: et sic cõsequẽter: vel sit status alicubi. Secũda suppositio sit hec.

¶ Secũdũ quidẽ igitur opinionẽ idest ex probabilibus sillogizãtibus/ et solũ dialectice probãtibus conclusiones suas: manifestũ est qd hoc solũ est eis intendẽdũ ad sue argumẽtationis vim: si fiat eorũ sillogismus ex verisimilibus .i. q̃ appareãt vera: ex q̃bus contingit eos arguere. nec curãt multũ inq̃rere an revera sint ille ppositiones ex q̃bus arguũt: vere an false: satis est eis qd appareãt vere omnibus/ aut pluribus/ aut saltẽ sapiẽtibus. quare seq̃tur qd loquẽdo ad ppositũ d pcessu finito aut infinito in disputatiõibus nõ sit eis cura: vt si est aliq̃d in veritate mediũ iter .A. et .B. extremitates cõclusionis: sed solũ aduertũt an videatur pbabiliter esse mediũ inter eas vel nõ: q̃a si videatur esse mediũ procedũt vlterius donec pueniant ad ppositiones q̃ eis videãtur esse imediate: et ibi sistunt/ nec amplius pcedũt. videtur autẽ dialecticus nõ per hoc sillogizãs qd in rei veritate ita sit: sed solũ qd hoc videatur ita esse. sillogizatur eñ dialectice .i. ex probabilibus .i. veris apparẽtibus. Ad veritatẽ autẽ et nõ ad solã apparentiã procedendo: vt demõstrator procedit: ex his q̃ revera talia sunt oportet intẽdere. habet autẽ se sic rei veritas: sicut ipse accipit ppositiones .s. q̃ sint mediate/ et que imediate. Ex hac ergo dĩa inter dialecticũ et demonstratorẽ: q̃ est secũda suppositio: patet qd hec difficultas de pcessu finito aut infinito in argumentationibus alicuius scientie: apud dialecticũ fere nulla est. q̃a ipse sistit vbi alique propositiones apparẽt imediate et nõ vltra procedit. puta cũ deuenit ad propositiones q̃ apparẽt fere oĩbus vere: nã illas iudicat imediatas. sed apud demõstratorẽ hec q̃stio ẽ difficilis/ et magna egẽs inq̃sitione rationis. q̃a non est sistendũ quousq3 deueniatur ad ea q̃ revera sunt immediata principia: qd non est facile vnicuiq3 determinare. est itaq3 in hoc loco inq̃rendũ vtrũ in processu demõstratiuo cuiusq3 scientie sit status ad aliqua imediata: vel non datis imediatis pcedatur in infinitũ. Tertia suppositio.

¶ Qm̃ autẽ est .i. cõtingit ipsum qd de aliquo predicatur: predicari nõ p accidẽs sed perse: est et aliud predicatũ paccidens. dico autẽ paccidẽs predicatum vt albũ. nã aliquãdo dicimus albũ esse hoiem: nõ similiter dicẽtes sicut hominẽ esse albũ. quãuis eñ vtraq3 harũ sit predicatio paccidẽs: nõ tamẽ eq3 peraccidẽs: sed magis pma: q̃a est indirecta. qd vero sit predicatio peraccidẽs patet. cũ eñ datur casus qd non sit alterũ aliqd subiectũ albũ preter hoiem: tũc omne albũ est homo: qm̃ accidit homini soli esse albũ: hoc autẽ non est perse: q̃a non semp. sunt igitur q̃dã predicata huiusmodi q̃cũq3 secũdũ se predicãtur: q̃a nõ om̃ia predicata sunt paccidẽs. hinc ergo patet alia dĩa inter dialecticũ et demõstratorẽ. q̃a ille nõ renuit predicata paccidẽs: sed indifferẽter et cõfuse accipit om̃ia predicata: siue sint pse siue p accidẽs

accidens: dum modo sint verisimilia: hic autem sola ea q̄ per se sunt accipit vt supradictū est in cap.5.quia in solis predicationibus per se videre oportet q̄ sint ꝓpositiones mediate ⁊ q̄ īmediate.tota ergo difficultas q̄stionis nostre erit circa predicata per se: vtrū in eis ꝓcedatur in infinitum/vel sit status in eis.

❡Secunda pars hui⁹ cap̄.

❡Sit igitur.C.huiusmodi: mouet tres q̄stiones ad hoc ꝓpositum disputādas q̄ distingūtur penes tres terminos sillogismi. Prima q̄stio est de minori extremitate.talis.sit igit.C.huiusmodi predicatū.s.per se:sic tn̄ q̄d ipm q̄dem nō in alio sit inferiori predicato.i. sit infimū predicatū in sua coordinatione:⁊ ideo est subiectū in hoc autē.i. sup hoc sit.B.aliud predicatū primo.i. immediate ⁊ nō per aliud mediū.iterū autem sit.E.aliud predicatū dictū de.D. īmediate.et similiter de.B. nunq̄d igit his sic se habentib⁹:hoc necesse est stare ad aliquē finē vltra quē nō procedatur:aut cōtingit in infinitū ire? Secūda questio de maiori extremitate.

❡Et iterum si de.A. supremo predicato nihil predicatur per se.i.essentialiter ⁊ directe.A.autē est in.C. subalterno p̄mo.i. īmediate.mediū autē positū inter.A.et alia inferiora in nullo p̄ori.i.sub nullo genere superiori q̄ sit.A. et sit.F.p̄dicatū in.A.i.sub.A.et hoc.F in.B. nunq̄d ⁊ hoc.i. hūc ꝓcessū stare necesse ē:an poti⁹ cōtigit ī īfinitū abire.

❡Differt autē hoc.i.hec secūda q̄stio a p̄ori.q̄m hoc.i.p̄mo q̄sitū ē hmōi. nunq̄d cōtingit incepturū aliquē ab infimo q̄d in nullo ē altero.i.de nullo alio predicat essentialiter ⁊ p se: sed est infimū oīm p̄dicatorū: sed bene aliud predicatū est in illo: ⁊ aliud in alio: ⁊ sic sursum cōtingat in infinitū abire: an poti⁹ stare in aliquo sup̄mo? Alterū vero.i.secūdo q̄situ est huiusmodi. nunq̄d cōtingat incepturū a supremō q̄d ipm q̄dē de alio: sed de eo nihil aliud predicat: in deorsum intēdere:si cōtingit ⁊ in infinitū ire:an poti⁹ stare in aliquo infimo. Prima itaq̄ q̄stio erat de minori extremitate.C. an cōtingat in predicatis sup eā ascendere in infinitū? Secūda q̄stio est d̄ maiori extremitate.A.an cōtingat sub ea descēdere in subiectis in infinitum? Tertia questio de medio termino

❡Ampli⁹ autem nūquid media cōtingat infinitare.i.infinita ponere deteriatis teris.i.extremis?Hoc est supposito q̄d esset status in sursum ascendendo ad supremū/⁊ in deorsum descēdēdo ad infimū:nunq̄d possent inter ea dari media infinita? Dico autē declarās vt si.A.sit in.C.q̄ sūt due extremitates cōclusionis affirmatiue.et mediū ipsorum sit.B. in quo etiā sit.A. ab ipso autē.B. et ab.A. sit alterū mediū inter ea.et sit D.sed ⁊ horum mediorū.B.et.D. sint alia media īter ea ⁊ inter extremitates: nunq̄d ⁊ hoc modo cōtinget in infinitū abire per media/⁊ mediorū media: an īpossibile ē:sed oporteat stare īmediȷ̄s?

❡Est autem hoc intēdere.i.has q̄stiones disputare vtile est ad nr̄m ꝓpositū de demōstrationib⁹.vt si q̄ram⁹ an demonstrantes in infinitū veniūt.i. ꝓcedunt. et si est vera opinio q̄ dicebat q̄d om̄is rei est demonstratio ꝓcedendo in infinitū directe: aut adinuicem cōcludātur principia ⁊ cōclusiones faciendo circulum in demōstrationib⁹: vt quidā antiq̄ posuerūt de q̄b⁹ supra in cap̄. tertio hui⁹ lib.Verū q̄a predictas q̄stiones om̄es ꝓposuim⁹ in p̄dicationib⁹ affirmatiuis:ne sit dubiū in negatiuis.

❡Similiter aūt dico easdē q̄stiones posse formari in priuatiuis sillogismis ⁊ propositionib⁹.vt si.A.nulli.B. inest primo.i.si hec sit immediata nullū B.est.A.aut si est aliq̄d medium infra i.inter hec extrema:cui priori.i.prius nō inest.A.quā.B.vt puta si medium sit.

C. cui prius non inest. A. qd quidē. C. est in omni. B. et iterum hoc mediū est etiam in alio. i. sub alio priori cui non inest. A. vt si. C. quidē est in omni. i. et nāq; in his p̄dicatis medijs: aut infinita sunt in quibus nō est. A. prioribus: aut statur in aliquo medio vltimo. Sequitur.

¶ Sed incōuertibilibus terminis

nō similiter se habet hoc dubiū de processu finito vel infinito in predicatis/et subiectis/ac medijs: sicut ppositū est in nō cōuertibilibus. vnde p̄dicte tres q̄stiones in eis locū nō habent. nō enī est in eq; predicabilibus terminis q̄ et cōuertibiles dicūtur: inuenire de quo primo predicatur. i. primū p̄dicatū aut vltimū. oīa oīa huiusmodi vocabula similiter se habent ad oīa. q̄a nullū eorū est superius aut inferius ad aliud. ideo nihil refert siue sint infinita p̄dicata d ipso. i. secūdū se: siue vtraq;. i. tam subiecta q̄ predicata pse aut peraccidēs sint dubitata infinita esse. i. nō ponātur infinita. nisi forte fiat vis in hoc: qd ista cōuertibilia cōtingat nō similiter cōuerti. i. secundū similes modos predicādi pse et paccidens/ directe et indirecte: sed hoc qdem. i. conuersa sit sicut accidens: illud autē. i. conuertēs sit sicut subiectū. i. perse. et ppterea vnū eorū censeatur prius alio: vt patet de homine et risibili. q̄a hec est directa. hoc est risibilis: et sua cōuertens est indirecta. ideo videt qd homo sit prior risibili. item in casu possent homo et album esse cōuertibiles termini. et vtraq; propositio esset paccidens: sed vna directa/ et alia indirecta. sed hec diuersitas conuertibiliū terminorū est paccidens et non est perse de ratione cōuertibiliū: ideo relinquenda est ab arte: nec est curādū de ea. possunt enī dari plurimi termini cōuertibiles in quibus conuersio similiter fit. vt risibile/flebile/disciplinabile. item ad aliquid et idem / item quantitas et multitudo etc.

¶ Tertia pars huius cap.

¶ Qd quidē igitur &c. succinte et paucis respondet ad tertiā questionē: vt in alijs duabus liceat immorari diutius. ponitur ergo cōclusio cōditionalis. qd qdem igitur nō cōtingit. i. nō possibile est media esse infinita inter extrema determinata: si predicata pse stent i. finē habeant in sursum ascendēdo: vel in deorsum descendēdo: ita qd sit dare supremū genus et infimā speciē: manifestum est hac ratione. dico autē declarando conclusionē. sursum ire: ad id qd vniuersale magis est vt genus supremū. et deorsum ire: ad id qd particulare. i. speciale magis/ vt species infima. Tūc probatur cōclusio. si enim. A. predicante de C. i. si hec affirmatiua ē vera oīe. C. est A. sint media infinita: in quibus. B. idest significata per. B. manifestū est qd continget. i. seqtur hoc incōueniens: qd descendendo ab. A. supremo in deorsum versus. C. continget predicari perse alterū de altero medio in infinitū: sic qd antequā in. C. infimū veniat predicatio infinita sint media pertransita. et similiter ascendendo. C. versus. A. infinita erunt media pertransita antequā veniatur in. A. quare si hec illata sunt impossibilia: et de facto ita est: q̄a impossibile est infinita pertāsire cōsequenter numerando: vt probatur in tertio phisicorū/ et in secūdo methaphisicorū: sequitur qd impossibile est ipsius. A. et. C. infinita esse media. q̄a eis omnibus non pertransitis cōclusio non potest sciri: cum non sit resoluta vsq; ad immediata. Cū igitur hanc questionē introduxerimus propter demonstratiuū processum: sequeretur qd positis medijs infinitis conclusio demonstrationis nunquā posset sciri. quod est manifeste falsum. Seqtur.

¶ Neq; valet euasio si aliquis dicat hec predicata que sunt. A. B. C. idest media et extrema esse contingentia. i. non proxima: sed consequenter se habētia. quare dicunt ex hac distinctione mediorū qd ad habendā scientiā cō=

clusionis necesse est: ⁊ sufficit accipere media dicta contingentia q̄ sunt finita: ⁊ nō media proxima q̄ sunt infinita: sicut cōmuniter dicitur de pūctis incōtinuo. Sed hec euasio non sufficit.

¶ Quia nihil differt media esse proxima aut cōtingentia. nā quodcūq; eorū mediorū q̄ sunt. B. accipio: erit infinite distans ab. A. aut. C. nam vel media sunt realiter infinita aut nō: si detur secūdū habeo ppositum: nec cōclusionis. sed nec potest dici primū: q̄a ex quo iam prima media posita sunt infinita: siue illa ponātur statim .i. proxima ⁊ cōtigua: siue nō statim. i. cōsequenter se habentia: nihil differt ad vim argumenti. q̄a ex quo sunt realiter infinita media: ea q̄ sunt post hec iam accepta: adhuc erunt accipienda infinita media ⁊ imptrāsibilia. et ita sequitur idē qd̄ prius. et sic patet responsio negatiua ad tertiam q̄stionē. Restāt ergo sole due q̄stiones.

¶ Quarta pars huius cap̄.

¶ Manifestū autē, Adhuc autē ad pauciora reducam⁹ hāc disputationē duas. s. primas q̄stiones ad vnā reducētes. ita qd̄ illa determinata: altera nullā habeat difficultatē. Dictū est eñi in secūda pte qd̄ due prime q̄stiones habebāt locum in negatiuis demōstrationib⁹ sicut ⁊ in affirmatiuis. Sit ergo hec altera conclusio etiā cōditionalis. qd̄ si nō proceditur in infinitū/ sed est status in demonstrationib⁹ affirmatiuis: nec etiam erit processus infinitus sed erit stat⁹ in negatiuis. ideo ait Aristo. hāc pponēs. manifestū autē erit ex pbatione sequēte: quoniā et .i. etiā in priuatiua demonstratione stabitur ad certū terminū: si quidem statur in predicatiua. i. affirmatiua demonstratione. et hoc verum in vtrisq; extremis. i. sursum ⁊ deorsum. declarat conclusionem.

¶ Sit eñi. i. ponatur verū esse nō contingere. i. non esse possibile: neq; in sursum abire in infinitū ab vltimo. i. infimo ascendendo (dico autē. i. declaro vltimū illud esse in quo statur deorsum: qd̄ quidē ipsum in alio nullo est inferiori se: sed potius in illo est aliud. et hoc infimū sit. C.) neq; a primo in vltimum descendēdo sit possibile ire in infinitū. dico autem primū: qd̄ ipsum quidem de alio: sed de illo nullum aliud dicitur. si igitur hec erunt vera in affirmatiuis: manifestum ex ratione sequēti: qd̄ ⁊ in negatione. i. negatiua demonstratione stabitur ad certos fines. Pro ratione supponamus quod.

¶ Tripliciter enim .i. in tribus figuris sillogismorū demonstratur. i. cōcluditur non esse. i. negatiua conclusio. aut enim in quo. C. omni in minore extremitate distributa inest. B. medium: ita qd̄ minor premissa omne. C. est. B. sit vniuersalis affirmatiua. sed in quo. B. i. medio nulli inest. A. ita qd̄ maior sit vniuersalis negatiua: nullū. B. est. A. erit sillogism⁹ prime figure. Si inquā huiusmodi fuerit dmōstratio negatiua. probo qd̄ reducantur ad immediata.

¶ Ipsū qdē spaciū. B. C. minorē propositionē q̄ est affirmatiua: ⁊ alterū spacium. i. quodcūq; alterum medium ponatur preter. B. siue vnū siue plura: necesse est ire reductam in immediata principia: vbi erit stat⁹. predicatiua eñi idest affirmatiua est hec distātia in qua supponimus esse statū per casum. ideo de minore propositione constat qd̄ ad immediata reducatur. quia quod in affirmatiuis sit status supponimus: quod tamē postea probaturi sumus. De maiore autem premissa que est negatiua etiam probo: quod ad immediata resoluatur principia. Sequitur.

¶ Sed alterū. i. altera etiā premissa negatiua in prima figura: manifestū erit qd̄ ad imediata veniet. nā si in alio medio priori quā. B. nō sit. A. et sit illud D. hoc est si. A. negat de alio medio. D.

q̃d est pri⁹ q̃.B.et de nullo alio eo priori negetur: clarũ est q̃d illa erit negatiua immediata.s.nullũ.D.est.A.et hoc mediũ.D.indigebit in omni.B.esse in minori sillogismi prime figure. Ergo etiã.A.negabit̃ de.B.et postea de.C.et sic negatiua cõclusio nullũ.C.est.A.reducta erit ad imediata.q̃d si iterũ i alio adhuc medio p̃ori q̃.D.nõ sit.i.neget̃ d̃ illo p̃usq̃ de.D.sit illud mediũ.E.illud indigebit in omni.D.esse pari ratione. vt supra.quare quoniã in deorsum statur ad infimũ:etiã ꝛ in sursum stabitur. et sic erit aliq̃d supremũ in quo primo i.immediate non erit.A.i.de quo primo negabitur.A.eritq̃ illa negatiua immediata:ad quã resoluta erit conclusio negatiua mediata q̃ a principio proponebatur demõstrãda. Exẽplum in terminis specialibus. vt nullus homo est qualitas.primũ medium sit animal/ secundũ sit animatũ/ tertium corpus / et sic ascendẽdo in predicamẽto substãtie. Stat ergo vis hui⁹ rationis in hoc. q̃d cum in sillogismo negatiuo prime figure oporteat minorẽ premissam esse affirmatiuã: in qua sub medio accipitur minor extremitas:non potest conclusio negatiua demonstrationis resolui ad sua principia: nisi p̱ affirmatiuas inter medias:ꝛ quia supponitur in affirmatiuis esse statum / ꝛ in sursum ꝛ in deorsum: cõsequens est ꝛ in negatiuis esse statũ tam in sursum quã in deorsum.cõsequẽtia patet:quia in p̱cessu illo resolutiuo: cũ qualibet negatiua oportet dare vnã affirmatiuã. et ita non possunt esse plures negatiue propositiones quam affirmatiue: sed affirmatiue non sunt infinite vt supponimus: sed datur in eis prima ꝛ vltima:ergo negatiue propositiones non possunt sibi succedere in infinitum: sed est danda in eis suprema et infima.quare in demonstrationib⁹ negatiuis prime figure non potest procedi in infinitum: si in affirmatiuis conceditur status. Veniamus ergo ad secundam figuram.

¶ Item si . B. quidem medium in omni.A.vt omne.A.est.B. in.C. autem nullo sit idem. B. vt nullum. C. est. B. in nullo .C. erit. A. vt nullum. C.est.A. sillogismus in secundo modo secunde figure.si ergo iterum hoc oporteat demonstrare: quia premisse eius non sunt immediate: ꝛ debeant reduci ad immediatas: manifestum est a sufficienti diuisione:quod hoc fiet vno triũ modorum : scilicet aut per superiorem idest supradictum modum prime figure mõstrabitur sursum reducendo : aut per hũc secundũ modũ:scilicet secunde figure : aut per tertium modum idest tertie figure. primus quidem igitur dictus est quomodo debeat fieri.

¶ Secundus autem modus quẽ proposuimus sic vtiq̃ demonstrabitur. idest reducetur negatiua mediata ad immediatam : scilicet accipiendo medium supra medium. vt quod. D. medium secundũ sit. in omni.B.vt omne. B.est.D.in. C. autem nullo.vt nullum C.est.D. hoc dico si necesse est aliquid esse in.B.secundum proteruũ:qui dixit hanc non esse immediatam nullum.C est.B.sed esse aliud medium prius q̃d prius remoueatur ab. A. quam.B. ab eodem.A. Ergo iterum si.C.nõ erit immediate in hoc secundo medio . D. vt hec non sit immediata nullum. C. est D. detur aliud tertium medium. E. et sit in.D.vt omne. D. est. E. et hoc non sit in.C. vt nullum.C.est. E.a quo medio.E. prius remoueatur. C. quam.a. D.et quam.a.B.et sic reducemus omnem negatiuam ad aliam priorem semper duas premissas alteram affirmatiuam ꝛ alteram negatiuam. igitur quoniam esse idest affirmatio semper stat in superiori:idest ascẽdendo in sursum est status ad supremũ:vt supponimus: stabit etiam et non esse idest negatio. consequentia patet vt prius . quia non possunt esse plures negatiue ascen=

dendo quã affirmatiue. exẽplũ in teris specialib⁹. nulla musica est homo p̃mũ mediũ sciẽtia. secũdũ sit habitus. tertiũ sit qualitas. s. ascendendo.

¶ Terti⁹ autẽ modus cõcludendi negatiuã ꝓpositionẽ est per tertiã figurã sillogisinoꝝ. vt si. A. oĩ. B. insit in maiori premissa. vt oĩe. B. est. A. et. C. in nullo. B. sit in minore p̃missa. vt nullum. B. est. C. seq̃tur cõclusio particularis negatiua in secũdo modo tertie figure. s. nõ in oĩ sit. C. in quo ẽ. A. vt q̃ddã C. nõ est. A. Iterũ autẽ hoc. i. hec negatiua minor mediata nullũ. B. est. C. demõstrabitur. i. reducetur ad imediata ꝑ superi⁹ dicta. i. per duos modos supradictos in prima ⁊ in secũda figura. et sic ꝓbatum est q̃ꝺ illis modis statur ⁊ nõ proceditur in infinitum.

¶ Si vero sic. i. hoc tertio modo est reducenda ꝑ sillogisinũ tertie figure. s. accipiendo mediũ sub medio descẽdendo: iterũ accipietur. B. mediũ esse in. E. secũdo medio sub. B. vt omne. E est. B. in quo. E. medio nõ omni est. C. vt nullũ. E. est. C. Et si hec negatiua iterũ dicatur esse mediata: iterũ fiat similiter accipiendo aliud mediũ. sub. E. de quo. E. affirmetur. et. C. remoueatur ab eo. et sic patet q̃ꝺ reducẽdo negatiuã mediatã ad imediata per tertiã figurã: cũ qualibet negatiua oportet dare vnã affirmatiuã: ita vt nõ plures in illo processu appareant negatiue descendẽdo quã affirmatiue ꝓpositiones. Quoniã autẽ cõcessum est nobis ex casu affirmatiuas stare in deorsum descẽdẽdo: manifestũ est. i. manifeste seq̃tur: q̃m et in negatiuis stabitur / nec ꝓcedet in infinitum: sed deuenietur ad vltimũ inferius q̃ꝺ in. C. nõ est. i. negetur de. C. imediate. exẽplũ in teris specialib⁹. homo non est qualitas. primũ mediũ sit habit⁹. secundũ sciẽtia. tertiũ musica descẽdẽdo. Ex predictis ergo patet satis bona probatio nr̃e cõclusionis cõditionalis. s. q̃ꝺ si est status in affirmatiuis: erit etiã status in negatiuis. Et quãuis Aristo. prolixe hoc egerit: tamen tota probatio sua paucis resoluit ad hoc q̃ꝺ demonstratio ꝓpositionis negatiue in quacumq̧ triũ figurarũ fiat: semꝑ fit ex duab⁹ propositionib⁹ / altera affirmatiua / ⁊ altera negatiua: q̃a ex puris negatiuis non fit sillogism⁹. et quãtũcũq̧ duret ꝓcessus ille ad reducendũ eã vsq̧ ad imediata: nõ plures assumẽtur ꝓpositiones negatiue quã affirmatiue in illo processu. ergo si in affirmatiuis nõ procedit in infinitũ / sed est status: idem oportet dicere de negatiuis. Concludamus ergo.

¶ Manifestũ aũt ex predictis ꝙ si ꝓpositio negatiua: nõ vna sola via demõstretur: sed oĩbus trib⁹ simul supradictis. s. aliquãdo ex prima figura: aliquãdo ex secũda / aut etiã ex tertia: q̃m ⁊ sic stabitur. i. erit status. finite eñi sunt vie: q̃a non nisi tres: finita autẽ numero finite sumpta multotiẽs. i. multiplicata numero finito: necesse est finiri omnia. i. resultare numerũ finitũ. ita erit in ꝓposito. si ꝓcessus demõstratiu⁹ non põt fieri modis infinitis / sed tãtũ trib⁹ modis: ⁊ q̃libet coꝝ est finit⁹: ꝙ oẽs simul iũcti faciunt vnũ ꝓcessum finitũ. vnde euanescit cauillatio quã quis afferre posset de multis modis simul iunctis: vt faciant vnũ ꝓcessum infinitum. Epilogus totius partis sit conclusionis repetitio.

¶ Quod quidem igitur in priuatione idest demonstratione negatiua sit status: si quidem in esse idest in affirmatione statur: ex dictis est satis manifestum.

¶ Questiones idonee.

¶ Amplius si vniuersale. hoc modo. illa demõstratio est melior que tollit nobis omnẽ occasionem erroris: illa que hãc nõ tollit / immo prebet ansam errãtibus ad permanendũ in suis erroribus. sed demonstratio vniuersalis dat occasionẽ erraudi incautis: non autẽ particularis demõstratio. probatio minoris. si vniuersale non est aliquid preter singularia entia immũdo: vt supra in cap̃. 16. notauimus contra platonicos. ergo opinari esse tale vniuersale ẽ error manifestus. demonstratio autem vniuersalis opinionem conficit. i. causat vt credatur hoc vniuersale esse aliquid realiter: et naturam quandã cõmunẽ esse in his rebus que sunt immũdo: secũdum qd demonstrat. s. in cõmuni. vt esse naturã trianguli cõmunem preter quosdã. i. preter particulares triangulos. et naturã cõmunem figure preter aliquas. i. particulares figuras: et naturã cõmunẽ numeri preter numeros singulos. demonstratio vero particularis ad singularia descendens huic errori non alludit: immo videtur ei contraria. ergo particularis demonstratio est potior vniuersali quia est securior. ¶ Hec etiã ratio est sophistica per equiuocationẽ vocabuli vt precedens. ex ea tamen apparet manifesta impugnatio naturarum cõmuniũ quas plerique qui se dicũt peripateticos i. aristotelicos stabilire et defendere nituntur. nam in hoc loco Aristo. erroneã vocat hanc opinionem: que ponit naturas cõmunes de quibus sint demõstrationes / et non de rebus singularibus: cũ tamen re vera nulle alie res sint immũdo nisi singulares. et de solis istis sunt scientie a philosophis tradite. Tertia ratio ibi.

¶ Portior autem, est confirmatio et dilatatio precedentis rationis secunde. potior inquit est demonstratio que est de esse idest vero ente: quam de non esse. i. de eo quod non est immũdo. et item potior est demonstratio propter quam nõ errabitur: quã illa propter quã errabitur. est autẽ vniuersalis demonstratio huiusmodi. i. de non ente: et propter quã aliqui errauerũt ponẽtes ea q̃ non sunt. nã procedentes per eam demõstrant: verbi gratia: de eo qd est analogum siue proportionale. i. de subiecto huius passionis: proportionalitas permutata: (de quo exẽplo vide supra in cap̃. quinto) quod subiectũ adequatũ neque est linea / neque planũ. i. superficies / neque solidum. i. corpus / neque numerus: sed est aliquid cõmune preter hec dicta subiecta. cum tamẽ re vera nihil tale sit commune subiectũ. si igitur vniuersalis demonstratio magis hec. i. huiusmodi est s. quia est de eo ente qd minus est. s. de ente vniuersali: magis dico quã demonstratio particularis. et in hoc facit in hominibus opinionẽ falsam. nõ autẽ particularis demonstratio: indignior vtique erit demõstratio vniuersalis particulari. Sed his rationibus nõ obstãtibus: quia sophistice sunt: veritas est qued demonstratio vniuersalis est potior particulari: loquẽdo. s. de vniuersali posterioristice.

¶ Tertia pars huius cap̃.

¶ Et primũ quidẽ. i. ante omnia respõdeamus ad rõnes factas: et postea cõclusionẽ nr̃am probabimus. nã prima ratio de magis scire secundum qd ipsum aliqd est: nihil magis est illa ratio in vniuersali. i. cõtra vniuersalem demonstrationẽ q̃ in particularẽ. imo magis est contra particularẽ. si recte accipiatur vocabulũ secundum qd ipm. si enĩ qd duobus rectis et c. i. hec passio inest isocheli: non secundum qd est isocheles: sed secundum qd est triãgulus: ergo cognoscẽs qm̃ isocheles habet tres et c. secũdũ ipsum isochelẽ minus cognouit in quãtũ ipsum: q̃ cognoscens quoniam triangulus est habens tres et c. quia hec passio magis inest triãgulo secundũ qd triãgulus quã isocheli secundũ quod isocheles. et omnino dico qd si demonstrans hanc passionẽ de isochele non demonstret postea de triã

gulo secundum qd triangulus est: scilicet resoluendo demonstrationē pticularem in vniuersalē: non vtiqꝫ erit demonstratio faciens scire simpliciter illa quā primo fecerat de isochele. si vero (vt cōstat ex diffinitione scire simpliciter posita in secūdo cap. hui9) sit aliquis cognoscens vnūqdqꝫ secūdū vnūqdqꝫ.i.secundum qd ipsum est: magis cognouit quā ille q cognoscit nō secundū qd ipsum: sequitur qd demonstratio vniuersalis magis facit scire. Quia vero in hac responsione supposuim9 qd ista passio habere tres ꝛc. cōuenit triāgulo secūdū qd ipm ꝛ nō isocheli: declaremus hoc ponētes regulam generalem.

¶ Si igitur triāgulus in plus est quā isocheles: qa est gen9 ei9/extēditqꝫ se ad isochelē ꝛ ad alias triāgulorū species. et est cadē ratio trianguli in oībus suis speciebꝰ: ꝛ nō dicitur de eis secūdū equiuocationē: ꝛ similiter illa passio cōuenit vniuoce oīb9 triāgulis: nō vtiqꝫ triangulus habet tres ꝛc. secūdū isochelem: sed potius isocheles secūdū qd est triāgulus habet huiusmodi angulos.s. tres equales duob9 rectis. Est itaqꝫ ista regula generalis excerpta ex dictis supra cap. 5. qd quādo aliqua passio inest plurib9 subiectis vniuoce: illi subiecto inter ea inest passio adequate ꝛ secūdū qd ipsum: qd de alijs predicat vniuoce/ ꝛ eadē ratione tanq gen9 de suis speciebus. quāuis eñi passio generis vniuoce pdicet de oib9 speciebꝰ ei9: tñ illa passio nulli speciei est adequata sed soli generi. quare demōstrās illā passionē de aliqua specie illi9 generis nō acqrit sciētiā simpliciter: sed sophistico modo/ qd est secūdū accidens.i.secūdū aliud: puta secūdū gen9/ ꝛ nō secūdū qd ipsum.i.non sm speciē. vt q demonstrat habere tres ꝛc. de isochele: nō cognoscit hoc esse verum secundum quod isocheles.i. secundum quod habens duas tibias equales: sed sm qd est triāgulus. et si demonstret candē passionē de triāgulo: cognoscit hoc esse verū sm ipsum subiectū de perse ꝛ non secūdum aliud: qd est scire simpliciter. Concludamus ergo.

¶ Quare vniuersaliter sciens .i. per demonstrationē vniuersalē magis cognouit secūdū qd est.i. adequate ꝛ pprie: quā secundū partē.i. particularē demonstrationē. ergo minor prime rationis fuit falsa. et opposita est vera. q sumpta cū eadem maiore concludet: potior itaqꝫ est vniuersalis demōstratio q pticularis: qd est retorqre rationē arguentis cōtra ipsum.s. sub cadē maiore subsumendo oppositā minorē q nūc pbata ē.

¶ Ampli9 si quidē. soluit tertiā rationē de incertitudine vlis dicens. si quidē loquamur de vniuersali ꝛ pticulari ad sensum arguētis: ꝛ sit ratio vna qua vniuersale dicitur de pticularib9 et nō equocatio: vniuersale erit vtiqꝫ nihil minus certū qbusdā secūdū partē.i. pticularibus: sed magis certū eis: quanto incorruptibiliora sunt vniuersalia in illis pticularibus.i. de illis dicta: q vero secundū partē.i. particularia corruptibilia sunt magis. loquitur hic Aristot. de corruptibili ꝛ incorruptibili non phisice sed logice. vt supra in cap. 9. vbi ostensum est quod de corruptibilibus nō est scientia: ꝛ non precise accipit hec nomina in hoc loco prout attribuuntur propositionib9.i. pro falsificabili ꝛ infalsificabili: sed potius prout attribuuntur dicibilib9 incōplexis.i. supponēs ꝛ nō supponēs. vt sit sensus hui9 litere. vle est min9 corruptibile quam particulare.i. min9 potens cadere a suppositione personali quā particulare. Dicit tamen quibusdam particularib9. quia duplex est particulare. alterum simpliciter quod ꝛ singulare dicitur vt socrates/brunell9 ꝛc. alterum vero est particulare respectiue idest minus vniuersale sub magis vniuersali. quia est pars subiectiua ei9 vt homo sub animali. in hac ergo cōparatione Aristot. nō curat de pticularib9 simpliciter: quia illa palā sunt corrupti=

bilia logice per corruptionē phisicā suorum significatorꝫ.sed cōparat magis vniuersale ad minꝰ vl'e/dicens.qꝺ vl'ia magis sunt incorruptibilia particularibꝰ.i. minus vl'ibus. qa licet vtraqꝫ sint incorruptibilia logice: tamē magis vl'ia sunt magis incorruptibilia. vt aial ꝙ homo. qa ad corruptionē speciei sufficeret delere oēs hoies.sed ad corruptionē generis oporteret delere oīa mūdi aialia: qꝺ non est eqꝫ facile sicut delere solos hoies.quare vniuersale est magis certum pticulari. atqꝫ subinde demonstratio vl'is magis certa est quam particularis.qa ꝓpositiones illius magis sunt incorruptibiles.i.infalsificabiles quam propositiones huius.

¶ Ampliꝰ neqꝫ.respondet ad secundā rationē de occasione errandi.negando minorē. ideo ait:neqꝫ vna.i. nulla necessitas est ꝓpter demonstrationē vl'em opinari esse aliqd.i. aliquā naturam cōem preter hec pticularia entia ꝗ sunt in mūdo.qm̄ vnū ostendūt demonstrationes vl'es.i. vnā naturā cōmunē: nihil.i.non magis in substantiꝭs quā in aliꝭs predicamētis: ꝗcunqꝫ non sigt̄ant aliqd.i.substantiā:sed aut quale/aut ad aliqd/aut facere ⁊c̄. sed clarū est qꝺ in accidentibꝰ demōstrationes vl'es nō faciunt opinari naturas cōmunes: qa accidentia nō possunt perse esse / ⁊ sepate nature: ergo neqꝫ in substantiꝭs demonstrationes vl'es faciunt opinari naturas cōes:sic igitur huiꝰ deceptionis non demōstratio vl'is causa est: sed male audiens.i.male intelligens eā.nā si demonstratio esset causa huius erroris:pariter causaretur in accidētibꝰ sicut in substātiꝭs.qꝺ nō contingit apud bene sentientes de accidentibus.

¶ Quarta pars huiꝰ cap̄.

¶ Amplius si demōstratio. Reiectis igitur sophisticis rationibꝰ aduersariorū:veniamus ex ꝓposito ad cōclusionem nostrā probādā.s. qꝺ demōstratio vl'is est potior ⁊ dignior particulari acceptis vocabulis posterioristice. Primo qa demōstratio est sillogismꝰ faciēs scire per causam / ⁊ ꝓpter qd ita est ex secūdo cap̄.huiꝰ.sed hoc magis habet demonstratio vl'is quā particularis: ergo vl'is est potior pticulari.minorē ꝓbās ait.si demonstratio est sillogismꝰ demōstratiuꝰ.i.manifestatiuꝰ cause conclusionis:⁊ ꝓpter qd ita est sicut cōclusio enūcita:vniuersale autē.i. cōe ⁊ adeqtū subiectū passionis demōstrāde magis est causa passionis ꝙ pticulare: probatio. cui em̄ primo inest aliqd.i. aliqꝺ predicatū: hoc idem ipsum causa ē vt insit ei. qa inest ei secūdū qꝺ ipsum / ⁊ nō secundū aliud.vniuersale autē subiectū pm̄ū est.i. cui primo inest passio.causa ergo est vniuersale subiectū illius passionis. quare ⁊ demōstratio vl'is illius dignior est.qa magis est causa.i.ostēsiua cause. nā vt diximus vl'e subiectū est causa eiꝰ ꝓpter qd est. Secūdo ad idē ⁊ clarius.

¶ Amplius vsqꝫ ad hoc. sic formatur ratio: illa est dignior demonstratio ꝗ resoluit ꝗstionē ꝓpositam vsqꝫ ad vltimā ⁊ supremā causam vltra quā nō est amplius ꝗrenda alia causa. qa illa causa cognita descit animꝰ ꝗrentis.sed vl'is demōstratio est huiusmodi/nō aūt particularis. ergo vl'is demōstratio est potior pticulari. minor ꝓbatur. qa vsqꝫ ad hoc ꝗrimꝰ.i. tādiu ꝗrimꝰ ꝓpter qd .i.causā rei:cū.i.quousqꝫ vel donec nō sit aliqd aliud ꝗrendū ꝙ hoc qꝺ respōdetur.s.qa assignat̄ vltima ⁊ suprema causa.et tunc habita illa opinamur nos scire simpliciter ⁊ nō antea. scire inquam aut qꝺ fit aliqd in practicis: aut qꝺ sit ita in speculatiuis.hec ꝓpositio ꝓbatur inductione: et primo in practicis in qbꝰ finis est vltimꝰ terminꝰ.i.causa vltima ⁊ suprema.et iam sic est qꝺ quādo ꝓcedēdo in finibꝰ ꝓuenimus ad vltimū finem: tūc scimꝰ ꝓpter qd aliqd fit.vt si ꝗratur de aliquo extraneo qui nup venit: cuiꝰ

finis causa aut gratia venit? si respōde
atur vt accipiat.i.q̄rat et inueniat argētū
mutuo ab aliquo.et si iterū q̄ratur qua
re hoc.i.quare vult habere argentū? et
respōdeat: quaten⁹ reddat.i.soluat cui
debuit.i.creditori suo.qđ si vlteri⁹ q̄rat:
quare hoc.i.quare vult soluere credito
ri? et respōdeat: vt nō iniuste agat.s.de
tinendo rē alienā inuito dño.et sic proce
dētes interrogās et respōdens pueniāt
ad respōsionē: cū non ampli⁹ respōderi
possit ꝑpter aliud neq; alteri⁹ finis cau
sa: ꝑpter hoc vltimū sicut ꝑpter finem
dicim⁹ venire.i.venisse illū hoīem.et es
se hoc et fieri sic ꝑpter illam causam.et
tūc dicimur cognoscere maxime.i.pfe=
ctissime ꝑpter qđ venerit homo: et non
antea.si igitur se habet similiter in aliis
causis.i.causarū generibus: sicut dictū
est in causis finalib⁹: q̄ cause oēs sunt
propter qđ res fit vel est.nā in eis tādiu
querim⁹ de effectu ꝑpter qđ: quādiu nō
dum peruentū est ad vltimā et supremā
causam in illo genere.in his aūt causis
quecūq; sic fiūt: sicut q̄ est cui⁹ causa .i.
causa finalis: sic maxime scimus.s.cum
puenim⁹ ad vltimū finem . et pro ergo
in aliis causarū generib⁹ tunc maxime
scimus: cū eo peruenimus vt nō ampli⁹
sit hoc ita se habens: quoniā aliud est.i.
propter aliud: sed stamus in illo. Pro=
batur etiā hoc in causis formalib⁹ .i. in
predicatis essentialib⁹.cū igitur cognos
cat ab aliquo vt de isochele: quoniā an
guli tres eius q̄ sunt extra figurā .i. ex=
trinseci: eq̄les sunt q̄tuor rectis: adhuc ꝺ
est q̄rere ꝑpter qđ isocheli hoc cōuenit.
et si respōdeatur ei: qđ est triāgulus (nā
oīs triāguli tres anguli extrinseci sūt eq̄
les quatuor rectis: adhuc restat querē=
dum: et hoc quare est? si respondeatur.
qđ est figura recti linea: nā omnis figu
re rectilinee omnes anguli extrinseci
sunt equales quatuor rectis . si autem
hoc vltimū nō amplius est verū ꝑpter
aliud: qđ hec passio primo cōuenit figu
re rectilinee: tunc maxime scim⁹.i.per=
fectissime quare isochelis anguli ex=
trinseci valent quatuor rectos: et non an
te hoc. Eadē probatio esset in causis ef
ficientib⁹: vt si queratur propter quid
aliquis homo estuat.et respōdeatur qđ
calefactus est ab aere calido: et si vlte=
rius queratur propter qđ vel aquo aer
est calidus: si respōdeatur qđ a sole ra=
dios vehemētissime lucis diffundētis et
aerem disgregantis. si autem queratur
quare sol suo lumine calefacit.et nō pos
sit huius alia causa corporalis assigna
ri: tunc pfecte scimus: quare ille estuat
et nō prius. Idemtidē in causis materia
libus.nā cerusa fit ex argento viuo/et il=
lud ex aqua.et aqua iā nō ex alia mate=
ria: quia est elementū simplex. Applicā
do ergo hāc inductionem ad propositū
de vniuersali demonstratione dicimus.
vniuersale autē.i. primū subiectum pas
sionis tunc habem⁹: quādo facimus de
monstrationē vniuersalē: que ideo dici
tur vniuersalis: quia demonstrat passio
nem de suo primo subiecto.ergo resol=
uit ad primā causam formalem supra
quā nulla alia est querēda causa illius
passionis: sed particularis demōstratio
ideo dicta est: quia demonstrat passio=
nem de inferiori subiecto et nō adequato:
non ergo resoluit questionē vsq; ad su
premā et vltimam causam. vniuersalis
itaq; demonstratio potior est particula
ri. Tertia ratio.

¶ Amplius quantocūq;.sic for
mari potest.illa demōstratio est potior
q̄ ad pauciora et determinata deducit co
gnoscenda: et illa deterior q̄ ad plura et
in determina seu infinita.sed demōstra
tio vniuersalis facit primū/particularis
secundū: ergo potior est vniuersalis et
deterior particularis demonstratio. ait
ergo.quantocūq; demonstratio est ma
gis secundū ptes.i.pticularis: tāto ma=
gis in infinita.i.in multa in determina=
ta et incerta cadit: vniuersalis autē de=
monstratio reducit multitudinē in sim=
plex et in finem.i.in vnum determinatū.
hec est minor huius rationis: q̄ sunt=

tur ex secūdo Topicorum: declaratore Porphirio in cap. de specie. descendentibus inquit a generib⁹ ad inferiora necesse per multitudinē diuidentē ire: vsqȝ ad indiuidua q̄ sunt infinita numero. ascendentib⁹ autē ecōtra necesse est colligere multitudinē ad vnitatē. vnde genera pauciora sunt speciebus / ꝛ species indiuiduis. additur maior. secūdū autē qđ infinita sunt aliqua: nō sunt cognoscibilia: ex primo phisicorū: infinitū secūdum qđ infinitum est ignotū. sed secundum qđ sunt aliqua finita sunt cognoscibia. secundū itaqȝ qđ aliqua sunt magis vniuersalia sunt magis scibilia quā ea q̄ secundū partē. vnde Aristo. ad hoc propositū loquēs in secūdo libro Topicorū ait. qđ in paucioib⁹ via est magis certa. demonstrabilia ergo magis sunt vniuersalia quā particularia. de magis autē demōstrabilib⁹ magis est demonstratio. vnde magis vniuersaliū ꝛ min⁹ particulariū est demōstratio. cōsequētia est manifesta per regulā relatiuorū aut cōiugatorū: q̄a demonstrabile ꝛ demonstratio sunt simul: quasi ad aliq̄d dicta: vel sunt cōiugata: ergo ab vno ad alterū nō solū simpliciter: sed et secūdū magis est bona consequentia. dignior itaqȝ est vniuersalis demonstratio quā ꝑticularis. q̄a est magis demōstratio. et magis demonstrat quod intendit. Quarta ratio.

¶ Ampli⁹ si magis. hmōi est. si duo sunt demōstrāda: illa demōstratio ē melior qua vtrūqȝ demonstrat quā illa qua vnū eorū tātū: demōstratio vl'is demōstrat vtrūqȝ: ꝑticularis alterum tantum. ergo minorē probans ait. si magis preponēda est illa demōstratio secūdū q̄ hoc ꝛ aliud. i. vtrūqȝ est demōstratū: q̄ illa fm q̄ hoc. i. alterū solū cognouit demōstrās. sed vniuersale habēs cognitū p demōstrationē vl'em: cognouit ꝛ ꝑticulare: q̄a cōtinetur in vl'ali. hoc autē. i. ꝑticulare habēs demōstrationē ꝑticularē nō cognouit vl'ale. q̄re ꝛ sic. i. per hāc rationē magis preponenda erit vniuersalis demonstratio: quia est magis idest plura faciens scire quam particularis. Quinta ratio.

¶ Ampli⁹ aūt & sic. formaᵗ hoc modo. potissima demōstratio est illa q̄ procedit ex principijs immediatis: ergo illa q̄ procedit ex magis ꝓpinquis ipsis īmediatis est potior illa q̄ ꝓcedit ex magis remotis ab immediatis: sed vl'is demōstratio procedit ex magis ꝓpinquis immediatis: ꝑticularis vero ex magis remotis. ergo. maior hui⁹ rationis supponitur nota ex tertio topicorū. q̄a quāto aliq̄d est ꝓpinqui⁹ maxime tali tanto est magis tale: intellige in vniuocis. minorē ꝓbat dicēs. vniuersale cū. i. cōclusionē vniuersalē magis est scire. i. magis dicimur scire: qđ q̄dē est demōstrare per mediū qđ ꝓpinqui⁹ sit principio. nā mediū proxime se habens principio est iam īmediatū. hoc autē. s. immediatum est principiū. si igitur ea demōstratio q̄ ex principio īmediato procedit: melior est ea: q̄ non est ex princio: seq̄tur qđ ea q̄ magis ex principio: ea q̄ minus ex principio est certior demōstratio. est autē huiusmodi. i. magis ex ꝑncipio vl'is demōstratio magis. ergo dignior vtiqȝ erit magis vl'is demonstratio min⁹ vniuersali. declarem⁹. hoc exēplo. vt si oporteat demōstratio. A. passionē de. D. subiecto. vt habere tres ꝛc̄. de triangulo ligneo: ꝛ sint duo media subiecta per q̄ possit fieri demonstratio. B. et. C. vt isocheles ꝛ triangulus: magis autem sursum idest superius medium sit. B. triangulus. quare si per. B. vniuersale subiectum magis fiat demonstratio: magis scietur conclusio quam per. C. minus vniuersale subiectum. et illa erit demōstratio vniuersalis / hec vero particularis. ergo magis facit scire demonstratio vniuersalis quam particularis. sed eorū q̄ dicta sunt. i. supradictarū quinqȝ rationum quedam sunt logica. i. probabilia ꝛ nō multū certa. quāuis inter eas

sit vna ratio q̄ multū cogit.s.quarta ratio:q̄ iterum adducta corroborabitur: ⁊ hec corroboratio erit. Sexta i ordie rō.

¶ Maximi autē manifestū qd̄ vniuersalis demonstratio magis precipua sit.et ratio est talis.si fuerint due ꝓpositiones demonstrāde altera magis vl'is ⁊ natura prior:altera minus vl'is ⁊ posterior:habens sciētiā prioris ꝓpositionis habet ⁊ posterioris: sed nō econtra.ergo demōstratio cōcludēs ꝓpositionem priorē erit potior ea q̄ cōcludit propositionē posteriorē. hāc cōcludit demōstratio particularis : illā vero vl'is.ergo hoc est qd̄ dicitur.qm̄ ꝓpositionū hanc quidē ⁊ priorē habētes.i. sciētes.scimus quodāmodo ⁊ posteriorē.s.q̄a per eam quā scim⁹ habemus potentiā ꝓpinquā ad sciendū alterā. et nō econtra.vt si aliquis cognouit qd̄ oīs triāgulus habet tres angulos equales duob⁹ rectis : q̄ est cōclusio demōstrationis vl'is: ille sciuit quodāmodo qd̄ isocheles duob⁹ rectis equales habet suos angulos.s.in potentia. et si.i.quāuis ille non sciat qd̄ isocheles triāgulus sit.q̄a per illā cōclusionē habet scientiā de omni triāgulo tā existente q̄ nō existēte in mūdo:⁊ existētiū oīum habet sciētiā / siue eos cognoscat/siue non.Uerū habēs hāc solā ꝓpositionē scitam qd̄ isocholes habet tres ⁊c̄. nullo modo cognouit vl'em illā oīs triāgul⁹ habet tres ⁊c̄.neq̧ in actu neq̧ in potētia propinqua. ¶ Fundatur tota hec ratio in eo qd̄ supradictū est in tertia pte cap̄.primi: ante autē q̄ sit inducere ⁊c̄.vbi probatū est cōtra Platonē in Menone: qd̄ in principijs demōstrationis q̄ sunt ꝓpositiones vl'es: cognoscit quodāmodo cōclusio etiā antequā fiat demōstratio.s.confuse ⁊ in genere:nō distincte ⁊ in ꝓpria forma. Deniq̧ addit alia ⁊ septima ratio breuissima.

¶ Et vniuersalis quidē demonstratio est intelligibilis.i.solo intellectu cognoscitur esse vera:cum sit de abstractis a sensu: sed particularis demōstratio insensu ꝑficitur:q̄a descēdendo puenit vsq̧ ad indiuidua sensibilia.vt ex triāgulo ad isochelē:ex isochele ad triāgulum ligneū:⁊ tādē ad hūc sensui demōstratū. cōstat autē qd̄ per intellectū certius scim⁹ q̄ per sensum:q̄a intellectus est altior ⁊ nobilior potētia quā sensus. qd̄ igitur vl'is demonstratio sit dignior particulari: tot argumēta probatiua nobis dicta sint: quāuis nō omnia sint eq̄ valida:quia processimus artifitio dialectico pro maiori parte.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc cap̄.preter q̄stionē ab Aristo.disputatā possent moueri parua dubia de ꝓpositionib⁹ quas assumpsit in suis ꝓbationibus/⁊ de valore istarū rationū.Ut q̄ nā sit melior notitia alicui⁹ rei cōis an particularis . Utrū intentio Aristot.in hoc loco sit negare non solū ideas: sed etiā naturas cōmunes oēs quocūq̧ modo ponātur.Utrum notitia intellectiua sit certior sensitiua ⁊c̄.

¶ Caput vigesimū primū de cōparatione demonstrationis affirmatiue ad negatiuam.

Quod autē demonstratiua priuatiua. veniam⁹ iam ad alterā q̄stionē.s.de cōparatio demonstrationis affirmatiue ad negatiuā: ⁊ sit cōclusio pro toto isto cap̄.quod demonstratio affirmatiua est potior ac dignior negatiua.huius cap̄.tot sunt partes quot rōnes eam ꝓbantes. ait ergo proponens conclusionem.qd̄ autē demonstratiua.i.affirmatiua demonstratio sit dignior priuatiua.s. negatiua hinc .i. ex:hjs rationib⁹ manifestū fiet.Primo sit.i. supponat a nobj vnū de se satis notū.qd̄ illa demonstratio est dignior alijs q̄ eisdē existētib⁹.i. ceteris parib⁹:procedit ex minorib⁹ pe

titionib⁹/aut suppositionib⁹/aut ꝓpositionib⁹.i. ex paucioꝛib⁹ pꝛioꝛibusq̧ principijs:q̄ tum petitiones/tum suppositiones/tum ꝛ ꝓpositiones dici solent.vt declaratū est supꝛa in cap̄.secūdo:ꝛ ꝓbat hoc.si em̄ pꝛincipia paucioꝛa ꝛ pꝛioꝛa sint nota similiter.i.ita clare ꝛ certe sicut pꝛincipia plura ꝛ posterioꝛa:velocius.i.citi⁹ ꝛ expeditius est cognoscere cōclusionē per hec.i.ꝑ paucioꝛa q̄ per plura.et hoc s.citius ꝛ expediti⁹cognoscere aliq̄d appetibilius est quā tardi⁹: q̄a homo natura scire desiderat:ꝛ quāto citius id fieri potest:tanto est ei appetibilius.Ratio autē hec est ad ꝓbandū cōclusionē ꝓpositam .s. q̄d melioꝛ sit demonstratio ex paucioꝛib⁹cuiusmodi est affirmatiua q̄ ex pluribus q̄ est negatiua: quia vr̄iter sic est in omni modo cognoscendi aliq̄d.Est itaq̧ pꝛima ratio ista. illa demōstratio est melioꝛ ꝛ dignioꝛ q̄ ex pautioꝛibus ꝛ pꝛioꝛib⁹ ꝓcedit q̄ illa q̄ ex pluribus ꝛ posterioꝛib⁹.sed demōstratio affirmatiua est huiusmodi respectu negatiue:ergo conclusio vera.maioꝛ nota est ex suppositione.minoꝛ vero ꝓbatur. si em̄ similiter.i. eq̧ clare ꝛ certe cōtingat cognita esse media vtriusq̧ demonstrationis.s.q̄ ex pꝛioꝛibus/ꝛ q̄ ex posterioꝛibus:pꝛioꝛa autē notioꝛa sunt:q̄a paucioꝛa.Hoc ꝓbabo in duab⁹ demōstrationibus affirmatiuis: ꝛ postea aplicabo ad negatiuas.sit em̄ ꝑ media plura demonstratio aliqua eoꝛū q̄ s̄it.i.q̄ media sint B.C.D.ad pꝛobandū q̄d.A.sit in.E.vt q̄d oīs homo est substātia.ꝛ media sint aīal/viuens/ꝛ coꝛpus.sit altera demonstratio ad pꝛobādū q̄d.A. sit in.D. per media paucioꝛa.s.per.B. C.vt ad ꝓbādū q̄d omne aīal est substantia per media duo q̄ sint viuens/ꝛ coꝛpus. in hoc ergo casu.similiter se habet demonstratio pꝛobās q̄d.A.sit in.D.et demonstratio pꝛobans q̄d.A.sit in.E.q̄a vtriusq̧ demōstrationis media sunt eq̧ nota:cū sint eiusdē cooꝛdinationis.s.pꝛedicamēti substātie: sed differunt in hoc solo q̄d. A.sit in.D.pꝛius est ꝛ cognoscibili⁹.i.citius cognoscibile: q̄a per paucioꝛa media quā q̄d.A. sit in.E.cōstat q̄a ꝑ hoc idest hāc pꝛopositionē omne.D.est.A. demōstratur illud.i.illa omne.E.est.A. est autē credibiil⁹.i.notius illud per q̄d aliud fit notū:q̄ illud q̄d per ipsum notificat.dictū em̄ est supꝛa in cap̄.2. ꝓpter q̄d em̄ vnūq̄dq̧ tale est ꝛ illud magis. applicādo ad ꝓpositū dicim⁹ q̄d demōstratio affirmatiua est ex paucioꝛibus ꝛ pꝛioꝛib⁹ q̄ negatiua vt statim ꝓbabit. ergo affirmatiua est dignioꝛ q̄a certioꝛ. Secunda ratio.

¶ Et que itaq̧,sic arguit.illa demonstratio est potioꝛ alijs q̄ fit per minima.i. simplicissima pꝛincipia q̄ sunt paucioꝛa.vt iam ꝓbatū est in cap̄.19.eisdem existētib⁹.i.ceteris paribus. sed demonstratio affirmatiua ꝓcedit ex minimis ꝛ paucioꝛib⁹:negatiua vero ex pluribus.pꝛobatio. q̄a licet vtreq̧ demonstrationes fiant ꝑ tres terios/ꝛ duas ꝓpositiones:sed hec.i.affirmatiua demōstratio accipit esse aliq̄d.i.pꝛemissas affirmatiuas solū:illa vero.i.demōstratio negatiua accipit ꝛ esse/ꝛ nō esse aliq̄d.i. pꝛemissas affirmatiuas ꝛ negatiuas. ꝑ plura itaq̧ ꝓpositionū genera pꝛocedit negatiua demōstratio. quare indignioꝛ est q̄ affirmatiua.q̄a minoꝛ cōpositio est pꝛemissarū pure affirmatiuarū: q̄ pꝛemissarū affirmatiuarū ꝛ negatiuarū simul. ergo negatiua demonstratio non ꝓcedit ex minimis .i. simplicissimis sicut affirmatiua. Tertia ratio.

¶ Amplius qm̄. est cōfirmatio precedētis.ostēsum est inquit in pꝛimo libꝛo pꝛioꝛū impossibile esse per vtrāq̧ pꝛemissam pꝛiuatiuarū ꝓpositionū.i.negatiuā fieri sillogismū in vlla figura:sed vnā tantū opoꝛtet.i. possibile est huiusmodi.i.negatiuā esse: aliā vero pꝛemissam opoꝛtet esse qm̄ est.i. affirmatiuā. ergo demōstratio negatiua nō pꝛocedit ex simplicibus/sed ex mixtis pꝛincipijs. ergo non ꝓcedit ex minimis sicut affirmatiua. Quarta ratio.

¶ Amplius preter hoc .i. preter rationem dictã qd demõstratio affirmatiua est ex minimis/ non aũt negatiua: oportet accipere.i. attendere: et hoc qd sequitur.i.hanc rationẽ: q̃ sic põt formari. quãdo alicuius demonstrationis premisse nõ sunt immediate:sed sunt iterũ demonstratiue resoluẽdo eas vsq ad immediatas:premissa affirmatiua per solas affirmatiuas prosillogizatur : sed premissa negatiua per solã vnã negatiuam et alterã affirmatiuã: ergo affirmatiua demõstratio nõ eget negatiua ppositione sed negatiua demonstratio eget affirmatiua ppositione . quare dignior est affirmatiua.hoc est qd dicit.predicatiuas.i.affirmatiuas ppositiones necesse est fieri plures augmẽtata prima demõstratione.i.extẽsa p alias demonstrationes p sillogizãtes premissas eius. sed priuatiuas.i.negatiuas ppositiones impossibile est esse plures vna in omni sillogismo:quantũcũq extẽdatur pro sillogizãdo i sursum. Patet hoc exẽplo. fiat demõstratio negatiua hoc modo. nullũ B.est.A.omne.C.est. B.ad cõcludendũ nullũ.C.est.A. hoc est qd ait.sit hec maior : in nullo esse. A .i.nullũ.A. esse in quibus est. B .i.in subiecto.B. ita qd de nullo corũ vere affirmetur.A.de quibus vere affirmatur.B.vt nullũ aial est lapis. in.C. autẽ omni sit.B .i.sit hec minor;ois homo est aial.ad concludendũ qd nullus homo est lapis. si igitur iterũ opus est augere p sillogizãdo vtrasq ppositiones:mediũ inijciẽdũ.i.intermittendũ inter extrema huius. A.B. maioris sit.D.viuens.sed mediũ inter extrema illius minoris.B.C.sit.E.vt rationale.igitur.E. mediũ manifestũ est predicatiuũ esse.i.vere affirmari in vtraq premissa pro sillogismi facti ad probãdã illam minorẽ primi sillogismi.hoc modo. omne rationale est aial : ois homo est rationalis:ergo ois homo est aial. Sed D.mediũ vt viuẽs nõ in vtraq premissa affirmatur, sed de. B. aiali predicatiuum est quidẽ.i.vere affirmatur in minori.vt omne aial est viuens. A.autẽ de B.tanq priuatiuũ.i.vere negatur i maiore illius pro sillogismi.vt nullũ viuens est lapis.ponat. D. esse tale mediũ qd de omni.B.vere dicatur.et tamẽ. A. in nullo sit.D.-Fit igitur extendẽdo et resoluendo primã demõstrationẽ negatiuã super vtrãq premissam eius:qd in duobus pro sillogismis vna tantũ accipiat ppositio priuatiua q̃ est.A.D.maior secũdi pro sillogismi.vt nullũ viuens est lapis:et tamẽ sint accepte tres ppositiones affirmatiue.s.ambe premisse primi prosillogismi/ et minor secũdi.idẽ modus est in alijs sillogismis negatiuis omnibus:sicut in isto quẽ fecimus. semp enim mediũ affirmatiuorũ sillogismorũ affirmatiuũ est in vtraq premissa . sed mediũ priuatiui sillogismi in altera.i.vna sola necesse ẽ priuatiuũ esse. quare hec vna.i.sola vna fit huiusmodi ppositio.s. negatiua.alie vero tres oẽs pdicatiue.i. affirmatiue erũt necessario. Quita rõ.

¶ Si igitur ex precedẽti sequit correlarie.s.illud inqt est notius alio p q aliud demonstratur:et non eõ.atq ideo est credibilius eo.demõstratur aũt priuatiua .i. negatiua ppositio p affirmatiuã vt probatũ est:predicatiua aũt.i.affirmatiua nõ demõstrat p negatiuã. prior g et notior/atq credibilior cũ sit affirmatiua dmõstratio: melior vtiq erit. Sexta rõ.

¶ Amplius si principiũ.huiusmodi est: illa est melior demõstratio q̃ procedit ex melioribus pncipijs: cũ tota ipsa virtute cõtineatur in suis principijs.sed affirmatiue meliora sunt principia quã negatiue.hanc minorẽ probãs ait.si ois sillogismi demõstratiui principiũ est ppositio vniuersalis et immediata. sed in demõstratione predicatiua principiũ est ppositio affirmatiua:in demõstratione autẽ negatiua principiũ est ppositio negatiua.affirmatiua autẽ ppositio est natura prior/et notior q̃ negatiua. tum qa vt ostensum est negatiua nota fit per af

firmatiuā:tū etiā q̄a esse natura priꝰ est
quā nō esse:quia non ens non potuit ve
nire adesse nisi per aliud prius ens.affir
matiua autē ꝓpositio significat esse:ne=
gatiua nō esse. ergo affirmatiua ꝓposi=
tio natura prior est negatiua . quare p̄n
cipiū demōstrationis affirmatiue est po
tius principio negatiue:sed demonstra
tio q̄ vtitur dignioribꝰ principijs dignior
est.ergo affirmatiua demōstratio est di
gnior negatiua. Septima ratio.

¶ Adhuc & planissima ē. demō
stratio inquit affirmatiua p̄ncipalior est
negatiua. sine demōstratiua.i.affirmati
ua nō est possibilis negatiua demōstra
tio : sed bene affirmatiua sine negatiua
vt iā ostēsum est , illud autē aquo aliud
pendet est p̄ncipaliꝰ eo.qđ q̄dē igitur ca
thegorica siue predicatiua demōstratio
q̄ ⁊ affirmatiua dignior sit negatiua:ma
nifestum est ex dictis rationibus.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc cap̄.preter q̄stionē dispu=
tatā ab Aristot.videt̄ q̄rendū vtrū esse
sit natura priusquā nō esse in mūdo:q̄a
in de dependet questio an affirmatio sit
prior negatione in sermone.

¶ Caput. 22. de cōparatione de= mōstrationū ostēsiue et ad impossibile.

E T ad impossibi
le ducēte. dicamus
đ tertia q̄stione qua
đmōstratio ostēsiua
cōparabat̄ ad eā q̄
ducit ad incōmodū
siue ad impossibile.
nā ex prehabitis hec q̄stio pēdet . si enī
demonstratio affirmatiua est potior ne
gatiua:et.i.etiā est potior demonstratio
ne ducēte ad impossibile.i.ad aliqđ incō
modū .i. ad falsum vel inopinabile ⁊c.
ꝯñiam intēdit ꝓbare Arist. in toto cap̄.
ꝑ hoc qđ demōstratio ostēsiua negatiua
est potior ea q̄ ducit ad impossibile.habet
autē hoc cap̄.duas ptes.p̄ma ostēdit ha
rū demōstrationū cōueniētias et drias.
scđa ibi.natura aūt p̄or:ꝓbat cōclusionē
intētā. dicit in p̄mis.oportet autē scire q̄
dr̄ia sit ipsarū.i.ostēsiue ⁊ ad īpossibile.
et x̄bi causa accipiamꝰ demōstrationē
ostēsiuā negatiuā.si igit̄.A.in nullo.B.
est.vt nullū aial est lapis.C. autē est in
om̄i.B.vt oīs hō est aial: necesse ē argu
endo in scđo modo p̄me figure i nullo.
C.esse.A.vt nullꝰ hō est lapis.sic q̄dē .i.
hoc modo acceptis ꝓpositionibus erit
demōstratio priuatiua demōstratiua .i.
ostēsiua negatiua.q̄a cōclusio. A.in. C.
nō erit : infert̄ directe ⁊ imediate ex pre
missis per principiū dici de nullo.

¶ Quero demōstratio eiusdē cō
clusionis ē ad īpossibile ducēs.sic se ha
bet. si opꝰ est demōstrare ad īpossibile
hāc cōclusionē negatiuā qđ.A.in.B.nō
sit vt nulla albedo est suba , accipiātur
he premisse. A.in.B.et.B.in.C. sic ar=
guēdo ꝯ ꝓterū q̄ eā negat: oīs albedo
est suba: sed inherēs subiecto ē albedo.
q̄re accidit.A.in.C.esse vt inherēs subie
cto ē suba . hoc autē ꝯñs illatū in tertio
modo p̄me figure:sit certū ⁊ notū apud
oēs qđ est īpossibile esse vel ad minꝰ sit
cōcessū ab aduersario qđ ē falsū ⁊ īpos
sibile.tū ex falsitate illiꝰ cōclusionis infe
rat̄ falsitas alicuiꝰ p̄misse:nō minoris q̄
est manifeste x̄a ⁊ ab oībꝰ cōcessa:ꝫ ma
ioris q̄ erat opposita nr̄e cōclusioni.nō
igit̄ possibile est. A. in. B.esse. q̄re nr̄a
cōclusio negatiua erat x̄a:nullū. B. est
A.vt nulla albedo est suba.si ꝫ.B. acci
dat in esse. C.vt inherēs esse subam:seq̄
tur.A.in.B. īpossibile est inesse. Posi=
tis exēplis vtriusq3 demōstrationis vide
amus nunc earum conuenientias ⁊ dif
ferentias. Conueniunt in hoc quod.

¶ Teri & ꝓpōnes vtriusq3 sillo
gismi:sil̄r.i.eodē modo ordinant̄ quātū
ad figurā ⁊ modū arguēdi. differūt autē
quo ad hoc.s.q̄lis.i.q̄ negatiua duarū q̄
sūt in sillogismo negatiuo:sit notior ꝓpo
sitio.s.an premissa an cōclusio. vtrū igi=
tur illa que est, A.B.non inest vt cōclu

sio nulla albedo est substãtia. aut quia A.C.non inest: vt maior sillogismi. nullum inherens est sustãtia. cũ igitur conclusio negatiua est notior premissa negatiua: vt qm̃ non est.A.in. B.nulla albedo est substãtia: fit demonstratio ad impossibile. qa opposita ei⁹ manifeste falsa assumitur ꝓ maiore sillogismi affirmatiui cũ vna minore manifeste vera.ad inferendũ conclusionẽ manifeste falsam.cũ autẽ in sillogismo.i. ante conclusionẽ sit negatiua notior:demonstratiua.i.ostensiua fit demõstratio.qa procedens a notiorib⁹ recte ꝓbat ⁊ nõ indiget circuire vel per ambages ꝓcedere.

Secũda pars huius cap̃.

Natura autem prior, His premissis ꝓbemus trib⁹ rationib⁹ qđ demõstratio ostensiua negatiua sit potior demõstratione ad impossibile. prima sit hec.illa demonstratio est dignior q̃ ꝓcedit a priorib⁹ natura ad posteriora:quã illa q̃ procedit ordine cõtrario a posterioribus ad priora natura.sed demonstratio ostẽsiua ꝓcedit primo ordine:altera vero cõtrario ordine:ergo ⁊c̃.maior supponitur vera ex teris.sed minor ꝓbatur qa natura prior est.i.notior est illa ꝓpositio qđ.A.in.B.non sit: q̃ alia.A.in.C non esse.qa.C.est posteri⁹.B.et sub eo cõtinetur.quare.A.pri⁹ negat de.B.q̃ de.C. sint termini.A. lapis.B.aial.C. homo.priora autẽ cõclusione sunt ea ex qbus est.i.infertur cõclusio ostensiue.est autẽ illa ꝓpositio q̃ est. A.in.C.nõ esse vt nullus homo est lapis vt conclusio. sed.A.in.B.nõ esse vt nullũ animal est lapis: est ex qbus est conclusio.i.principiũ ad inferendã conclusionẽ.et hec est demõstratio ostensiua.demõstratio vero ducẽs ad impossibile procedit a conclusione accipiens eius oppositam ⁊c̃. Secunda ratio.

Nõ enĩ si cõtingit.sic põt declarari. in demõstratione ad impossibile ex interẽptione conclusionis sillogismi interimitur premissa ex qua deducta erat illa cõclusio:sed in demõstratione ostensiua fit modo opposito.quia ex interẽptione premisse interimitur cõclusio.i.ex negatiua premissa infertur negatiua conclusio.s.adiũcta minore ꝓpositione affirmatiua q̃ se habet ad maiorem:vt pars ad totũ.hic autẽ ordo est rectus: ille vero inuersus.ergo demõstratio ostensiua ordine recto procedẽs est melior altera q̃ procedit euerso modo. dicit ergo.nõ enim si cõtingit remoueri i.negari vel interimi aliquã ꝓpositionẽ. hoc.i.illa ꝓpositio erit conclusio.i. non oportet si aliqua ꝓpositio interimitur qđ illa sit cõclusio sillogismi.nã ⁊ illa ex qbus est sillogism⁹ ostensiu⁹.i.premisse solent interimi.sed hoc qđẽ.i.aliqua est inferens premissa negatiua ex qua sillogism⁹ ostensiu⁹ infert conclusionẽ.qđ vtiq̧ sic se habet i sillogismo qđ est:aut totũ ad partẽ:aut pars ad totũ se habet. nã maior ꝓpositio in prima figura est/ vt totũ ad minorẽ:⁊ minor ꝓpositio est vt pars ad maiorẽ:⁊ aliqua earũ interimitur.i.est negatiua in sillogismo ostensiuo. Sed in demõstratione ad impossibile ꝓpositiones q̃ sunt. A.C. cõclusio et.A.B.maior:non sic se habent. sed cõtrario modo. Tertia ratio.

Si igitur ex. talis est. si demõstratio est dignior q̃ procedit ex dignioribus ꝑncipiis: ⁊ pro.i.credibiliorib⁹ siue notiorib⁹: sunt autẽ vtreq̧ demõstrationes đ qb⁹ hic loqmur:credibiles.i.notificãtes aliqd ex non esse.i. ex negatiua vel interẽpta ꝓpositione:sed differẽter. hec quidẽ.i.ostensiua ex priori a natura qa ex premissa:illa vero.i. deducens ad impossibile ex posteriori.i.ex cõclusione interẽpta. ergo potior simpliciter vtiq̧ erit priuatiua.i. negatiua demonstratio ostensiua.ea.i.q̃ ea q̃ est ad impossibile. vt probatũ est in hoc cap̃. et qa ex cap̃. precedenti cõstat qđ hac.i.negatiua dignior est predicatiua.i. affirmatiua de=

monstratio: manifestũ est incõsenquē=
tia necessaria: quod ea demonstratione
q̄ est ad ipossibile: etiã dignior ē ostēsiua
affirmatiua. q̄a est dignior digniore ea.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc cap̄. fere nihil aliud que=
rendum censeo preter literam eius: nisi
quis addere vellet. vtrum rationes Ari
stotelis sint sufficientes ꝛc̄.

¶ Tractatus decimus de cõparatione notitiarum: que ex argumentationibus probatiuis causantur in nobis. habet tria capita. primum est in ordine.

¶ Caput vigesimũ tertiũ agit de cõparatione scientiarũ adinuicem.

Certior autē sciē
tia ꝛ prior. Quum
sufficienter sit dictũ
de demonstrationi=
bus: ꝛ absolute seor
sum / ꝛ cõparãdo de
mõstrationes ad sei
psas: ꝛ ad alias spe
cies argumentationis probatiue siue re
ctas siue obliquas: dicamꝰ in calce hu=
ius libri aliqua de notitijs: ꝛ de habiti=
bus: q̄ ex argumētationibꝰ huiusmodi
causantur in nobis. Et in primis dica=
mus in hoc cap̄. de actu ꝛ habitu scien=
tie q̄ ex demonstratione fieri dicit̄. et ha
bet q̄nq̄ ptes. prima est d̄ prioritate et
posteritate scientiarũ. Secũda ibi. vna
autē: de vnitate ꝛ distinctione earum.
Tertia ibi. plures autē: de applicatio=
ne demonstrationum ad conclusiones.
Quarta ibi. sed eius quod est: de qui=
bus nõ est sciētia. Quinta ibi. sed neq̄
per sensum: de notitia sensitiua ꝛc̄. Cõ=
parans autē diuersas sciētias conformi
ter ad immediate precedētes cõparatio
nes inquirit primo: q̄ sciētia sit altera di
gnior / prior / et melior. et ponit tres mo=
dos quorũ quolibet vna sciētia censen
da est prior ꝛ dignior altera. Primꝰ mo
dus. certior. i. clarior ꝛ prior est scientia
vna altera sciētia: q̄ est declaratiua ipsiꝰ
q̄a ꝛ ꝓpter q̄d simul d̄clusione scibili:
vel etiã solũ ꝓpter q̄d: quã ea q̄ nõ ha=
bet nisi solũ q̄a: extra eam q̄ est ꝓpter
q̄d. i. et non declarat ꝓpter q̄d ita est.
Hec cõparatio nõ ꝓbat̄ hic: q̄a satis ꝓ
bata est supra in cap̄. 14. vbi cõparabã
tur demõstrationes q̄a ꝛ ꝓpter q̄d: siue
in eadē sciētia totali siue in diuersis tã
subalternatis quã nõ subalternatis. et
semꝑ ibi dicebatur demõstratio ꝓpter
q̄d prior ꝛ dignior demõstratione quia
est. In hoc ergo primo modo Aristo. ac
cipit sciētiã diuisiue nõ collectiue. i. ꝓ
notitia vniꝰ tantũ cõclusionis demõstra
te. nam si fierent due demonstrationes
altera docēs q̄a ꝛ ꝓpter q̄d simul / vel so
lum ꝓpter q̄d de vna cõclusione: altera
vero doceret solũ q̄a est de eadē cõclu=
sione. et hoc siue in eadē scientia totali
siue in diuersis. vt supra data sunt exem
pla: notitia habita de illa conclusione ꝑ
demõstrationē ꝓpter q̄d: est certior ꝑor
ꝛ dignior quã notitia eiusdē cõclusionis
acquisita per demonstrationem solum
quia. Secundus modus.

¶ Et q̄ nõ est. hic iã accipit sciē
tiam collectiue pro vna tota facultate /
vel disciplina aggregata ex multis de=
monstrationibꝰ ꝛ cõclusionibꝰ. et dicit
q̄d illa sciētia est certior ꝛ dignior alte=
ra: q̄ non est de subiecto. i. de re certa: et
d̄terminata materia speciali: sed est vni
uersalis ꝛ cõmunis ad multa rerũ gene
ra: certior inquã illa altera scientia q̄
est de subiecto. i. de materia speciali de
terminata. vt arithmetica est certior et
prior armonica. i. musica. et ratio huius
est: q̄a cõiora sunt natura priora ꝛ certi=
ora: vt iam probatũ est in cap̄. 20. cõpa=
rando demonstrantionē vl̄em ad ꝑticu
larē. et itē q̄a sciētia cõiore potest homo

vti in pluribus materijs: nõ autem sciẽtia specialiore: q̃ ad vnam solã materiã determinata est. vt arithmetica scia põt ap plicari ad voces/ ad mot⁹/ ad tpa/ ad res spirituales/ ⁊ alia multa: vt exẽplificatũ est supra i cap. 6. d̃ ꝓportionalitate ꝑmutata: sed musica sciẽtia nemo vti põt nisi in vocib⁹/ ⁊ sonis. ¶ Hac ꝗ cõparatione oĩs scientia superior/ ⁊ subalternans est prior / ⁊ dignior sua inferiore subalternata. vt geometria prior pespectiua: ⁊ astrologia prior ⁊ certior nauali/ ⁊ pastorali/ ac nemoraria. et phisica prior ac dignior medicina. et moralis ethica aut politica dignior legali facultate: et theologia sup canonicã. Hinc etiã colligi potest dignitas ⁊ p̃meuitas methaphisice scientie cõmunis/ ⁊ sapiẽtie sup omnes alias sciẽtias speciales. q̃a ipsa est cõmunissima et abstractissima oĩm sciẽtiarũ: alie vero oẽs vt phisica/ mathematica/ moralis / ⁊ logica ad materias determiatas sunt applicate. Terti⁹ mod⁹.

¶ Et q̃ ex minorib⁹. etiã accipit

scientiam collectiue: ⁊ cõparat sciẽtias speciales interse: quarũ neutra alteri est subalternata: sed sũt sciẽtie disparate/ dicẽs. et illa sciẽtia est certior ac prior q̃ est ex minorib⁹: ea q̃ est ex appositione/ vel additione ad alterã. vt arithmetica est prior ⁊ certior geometria. Hãc eãdẽ cõparationẽ fere eisdẽ verbis ponit idẽ Aristo. in ꝓhemio methaphisice in cõmẽdationẽ ei⁹ dicẽs. nã sciẽtie q̃ ex paucioribus sunt: certiores sunt ex additione dictis. Loq̃tur autẽ hic de cõparationem subiectorũ / ⁊ aliorũ terminorũ: illarum scientiarũ. in quib⁹ terminis ille qui est absolutus/ vel min⁹ cõnotatiu⁹ dicitur minor. i. simplicior: ille vero qui est magis cõnotatiu⁹ dicitur cõpositior: q̃a addit super alterũ in sua significatione. Est ergo terti⁹ modus: illa scientia est prior altera: cuius termini sunt simpliciores teris alterius. nã illa dicitur esse ex minorib⁹ vel paucioribus: altera vero dicitur ex appositione vel additione. quia eius termini addũt cõnotatiõnẽ sup terminos prioris sciẽtie: hoc modo se habet arithmetica ad geometriã. vnde subdit. dico autem. i. declaro arithmeticã esse ex minorib⁹. i. simplicioribus terminis quã geometriã: vt vnitas primus terius arithmetice diffinitur esse substãtia. i. res indiuisa. sine appositione i. nihil aliud appenẽdo in sua significatione: punctũ autẽ primus termin⁹ geometrie diffinitur q̃d est substantia. i. res indiuisa posita. i. sita alicubi. hoc autem est ex appositione. i. additione ad diffinitionẽ vnitatis. q̃a diffinitio p̃cti addit vnã particulã sup diffinitionẽ vnitatis. dicitur eñ vnitas res indiuisa. punctũ vero est res indiuisa alicubi sita. i. habens certũ sitũ in loo. Et q̃a vnitas priuatiue apponitur multitudini: sicut punctũ magnitudini: eodẽ modo magnitudo subiectũ geometie se habet ex additione ad multitudiẽ q̃ est subiectũ arithmetice. est eñ multitudo res in partes diuisa vel aggregatio pluriũ: magnitudo vero est res diuisa in partes habẽtes colligantiã: vel est aggregatio pluriũ vnitorũ. Et correspõdẽter oĩes alij termini geometrie addunt cõnotationes super oĩes terminos arithmetice. vt triãgulus super ternariũ/ quadrãgulus super quaternariũ: ⁊ sic cõsequenter per omnes numerorũ et figurarũ species. immo nomina figurarũ in geometria addunt super eadẽ nomina in arithmetica: q̃ dicũtur forme numerorũ. ideo nĩ mirũ B ctius in secũdo libro sue arithmethice dicit: quod figure iste: vt triãgulus/ quadrãgulus/ circulus ⁊c. item asser/ cuneus/ columna/ piramis/ cubus/ sphera ⁊c. simpliciori modo ꝯueniũt numeris quã magnitudinib⁹. nã idem numerus potest simul esse quadrat⁹ ⁊ circulus. idem etiã cubicus ⁊ spheric⁹: q̃d in magnitudinib⁹ nõ cõtingit. ¶ Ergo ex dictis claret q̃d arithmetica ẽ certior ⁊ prior scientia quã geometria. Eodem modo dici posset ⁊ multo clarius de mathematica/ ⁊ phisica. d̃ dialectica/ ⁊ rhe

torica: ⁊ de qbusdā aliis. ❡ Sed aduer
tēdū: qd in hoc loco Aristo. cōparās sciē
tias penes maiorē ac minorem dignita
tem earū: solū attēdit ad formas earū. i.
ad modū probādi quē hñt: ⁊ ad teriorū
suorū modos significādi. nā preter hāc
cōparationem est alia penes materias
scientiarū. i. penes dignitatē maiorem/
vel minorē earū rerum de quib9 consi
derāt. Quare in principio primi libri de
anima cōpletiorē faciens sciētiarū cōpa
ratione dicit. magis autē alterā altera. i.
digniorē scientiā dicim9: aut secūdū cer
titudinē. s. modi quē habet certiorē: aut
ex eo qd meliorū rerū/ ⁊ admirabiliorū
est cōsideratiua. cū enī Aristo. in hoc li=
bro de sola forma et modo scientifico
ageret: non curauit scientias compara=
re: nisi secundum formas ⁊ modos ser=
monum suorum. in phisica autē/ ⁊ me=
thaphisica de rebus agens: addidit cō
parationem aliam scientiarum penes
res de quibus considerant.

❡ Secūda pars huius cap̄.

❡ Vna autē sciētia est &c. Quia
vero in superiorib9 cap̄. sepius dubita=
tū est an sciētia subalternās ⁊ subalter=
nata sint vna sciētia / an diuerse ⁊ distin
cte: op9 est hic: (vbi sciētias cōparam9:)
videre de idētitate et distinctione sciētia
rū: ⁊ hoc loquē.do de scientia collectiue.
dicit ergo quādo plures notitie pluriū
demonstrationū aggregate simul sint
vna scientia totalis. vna inquit scientia
totalis est: que est vnius generis. i. subie
cti scibilis p̄ncipalis. hoc ē q̄ habet vnū
principale subiectū scibile ad qd omnia
alia in illa sciētia cōsiderata habent at=
tributionē siue reductionē: qa omnia il
la sunt propter illud vnū declarandū.
queecūq3. i. que etiā scientia ex primis. i.
principiis certis cōponitur. i. ordinatur
ordinateq3 procedit. et partes sui subie
cti principalis tam subiectiuas quā in=
tegrales considerat: ⁊ passiones horū. i.
tam subiecti quā suarū partiū q̄ sunt ꝑ
se: demōstrat. Est ergo hec regula opti=
ma de vnitate scientie totalis: qd tunc
aggregatū pluriū notitiarū cōclusionū
⁊ demōstrationū est censendū totū vnā
esse scientiā: quando est vnū principali
ter scibile ꝓpter qd omnia illa cumulā
tur. Nā sicut aggregatū pluriū hoium
dicitur vnū genus (vt declarat Porphi
rius:) propter vnū primū progenitorē a
quo tota illa familia processit: vt genus
hebreorū a Jacob: ⁊ genus Romano=
rū a Romulo: ⁊ sic de aliis: ⁊ sicut plu=
res hoīes iuncti in bello dicūtur vnus
exercitus: ꝓpter vnū primū eorū ducē
ad quē defendendū omnes illi ordinā=
tur: ita plures demōstrationes plures
cōclusiones/ ⁊ plures notitie scientifice
aggregate: tūc dicūtur vna scientia col=
lectiue: quādo omnes ille ordinātur ad
vnā primā declarandam. et declarans
pluralitatē notitiarū dicit. qd in tali ag=
gregato sunt plura principia et plures
cōclusiones demonstrationū. et ille plu
res conclusiones sunt de pluribus sub
iecti principalis partibus. nā de subie=
cto illo ⁊ de suis partibus enūciant pas
siones idest predicata perse: ⁊ ad illas
conclusiones probandas applicantur
principia per demonstrationes. quia er
go omnia illa sunt propter vnum: om=
nia dicūtur quodāmodo vnum. iuxta re
gulā Thopicā in quinto libro thopico=
rum: vbi vnū propter alterum: ibi vtro=
biq3 vnū quodāmodo est. est ergo vni=
tas scientie totalis nō vnitas rei. i. quod
sit vna tātum res vel notitia: sed est vni
tas collectiua per attributionē ad vnū:
eo modo quo dicitur vn9 populus/ vna
familia/ vnus exercit9 ⁊c̄. ❡ Ex hac de=
claratione manifeste: sequitur quod to
ta doctrina Euclidis de lineis/ de super
ficiebus/ ⁊ de corporibus est vna scien=
tia de magnitudine/ que dicitur geome
tria. Et tota doctrina Aristotelis de ce
lis ⁊ elemētis incorruptibilib9/ de reb9
naturalib9 corruptibilib9/ d mineralib9
de plātis/ ⁊ de animalib9 est vna sciētia
phisica. i. naturalis denoīata a suo sub=

fecto qđ est res naturalis. et ita de multis alijs: ꝛ loquimur hic de vnitate specifica scientie nõ de numerali. si autẽ fieret vnũ aggregatũ ex doctrina Euclidis ꝛ Aristo. illud nõ esset vna scientia collectiue: q̃a illis cõclusionibus oĩbus non esset dabile vnũ cõmune subiectũ attributionis ad qđ ordinẽtur: sed ad diuersa subiecta refferuntur. Ideo subditur alia regula de distinctione scientiarũ.

¶ Altera autẽ sciẽtia est. i. diuersa ab altera: quarũ principia demõstrationũ neq; ex eisdẽ neq; ex alteris. i. alterutris sunt. et intelligitur de principijs cõplexis q̃ sunt ꝓpositiones immediate in q̃libet sciẽtia. Sed ista distinctio sciẽtiarũ ex suis principijs nõ est prima ꝛ radicalis earũ distinctio: q̃a procedit ex alia. s. ex distinctione suorũ generũ. i. subiectorũ attributionis vt statim declaratur. Est ergo sensus huius regule: qđ quãdo duorũ aggregatorũ principia sic se habẽt: qđ nec vtraq; emanãt ab eisdẽ cõibus principijs: neq; principia vnius ex principijs alteri⁹: ille sunt diuerse sciẽtie. vt arithmetica ꝛ geometria: phisica ꝛ ethica ꝛc. ergo per oppositũ quãdo vel vtriusq; aggregati p̃ncipia ex alijs prioribus principijs emanant: vel principia hui⁹ aggregati ex principijs illi⁹: tũc illa duo aggregata sunt vna scientia totalis ꝛ vna facultas. Exẽplũ p̃mi vt apud Euclidẽ aggregatũ conclusionũ q̃tuor p̃moꝝ libroꝝ sue editionis: qđ est de lineis ꝛ supficiebus: ꝛ aggregatũ conclusionũ quatuor vltimorũ librorũ eiusdẽ: qđ est de corporib⁹: illa duo aggregata sunt vna scientia totalis. q̃a principia figurarũ planarũ ꝛ p̃ncipia solidarũ omnia emanãt ex principijs cõibus: q̃ sunt petitiones ꝛ suppositiones in principio illi⁹ operis prelibate. Exemplũ secũdi apud eundẽ Euclidẽ: q̃a principia secũdi libri de quadrãgulis emanãt ex p̃ncipijs primi libri đ triãgulis. ergo cõclusiones de triãgulis ꝛ đ quadrãgulis ad eandẽ sciẽtiã totalẽ ptinẽt. Similia exẽpla sunt apud Aristot. in sua phisica. nã p̃ncipia cõclusionũ lib. de celo ꝛ mũdo: ꝛ principia cõclusionũ libri metheoroꝝ omnia emanãt ex principijs cõib⁹ libri phisicoꝝ. et insup principia metheoroꝝ ex p̃ncipijs celorũ ꝛ elemẽtorũ ꝓcedũt. ergo illi duo libri ad candẽ scientiã ptinent: ꝛ ita diceretur de multis alijs.

¶ Hui⁹ autem. s. distinctionis signũ est: cũ conclusiones vni⁹ cuiusq; illarũ facultatũ: veniant. i. resoluantur in principia ĩmediata: q̃a nõ ad eadẽ principia fiet omniũ illarũ resolutio. sed he ꝯclusiones ad hec principia resoluenť: ille ad alia. oportet eñ ad hoc qđ scientia sit vna omniũ cõclusionũ: ipsa principia esse ex eodẽ genere scibili. i. subiecto attributionis cũ his cõclusionib⁹ q̃ demõstrãtur. vt supra notauim⁹ in cap̃. 8. sed nõ est idẽ subiectũ attributionis harũ conclusionũ ꝛ illarũ: ergo nec eadẽ principia ĩmediata. Qđ autẽ principia indemonstrabilia debeant esse ex eodẽ genere scibili cũ cõclusionib⁹: signum ꝛ hui⁹ regule est: quoniã ꝛ demõstrabilia per ipsa principia ĩmediata. i. conclusiones p̃mo demõstrate in scientia: etiã in eodẽ sunt genere scibili: et proxima. i. cũ alijs cõclusionib⁹ posteri⁹ demõstratis q̃ proxime sequũtur ex eis: ergo pari ratione ꝛ prima p̃ncipia cũ p̃mis cõclusionib⁹ đbẽt esse ex eodẽ genere adhoc qđ sciẽtia sit vna secundũ speciẽ. alias erũt sciẽtie diuerse specie. loq̃mur eñ hic de vnitate vel diuersitate scientiarũ secundũ speciẽ: q̃a distinctio pura numeralis ab arte relinquẽda ẽ. ¶ Ex hac regula distinctionis sciẽtiarũ manifeste seq̃tur qđ scientia subalternãs ꝛ subalternata. vt arithmetica ꝛ musica: vt geometria ꝛ pspectiua: sunt scientie diuerse secundũ speciẽ. tũ q̃a earũ subiecta attributionis sunt specie diuersa: tũ etiã q̃a: vt superi⁹ in calce cap̃. 14. dictũ est: principia sciẽtie subalternate nõ possunt demõstrari ex p̃ncipijs sciẽtie superioris: neq; ꝓpter principia vna scientia dicitur Correlarium

tur

tur alteri subalternata: vt ibidē probauimus. qd aūt subiecta illarū scientiarū sint specie diuersa. patet. qa sese habent sicut totū in modo ⁊ pars in modo. q̄ termini extrinseci sunt adinuicē ī sua significatione: ⁊ ad diuersa ptinent predicamenta. vt numer⁹ / et numer⁹ sonorus. vt linea / ⁊ linea visualis ⁊c. hoc etiā expresse dixit Arist. supra in cap̄. 9. loquēs de arithmetica ⁊ armonica: differūt inquit. i. diuerse scientie sunt. subiectū eñ gen⁹ alterū est. i. differens specie in vna earū ⁊ in altera. quāuis in cap̄. p̄cedente octauo de eisdē scientijs loqnēs dixerit: qd earū genera subiecta aliquo modo sunt eadē: nō tamē simpliciter: intellige qd sunt eadē p accidens nō pse. i. nō sicut gen⁹ ⁊ sua species: q̄ ad eādem sciētiā refferuntur vt magnitudo ⁊ linea: linea recta / ⁊ linea curua. sed nō linea / ⁊ linea visualis / vel linea pulchra q̄ se habent sicut totū in modo / ⁊ pars in modo. vnde quādo in hoc cap̄. 23. Aristo. dixit: qd vna scientia est vnigeneris subiecti considerās etiā ptes ei⁹: intellige de partib⁹ subiectiuis q̄ sunt vere species: non de partibus in modo.

Tertia pars huius cap̄.

Plures autē demōstrationes. occasione eius qd nūc dixerat Aristo. s. qd ex cōclusionib⁹ primo demonstratis per prima principia demonstrātur alie cōclusiones ⁊c. posset aliquis dubitare vtrū super eādem cōclusionem possint plures demonstrationes fieri. Ad hoc respōdet affirmatiue dicens: qd possibile est plures demonstrationes esse eiusdem cōclusionis: non solū modo dicto. s. accipiendo mediū ex eodem ordine predicamentali cum subiecto cōclusionis: (qd qdem mediū nō sit continuū. i. proximū ⁊ imediatū subiecto conclusionis sed remotū ab eo / ⁊ descendendo p media quousq̧ deueniatur ad mediū proximum subiecto. vt eorū terminoꝝ q̄ sunt A. B. extrema cōclusionis. vt omīs homo est substantia: possunt accipi media C. D. et. E. vt corpus / viuens / animal / ⁊ augebūtur demōstrationes in post assumendo. hoc inquā modo super vnā conclusionē fient plures demonstrationes. vt omne corpus est substātia oīs homo est corpus: ergo oīs homo est substantia. itē omne viuens est substātia oīs homo est viuēs: ergo oīs homo est substātia. itē omne animal est substātia oīs homo est aīal: ergo oīs homo est substantia. et hic mod⁹ est satis manifestus in medijs eiusdē ordinis.) sed etiā ē possibile ad eandē conclusionē fieri plures dmōstrationes accepto medio ex altero ordine ab ordine primi medij. Et sit. A. predicatū conclusionis trāsmutari: sed B. subiectū sit letari: vt omne letās trāsmutatur. primū vero mediū vnius ordinis sit. D. moueri. secūdū mediū alteri⁹ ordinis sit. E. descere. tūc prima demonstratio erit. verū igitur est et. D. de. B. et. A. de. D. predicari. vt letās omne mouetur: ⁊ omne qd moueatur trāsmutatur: ergo om̄e letans trāsmutatur. Iterū fiet alia demonstratio. vt. A. de. E. et. E. de. B. vtrū est predicari. omnis eñ letans descit: ⁊ descens omne trāsmutatur. ergo om̄e letās trāsmutatur. Quare per altera. i. diuersa media ⁊ pro. i. non ex eodem ordine sillogism⁹ erit ad eandem conlusionē: sic tamē qd non est. i. nō contingit neutrū medioꝝ dici de neutro. i. nullū eorū de altero dicitur: cum videātur esse contraria moueri et quiescere. tamē necesse est eidem alicui extremitati vtraq̧. i. vtriq̧ mediū inesse. puta maiori extremitati. qa dictū ē om̄e qd mouetur trāsmutatur. et omne quiescens trāsmutatur. s. accipiendo quietem moraliter pro letitia vel gaudio: quia omnis affectio est motus appetitus sensitiui: fit etiam cū aliqua corporis transmutatione. et vterq̧ istorum sillogismoꝝ factus est in prima vel in quarta figura. intendere autem est. i. contingit et per alias figuras: quot modis contingit eiusdē conclusionis; maxime si negatiua vel

particularis fuerit: fieri sillogismū per diuersa media. vt supra in cap. 16. monstratū est: cū ageret d̄ sillogismo ignorātie variādo p oēs tres figuras. ¶ Sed aduertendū qd̄ hoc Aristo. dictū. s. qd̄ eiusdē conclusionis possunt esse plures demōstrationes: est sane intelligēdū videlicet large accipiēdo demōstrationē. i. siue sit q̄a/siue ꝓpter q̄d: siue predicatum sit vniuersale subiecto/ siue nō/vel quocūq; alio modo. nā in cap. 13. quādo dixit augētur demōstrationes non p media: intelligebat de demōstratione potissima: que est ꝓpter q̄d/ꝛ q̄a simul demōstrans ꝓpriū vniuersale de suo subiecto: cui9 etiā mediū est diffinitio subiecti. et q̄a huiusmodi medium nō est nisi vnū: ideo ad vnā conclusionē nō potest fieri nisi vna potissima demōstratio: iste aūt demōstrationes hic facte non sunt potissime. nā in medijs eiusdē ordinis ꝓbatio p media remota est solū q̄a est. vt dictū est supra in cap. 14. cōclusio etiā nō est de proprio vniuersali. in medijs vero diuersi ordinis: propositiones ille non sunt de omni per se ꝛ de vniuersali.

¶ Quarta pars hui9 cap.

¶ Sed eius quod est a fortuna. quemadmodū contingit eiusdē conclusionis esse plures demonstrationes: ita ecōtra potest dari cōclusio cuius nulla potest esse demōstratio. Et licet hoc possit multis modis declarari ex dictis supra in multis capitul. scilicet qd̄ de ꝓpositionibus per accidens/de corruptibilibus/ de singularib9/ ꝛ de alijs multis non est sciētia: tamē addamus hic vnū de quo superius non est facta mentio. s. qd̄ eius effectus q̄ est a fortuna. i. a causa per accidēs vel preter intentionē cause: non est scientia p demonstrationē. q̄a ꝓpositio talem effectū enuncians non est demōstrabilis. vt qd̄ fodiēs in vinea inueniet thesaurū: vel qd̄ transiens per vicū percutietur a lapide cadente: ꝛ sic de alijs multis. huius dicti probatio est facilis. qd̄ enim est a fortuna/nec est sicut necessariū/nec sicut frequenter: sed extra. i. preter hec fit. sed demōstratio alterius horū est. i. vel propositionis necessarie/vel propositionis frequēter vere. ꝓbatur hoc. q̄a omnis sillogism9 demōstratiu9 procedit ad probādā conclusionem/ aut per necessarias ꝓpositiones premissas/aut per eas que sunt tanquā frequēter vere. et sic̄ idem. i. quādo ꝓpositiones assumpte sunt necessarie: cōclusio etiā necessaria est. si vero sunt sicut frequēter: etiā ꝛ cōclusio huiusmodi est i. sicut frequēter. quare si id qd̄ est a fortuna/nec sicut frequēter est nec sicut necessariū: vt ꝓbatur in secūdo libro phisicorū: nō vtiq; erit eius demōstratio. Ex hac parte clarescit quomodo iam circa finē libri Aristo. laxat ꝛ extendit nomē demōstrationis: qd̄ circa principiū valde restrinxerat. ibi cū ad demonstrationem dixit ptinere solas ꝓpositiones de omni/de per se/ꝛ de vniuersali. que oēs sunt necessarie. hic autē dicit: qd̄ demonstratio est ex necessarijs/vel ex his que sūt vt frequēter. ¶ Sed dubiū ē q̄d itelligat per ea que sunt vt frequēter. dicūt aliqui qd̄ accipit hoc vocabulū eo modo quo supra in cap. 9. vbi dixit qd̄ eorū que sepe fiunt sunt demōstrationes: vt de ecclipsib9 luminariū: nō tamē in particulari sed in vniuersali. Mihi autē fit verisimile qd̄ in hoc loco accipiat hec duo nomina: sicut in secūdo libro phisicorū: vbi agens de fortuna et casu dicit qd̄ eorum que fiunt quedā sunt vt semper. i. necessaria/quedā vt frequenter: ꝛ alia extra semper ꝛ frequenter. i. raro ꝛ hec sunt casualia ꝛ fortuita. vbi ex serie textus apparet qd̄ ea que sunt vt semper vocat ea que fiunt in corporibus celestibus. vt motus celorū/ ortus ꝛ occasus siderum/ cōiunctiones et aspectus stellarū: ꝛ de numero horū sunt ecclipses luminariū. ideo conclusit quod in eis non habent locum casus ꝛ fortuna. Ea vero que sunt vt frequenter vocat opera naturalia que fiūt in elementis:

vtrū sit scibile qd̄ ē vt frequenter.

⁊ in aliis corporibus inferioribus: vt generationes et corruptiones que cõmuniter fiunt in rebus naturalibus: vt q̄d oliua generat oliuam / et equus equũ ⁊c̄. et dicit q̄d quando in his accidit aliquid extra cõmunem cursum nature illud dicitur fieri a casu ⁊c̄. Quod ergo hic dicitur q̄d demonstratio est eorum q̄ sunt vt necessaria: intelligit entia mathematica ac methaphisica. vel eorum que sunt vt frequenter intelligit phisica ⁊ moralia. nam in aliis scientiis demonstrationes sunt certissime: in istis autem minus exacte. casualia vero et fortuita ad nullam artem et scientiam pertinēt / quia in certa sunt: vt dicitur in sexto libro methaphisice ad finē. Si tamen bene voluerimus pensitare verba Aristotel'. supra in capitul'. 9. omnis sciētia est de necessariis vt d̄ scibilib⁹ ꝓpinquis: quãuis non vt de scibilibus remotis: quia etiã in his que sunt vt frequenter possunt fieri propositiones necessarie que sint principia / vel conclusiones demõstrationũ. Ergo discrimen hic positum inter ea que sunt vt necessaria / ⁊ vt frequenter: debet refferri ad scibilia remota que sunt res ad extra / ⁊ non ad scibilia propinqua que sunt propositiones demõstratiue. Aut sicut supra diximus hoc discrimen est intelligendũ de rebus in particulari acceptis non autē in vniuersali consideratis. dicunt enim reales q̄d omnis scientia est de necessariis in vniuersali: sed non in particulari. sic enim quedam scientie sunt de necessariis / alie de frequenter accidentibus: de his autem que sunt extra semper ⁊ frequenter nulla est scientia: quia sunt casualia ⁊ fortuita. vnde Aristotel'. laudat quorundam poetarum dictum: q̄d fortuna est ceca ⁊ hominib⁹ ignota.

¶ Quinta pars huius cap̄.

¶ Neq̄ per sensum est scire. cõparat notitiam sensitiuam ad notitiam scientificam / dicens: quod sicut notitia fortuitorum non est scientia sed potius diuinatio aut vaticinium: ita neq̄ per sensum. i. notitia sensitiua est scire siue scientia. si enim pro quãuis sensus. i. potentia ipsa sit quasi vniuersalis: quia est indifferēs ad multa obiecta: (puta quia sensus est talis hui⁹. i. talis generis obiectorum / puta visus colorũ ꝑceptiu⁹: ⁊ auditus sonorũ ⁊c̄. et nõ sit sensus perceptiuus solum huius alicuius. s. particularis obiecti determinati:) tamē sentire. i. actus ipsius sensus qui est notitia sensitiua: necesse est quod sit circa hoc aliquid: scilicet particulare: ⁊ hic in loco determinato: ⁊ nunc in tempore determinato particulari. Hanc eandē sententiam expressius ponit idem Aristotel'. infra libro secũdo huius capitul'. finali. sentire inquit singulare est: sensus autem vniuersalis: vt hominis non Callie. intendit / dicere: q̄d ipse sensus qui est potētia: est indifferens ad multa obiecta / ⁊ non determinata ad vnum solũ singulare: tamen actus potētie qui est sentire necessario est alicuius obiecti particularis determinati. qui enim videt in actu nõ videt totum gen⁹ colorũ idest omnes simul colores sed hũc vel illum colorem determinate ⁊ particulariter. Unde potest haberi clarus intellectus alterius dicti eiusdem Aristote. in primo phisicorũ / ⁊ in secundo libro de anima: quod sensus est particularis intellectus autem vniuersalis. ibi enim accipit sensum ⁊ intellectum nõ pro potentiis sed pro actibus. notitia enim sensitiua necessario est alicuius obiecti particularis: ⁊ non potest esse confusa ⁊ indifferens ad multa obiecta: sed notitia intellectiua que est intelligere: non solum potest esse distincta vnius particularis: sed etiam confusa et indifferens multorum obiectorum vnius speciei vel etiam vnius generis. vt sit intelligentia illius dicti. sensus idest sensatio vel sentire est particularis notitia vnius obiecti solum. intellectus vero. i. intellectio vel intelligere est etiã vniuersalis. i. cõfu

sa ꝛ indifferens multorū. ita qḋ ly parti cularis ꝛ vniuersalis non ponātur sub stantiue in genitiuo casu: sed adiectiue in nominatiuo. i. sentire est notitia singularis necessario: intelligere autē pōt esse notitia ꝛ singularis/ꝛ vniuersalis. Ad propositū nostrū dicimus: qḋ hic loquimur de sensu pro actu. est ergo nostra cōclusio: quod notitia sensus nō est scientia. et probatio ex premissis est clara sic. omnis notitia sensitiua est pticularis/ ꝛ de obiecto pticulari determinato. sed sciētia ē notitia vniuersalis/ꝛ de obiecto vniuersali tam priozistice q̄ posterioristice. ergo sensitiua cognitio non est sciētia. ait itaqꝫ ponens differētiā inter has notitias. qḋ sentire necesse est qḋ sit circa hoc aliquid/ꝛ hic ꝛ nūc. vniuersale aūt de quo est sciētia est in oīb⁹ suppositis/locis/ꝛ tēporib⁹. vt supra declarauim⁹ in cap̄. 4. de dici de omni. et hoc impossibile est sentire. q̄a impossibile oīa supposita / oīa loca/ ꝛ oīa tēpora sentiēdo aliquē hoīem pcurrere. nō eīn est vniuersale hic et nūc determinate. nō vtiqꝫ esset vniuersale: q̄a nō esset de omni. qḋ eīn est semp ꝛ vbiqꝫ vniuersale dicim⁹ esse. ad sensum datū supra in cap̄. 4. Quoniā igit̃ dmōstrationes vniuersales sunt. i. de vl̄ibus cōclusionib⁹/ ꝛ ex vl̄ibus principiis. has autē vniuersales ꝓpositiones nō est possibile sentire. i. per sensum cognoscere esse veras. manifestū ergo qḋ nec scire per sensum est possibile. Confirmatur hec ratio.

¶ Sed manifestū q̄ꝫ si esset. i. cōtingeret sentire. i. per sensum cognoscere triangulū: q̄ꝫ duob⁹ rectis equales habet tres angulos suos: adhuc q̄reremus vtiqꝫ demōstrationē: qua ostēderet̃ causa quare ita ēēt in hoc triāgulo ꝛ in omnib⁹ aliis: ꝛ nō inuenta causa nō scirem⁹. i. haberem⁹ scientiā: sicut quidā indocti fatentur dicentes: qḋ per sensum habetur scientia. Contra quos formatur adhuc alia ratio hec.

¶ Sentire quidē eīn necesse est singulariter. i. vnū solū particulare determinatū: scientia autē. i. scire est incognoscendo vniuersaliter ita esse in oīb⁹ particularibus. ꝓbatio. vnde ꝛ si sup lunam essem⁹ in hora sue ecclipsis: ꝛ videremus terrā obiectā. i. contra positā sic qḋ impediret lumē solis a luna: non tamen haberem⁹ demōstrationē: nō vtiqꝫ scirem⁹ causam vniuersalē defectus luminis in luna. sentirem⁹ eīn tunc q̄ꝫ deficeret luna nūc: sed nō sciremus ꝓpter q̄d deficit omnino. i. oībus vicib⁹ q̄b⁹ ecclipsatur luna. et ratio est: nō eīn est sensus vniuersalis. i. actus sentiendi nō est circa oīa obiecta/circa oīa loca/ꝛ tēpora. At forsan q̄s obiiceret: q̄a in principio hui⁹ libri dictū est qḋ oīs notitia intellectiua fit in nobis ex preexistenti cognitione: donec veniatur ad sensitiuā q̄ est oīum prima atqꝫ certissima: ex illa nāqꝫ abstraitur notitia intellectiua vniuersalis. hoc dubiū proponens ait.

¶ Sed ex cōsiderare per sensum hoc qḋ sensu percipim⁹ singulare: puta ecclipsim lune multoties accidere: venātes vniuersale. i. vniuersalē ꝓpositionē: habem⁹ demonstrationē. ex multis eīn singularib⁹ ꝓpositionib⁹ p experientiā cognitis manifestū fit vl̄e qḋ est principiū demōstrationis p inductionē. tot⁹ ꝙ discursus demōstrationis fundat̃ in notitia sensitiua. quare ꝛ oīs sciētia nr̄a pēdet ex notitia sensitiua. quāuis ꝙ illa nō sit sciētia: est tamē dignior sciētia: tanq̄ principiū sciētie. Ad hāc obiectionē respōdens negat hāc vltimā cōsequentiā.

¶ Vniuersale inquit principiū demōstrationis honorabili⁹ ē quacūqꝫ notitia sensitiua vel quacūqꝫ ꝓpositione pticulari p sensum cognita. q̄ꝫ vl̄e ostēdit causam ꝓpter q̄d ita sit in oīb⁹ singularib⁹. p sensum aūt solū cognoscimus q̄a ita est. quare huius vniuersalis p̄ncipii cognitio que est intellectiua: honorabilior est sensibilibus notitiis/ꝛ cognitionibus propositionū singulariū: ꝛ quarūcunqꝫ propositionum est alte-

ra causa reddēda sue veritatis. ideo su= pra in cap̄.2.huius dictū est q̄d cognos= cens principia demōstrationis melius dispositus est quā sciens cōclusionē: q̄a scit causam veritatis cōclusionis.sed de primis principijs quare sint vera ⁊ qua liter a nobis cognita: altera ratio est: de qua dicem⁹ infra libro secūdo hui⁹cap̄. vltimo. Ex dictis ergo seq̄tur correlarie.

¶ Manifestū esse q̄d impossibi le sit nos sentiēdo solū scire aliquid de= monstratorū .i. aliquā conclusionē de= mōstrabilē.nisi iam aliq̄s improprie lo quens dicat sentire esse hoc q̄d est sciē tiam habere per demōstrationē . ita q̄d notitiā intellectiuā per demonstrationē habitā velit aliq̄s dicere sensum conclu sionis/aut sentire cōclusionē.q̄d est im= prop̄e dictū equocādo vocabulū sētire.

¶ Sūt tamē q̄dā. Addit alia ob= iectio q̄d accipiendo ꝓprie sentire : no= titia sensitiua sit scientia . q̄a sunt quedā in ꝓblematib⁹.i. in dubijs q̄ nobis pro ponunt.q̄ ideo sunt dubia:q̄a reducunt ad sensus defectū.i.q̄a nō habemus sen sationē de rebus illis. q̄dā eñi sunt q̄ si nos viderem⁹ nō vtiq̄ quererem⁹dubi tātes ea. ergo si per sensum tollitur du= bitatio: p sensum habet sciētia. Ad hoc dicimus q̄d hoc nō est tanq̄ sim⁹ scien tes in videndo .i. p visum.sed sum⁹ sciē tes:quādo habemus vniuersale princi piū.et hoc principiū habem⁹ notū eo q̄ videamus ⁊ inductionē faciam⁹.vt si vi trū perforatū viderem⁹ ⁊ lumē solis p= trāsiens:manifestū vtiq̄ erit ⁊ non du= bitandū ꝓpter q̄d illuminet sol per vi= trū.sed hoc non erit scientia. q̄a per hoc nō scirem⁹ in omni vitro mūdi ita esse. nā etiā illuminat sol p vitrū nō perfora tū. ideo subdit. et si ꝓpter id q̄d videre mus q̄dē seorsum .i. p̄ticulariter in vno vitro: nō tamē ita esse sciremus in vno quoq̄ alio:nisi haberet demōstratio in tellectualis ⁊ scientifica.nā intelligere.i. notitia intellectiua q̄ est sciētia:ostendit q̄m simul est in oibus alijs p̄ticularib⁹: quoniā in oib⁹ .i. vl'iter sic est.vt probat demōstratio. Ex tota ergo ista q̄nta pre claret : q̄d quātūcunq̄ notitia sensitiua sit intuitiua ⁊ euidentissima:tamen ipsa nō meretur dici sciētia:q̄a nō est vl'is ꝓ multis sed vni tātū ꝓdest. et quāuis no titia sensitiua sit necessario requisita ad habēdā scientiā.vt supra in cap̄.de igno rātia dictū est : tamē notitia intellectiua siue sit intellectus siue sciētia est dignior ⁊ nobilior notitia sensitiua:q̄a intellect⁹ est altior potentia:quā sensus:⁊ addit p fectionem notitie accepte a sensu.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc cap̄.manifeste sunt q̄stio nes ad ei⁹ propositū facientes. Prima in quot ⁊ q̄b⁹stat principaliter dignitas alicui⁹ scientie:qua alteri debeat prefer ri? Secūda aquo principaliter est su= menda vnitas alicuius scientie totalis? et per q̄d principaliter vna sciētia sit di= stincta specifice ab alia? Tertia ⁊ vtrū eiusdē conclusionis possint esse plures demōstrationes scientifice : ⁊ plures ac diuerse scientien secūdū speciē? Quar ta vtrū.de casualibus ⁊ fortuitis effecti bus possit esse certa scientia ⁊c̄.

¶ Caput vigesimū quartum de comparatione sillogismorum pro batiuorum ad principia ex quibus probare inten dunt suas conclu siones.

Adē autē princi pia esse. Ante autē quā dicam⁹de cōpa ratione scientie ad alias notitias intel= lectiuas : p̄mittam⁹ cōparationē sillogis morū probatiuorū ex q̄b⁹ causantur in nobis notitie intellectiue.nā secūdū di= uersitatē sillogismorū ille notitie diuer= sificantur in nobis.diuersitas vero sillo

gisinorum ex diuersitate procedit suorũ principiorũ: ex q̃bus ordiũtur suas ꝓbationes. Ideo dicam⁹ de principijs sillogismorũ ꝓponentes hãc cõclusionẽ probãdã in toto isto cap̃. q̃d eadem esse p̃ncipia oĩum sillogismoꝝ est impossibile. hoc aũt fiet manifestũ plurib⁹ rationibus/partim dialecticis/ꝑtim analyticis. ideo erũt due ꝑtes hui⁹ cap̃. secũda ibi. si vero aliter. primũ q̃dem .i. in p̃mis logice. i. dialectice siue ex cõmunib⁹ speculãtib⁹ nobis. Unde maioris declarationis gratia diuidam⁹ hãc generalẽ cõclusionẽ i plures spẽles. Prima sit hec. verorũ ⁊ falsorũ sillogismoꝝ nõ sunt eadẽ p̃ncipia. probat̃ premittendo distinctionem. hi q̃dem eñ veri sunt. i. ꝓbãtes cõclusionẽ verã: alij aũt falsi sillogismi .i. inferentes cõclusionẽ falsam. sed vera ⁊ falsa cõclusio nõ ꝓbãtur ex eisdẽ principijs. q̃a vera ex veris/ et falsa ex falsis. ꝓbatio. et si namq; sit. i. cõtingat aliquã doverũ ex falsis sillogizare: vt dictũ est in secũdo libro priorũ: sed hoc nõ fit nisi semel. i. vno modo hoc est i p̃mo discursu/ ⁊ nõ prosillogizãdo iterũ premissas p̃mi sillogismi. patet exẽplo. vt si. A. de. C. veri sit puta oĩs homo est suba. ad inferẽdũ hãc cõclusionẽ verã sit mediũ B. falsum de vtraq; extremitate. vt color. neq; eñ. A. est in. B. neq;. B. in. C. tũc ergo vtraq; p̃missarũ erit falsa/vel ad min⁹ altera earũ: si lapis ponat̃ mediũ extraneũ a minore extremitate. et tamẽ ꝯñia erit bona in p̃mo modo p̃me figure. sed si harũ p̃missarũ falsarũ media ꝓbatiua accipiãtur in ꝓsillogismo: false erũt premisse ꝓsillogismi. ex eo q̃ oĩs cõclusio falsa semꝑ ex falsis premissis est illata: vera aũt cõclusio ex veris fere semꝑ. altere aũt. i. diuerse ꝓpositiones sunt vere ⁊ false. ergo verorũ ⁊ falsorũ sillogismorũ principia sunt diuersa ⁊ non eadem. Secunda conclusio.

¶ Postea neq; false. q̃d non omnium falsorũ sillogismorũ sunt eadem principia ꝓbatur. q̃a sunt q̃dã falsa ad inuicem disparata: imo ⁊ opposita sibi ipsis. ait ergo. neq; false conclusiones om̃es sunt ex eisdẽ p̃ncipijs. est eñ siue cõtingit falsas ꝓpositiones adinuicem esse cõtrarias/ ⁊ impossibiles simul esse vt iustitiã esse iniusticiã est falsum: ⁊ timorem esse audatiã etiã est falsum in moralib⁹: ⁊ hoĩem esse bouẽ aut equũ in phisicis. et equale esse mai⁹ aut min⁹ eo cui est equale in mathematicis. et ita de multis alijs falsis. expositis autẽ suple principijs sic. i. eodẽ modo est cõcludere istas falsas ꝯclusiones. nõ ergo ex eisdem principijs. Tertia conclusio.

¶ Neq; verorũ, q̃d nõ omniũ verorũ sillogismoꝝ sunt eadẽ principia. alia eñ. i. diuersa principia sunt multoꝝ i. diuersorũ sillogismorũ genere. i. subiecto attributionis: neq; eñ cõueniũt talia genera adiuicẽ: vt vnitates arithmetice pũctis geometricis nõ conueniunt/ sed disparata sunt. hec eñ arithmetica positionẽ nõ habent: illa autem geometrica habẽt positionẽ. vt in cap̃. precedẽti dicebatur. Ex dictis trib⁹ cõclusionibus resultat vna ratio ad principalem. si eñ verorũ ⁊ falsorũ nõ sunt eadẽ principia: immo neq; falsoꝝ oĩum seorsum: neq; verorũ oĩum seorsum: manifestũ est q̃d nõ omniũ sillogismorũ sunt eadẽ principia. Quarta ratio.

¶ Necesse autẽ: huiusmodi est. quãdo plures sillogismi cõueniũt in eisdem principijs: ⁊ necesse est eos cõuenire in medijs sic: aut sursum ꝓcedẽdo immedijs: aut deorsum cadendo: aut hos terios medios interius se habere ad extremitates: illos aũt terminorũ exteri⁹. q̃d in cap̃. 22. declaratũ est. sed clarũ est q̃d nõ om̃es sillogismi habẽt media sic cõuenientia. ergo nõ omniũ sillogismorũ eadem sunt p̃ncipia. Quinta ratio.

¶ Sed neq; cõmuniũ: videt̃ esse solutio taciti argumẽti. diceret forte aliq̃s nõne sunt q̃dã principia cõia oĩbus scientijs: ⁊ illa dicta sunt esse ꝓpria me

thaphisice que est scientia cōmunis: su pra in cap. 12. de principijs cōibus. ergo illa cōia principia erūt principia omniū sillogismoꝝ. Ad hoc respōdens ait. neqꝫ cōmuniū pncipiorū aliqua possunt esse talia ex qb⁹ oīa scibilia oium scientiarū demonstrabūtur. dico autē cōia. i. loquor de cōibus q̄ dicūtur cōes animorū cōceptiones. vt omne affirmare aut negare. i. quodlibet est aut nō est. omne totū ē̄t mai⁹ sua pte ⁊c. probatio clara est ex tertia rōne. genera eñi corū q̄ sunt. i. entiū scibiliū altera sunt. s. diuersa. alia qdem in quātitatib⁹ sunt vt mathematica: alia vero in qualitatib⁹ sunt solis vt phisica. et sic de alijs sciētijs ⁊ generib⁹ scibilibus earū. nā ex talib⁹ teris formātur principia cōia: cū qbus teris ꝓprijs demōstrantur. i. fiūt demōstrationes per cōia principia in qualibet scientia. nā vt ibidē dictū est. principia nulla sunt cōia i. eadem plurib⁹ sciētijs absolute: sed solū scd̄m analogiā. i. similitudinē forme. nā q̄libet sciētia habet sua pncipia cōia distiucta a cōibus principijs alteri⁹: vt totus numer⁹ est maior pte sua in arithmetica. tota magnitudo est maior pte sua in geometria. totus mot⁹ est maior sua pte in phisica: ⁊ sic de alijs. cōitas ergo principiorū cōium nō est in materia/ sed in sola forma. ergo ꝓpter pncipia cōmunia nō debet qs credere eadem esse pncipia oīm sillogismoꝝ realiter: quēadmodū nos hic loqmur. Immo qñ eadē pncipia realiter ꝓbarent esse cōia pluribus sciētijs: adhuc nō oporteret oium sillogismorū esse eadem principia: qa illa pncipia sunt plura ⁊ non vnū solū: ergo qdā sillogismi ꝓcederent ex vno illorū cōium principiorū/ ⁊ alij ex alio. nā ⁊ in pncipijs ꝓprijs eiusdē scientie ita res se habet: qꝺ nō oēs demōstrationes illius scientie ꝓcedūt ex eodē pncipio ꝓprio: sed qdā ex isto/ alie ex illo. ꝙ multo minus ex eodē pncipio cōi. Sexta ratio.

¶ Ampli⁹ principia. s. ꝓpria ex qb⁹ fiūt demōstrationes: non multo minora. i. pauciora sunt cōclusionib⁹ earūdē. ꝙ tāta multitudo cōclusionū nō pōt reduci ad eadē principia: imo neqꝫ ad pauca principia. ꝓbat añs. principia qdem eñi sillogismorū ꝓpositiones sunt s. premisse. ille aūt pmisse sunt ꝓpositiones vni⁹ medij cū extremitatib⁹ duab⁹. medij dico aut assumpti extra extremitates. vt in scd̄a ⁊ tertia figuris: aut imissi. i. inter extremitates positi: vt in pma figura. patet ergo: qꝺ vni cōclusioni solent duc pmisse sunt principia: ⁊ illa ad vnū mediū restringūtur. q̄re nō multo pauciora sunt principia ꝯclusionib⁹. qa duobus teris cōclusionis correspōdet vnus terius medi⁹ in quo velut pncipio vniūtur premisse. Septima ratio.

¶ Adhuc cōclusiones: est cōfirmatiua pcedētis. si eñi cōclusiones sciētiarū infinite sunt. i. multe sine certo numero i post assumēdo cōclusiones post cōclusiones: neqꝫ est determiata vltima cōclusio in vnaqꝫ sciētia. termini aūt medij finiti sūt. qa nō esse ꝓcessum infinitū in eis certissime ꝓbatū est. q̄re pncipia etiā multipliciter variari possunt in eisdē teris finitis/ sicut ⁊ cōclusiones. nō ꝙ omniū eadē erūt pncipia. Octaua ratio.

¶ Ampli⁹ principia. sicut & cōclusiones varia sunt: qa corꝫ hec qdē ex necessitate. i. necessaria sunt: illa ꝟo cōtingētia. ꝙ nō oia pncipia sunt eadē. qa ꝓpositio necessaria nō ē eadē ⁊ cōtigēs: vniuoce ⁊ i eodē sēsu accepta. Nona rō.

¶ Sic igitur. videt esse collectio pcedentiū. sic igit cōsiderātib⁹ nobis pncipia in cōparatione ad cōclusiones: cōstat ipossibile esse pncipia oium sillogismoꝝ eadē aut finita. i. pauca: cū infinite. i. valde multe sint ꝯclusiones. Huc vsqꝫ videt Aristo. disputasse dialectice. iā vero magis analytice. Vñ seqtur decima rō.

¶ Secūda pars huius cap.

¶ Si vero aliter. s. considerando

principia scientiarũ dicat aliqs quodãmodo esse eadẽ principia. puta hec quidẽ esse principia geometrie: illa vero numerorũ.i.arithmetice. alia autẽ medicine: et sic de alijs scientijs. oĩa enĩ conueniũt in cõmuni ratione principij: ergo sũt quodãmodo vnũ principiũ. quemadmodũ et Porphirius dixit: qđ participatione speciei plures hoĩes sunt vnus homo: ita et participatione generis plura principia erũt quodãmodo vnum principiũ. Ad hoc respõdens Aristo. dicit hãc rationẽ ridiculã esse et puerilẽ. quid vtiqз erit aliud qđ dicitur a sic arguẽte: nisi dicere q sũt principia scientiarũ re ipsa diuersa et ratione eadẽ. sed sic eadẽ dicere derisio ẽ. quoniam est dicere qđ eadẽ eidẽ cõmuni generi eadẽ essent inter se. puta arguendo ex ambabus affirmatiuis in secũda figura. nã sic arguẽdo omnia que sunt immundo eadẽ esse dicerẽtur: qđ cũ manifeste sit falsum: ratio illa non concludit. Undecima ratio.

¶ At vero neqз: excludit aliam cauillationẽ qua quis diceret omniũ esse demõstrationẽ: et quodlibet ex oĩbus demonstrari posse: si ex hoc cõcludere vellet omniũ esse eadẽ principia: dicit Aristo. at vero neqз hoc probat. nã assumptũ probatũ est esse falsum/ et valde insipiens in precedentibus. neqз enĩ in manifestis doctrinis .i. in mathematicis que clarissime procedũt: neqз in resolutione cõclusionũ ad principia hoc est possibile. nã dãtur immediate propositiones que sunt principia. et accepta propositione immediata fit cõclusio ex ea. et non ecõtra ex conclusione principium deducitur. Duodecima ratio.

¶ Si autẽ dicit aliqs primas immediatasqз propositiones esse eadẽ principia omniũ sillogismorũ: tamen nihilominus hoc verũ est in vno quoqз genere scibili esse vnũ primũ: et quia genera scibilia diuersa sunt: ergo et diuersa prima et non eadem omnium. Ultima ratio.

¶ Si vero neqз ex oĩbus principijs cõtingat demõstrari quodlibet (vt re vera opus est) etiã neqз ex altero .i. ex alieno principio poterit aliquid demõstrari. tanquam sint vniuscuiusqз sciẽtie altera .i. diuersa principia a principijs alterius. Relinquitur igitur si omniũ eadẽ sint principia: qđ principia omniũ scientiarũ sint genere proxima .i. affinia: ita qđ ex his quidem hec/ et ex illis illa dmõstrari quãt. sed manifestũ est ex supradictis cap. in hoc primo: quoniam hoc non contingit i. non est possibile. nam mõstratum est qđ altera .i. differentia genere sunt principia differentium genere. et cum duplicia sint principia in sciẽtijs: scilicet principia cõplexa ex quibus fiunt demõstrationes. et principia circa que scientie versantur vt subiecta incõplexa scientiarum. quãuis igitur concederentur esse cõmunia principia ex quibus: tamen principia circa que propria sunt/ et genere diuersa. vt numerus et magnitudo. patet ergo non omnium sillogismorum probatiuorũ principia esse eadem et cõmunia. quare sequitur non omnium huiusmodi sillogismorum esse easdem / et similes notitias in nobis causatas de cõclusionibus quas probant: sed valde diuersas. et has quidem veras illas autem falsas. et verarũ quasdam esse certas alias formidolosas etc.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc cap. nullus doctorum mouit aliquam questionem extra literam. nam tota hec materia fere tacta est supra in cap. 12. de principijs cõmunibus scientiarũ. ideo sufficiãt que illic dicta sũt.

¶ Caput vigesimũ quintũ & finale huius primi libri est de comparatione scientie ad opinionem: et ad quasdam alias notitias intellectiuas.

Caput vigesimū quintū de cōparatione sciētie & opinionis.

SCibile autem & scientia &c. Facturi cōparationē notitia rū intellectualiū incipiam⁹ a scientia & opinione. Erūt aūt hui⁹ cap. tres ptes precipue. Prima de sciētia/opinione/& itellectu. Secūda ibi. quomō igitur: est q̄stio de scibili & d̄ opinabili. Tertia ibi. solertia autē. dicit de q̄busdā aliis notitias. ponitur ergo in primis cōclusio. qđ scibile & scientia differūt ab opinabili & opinione. hoc est qđ scientia nō est opinio & scibile nō est opinabile. probatur primo: q̄a sciētia est v̄lis obiecti & necessarii. necessariū autē nō contingit aliter se habere: sed opinio est obiecti contingētis aliter se habere. ergo ɔclusio vera. ꝓbatio medii. sunt autē quedā vera q̄dem: sed cōtingētia aliter se habere. manifestū igitur qđ circa hec. i. de huiusmodi ꝓpositionib⁹ scientia nō est. nā si de eis esset scientia: essent vt impossibilia aliter se habere. qđ falsum est & cōtradictionē implicans. s. qđ idē simul sit possibile & īpossibile aliter se habere. Scđo.

¶ Ad vero neq͂ intellect⁹ est opinio aut scientia. dico autē intellectū p̄ncipiū esse scientie. i. notitia principiorū demonstrationis. nā sicut illa sunt principia cōclusionis: ita intellectus eoꝝ est principiū scientie cōclusionis. neq͂ eīn scientia est intellectus: q̄a sciētia non est indemōstrabilis/sed intellect⁹ est indemonstrabilis. hec autē acceptio. i. notitia est ꝓpositionis immediate: q̄ est p̄ncipiū indemonstrabile. ergo sciētia non est intellectus: nisi q̄s vellet ponere sciētiam indemonstrabilē. qđ esse abuti vocabulo. Tertio ɔparādo hec tria simul.

¶ Ver⁹ est eīn intellectus & sciētia & opinio. i. cōueniunt iste tres notitie: q̄a oēs sunt de ꝓpositione vera. et qđ obiectū per hec tria dicit. i. cognoscitur etiā verū est. quare relinq̄tur ex premissis opinionē esse notitiā circa verū q̄dē aut falsum: nō tamē qđcūq͂: sed qđ est contingens aliter se habere. i. potest mutari a vero in falsum aut ecōtra. hec autem. i. quedā opinio est īmediate ꝓpositionis/& nō necessarie. et vocatur opinio simplex: sed alia est ꝓpositionis mediate. i. probate per aliqđ mediū. et dicit opinio cōposita. simile dictum est supra de ignorātia erroris qđ quedā est simplex alia cōposita. dixi notāter opinionē esse ꝓpositionis nō necessarie. certū eīn est hoc esse verū ex sic apparētibus cōiter. nā opinio est q̄d certum/& natura eius huiusmodi est. differt ergo opinio ab intellectu & scientia q̄ sunt de vero necessario: ideo et sunt notitie certissime. Quarto idem probatur a signo.

¶ Adhuc autē nullus arbitratur se opinari aliquā ꝓpositionē verā: cum opinetur. i. putet eam impossibile aliter se habere: sed potius arbitrabit se eam scire: q̄a est certus de veritate eius. sed quādo putat q̄dē sic esse in re sicut ꝓpositio significat: sed tamē nihil ꝓhibet rē aliter se habere: tūc arbitratur se opinari. tanq̄ sciens opinionē esse huiusmodi ꝓpositionis. i. cōtingentis aliter se habere: sed scientiā necessariā. i. ꝓpositionis necessarie: & eadē ratio est de intellectu principio sciētie. Est itaq͂ dr̄ia inter sciētiam & intellectū ex vna parte. et opinionem ex altera pte: qđ hec ē certa & formidolosa notitia est: ille vero sunt notitie certe & indubitate: quāuis a seipsis differant penes obiecta: qđ intellectus est ꝓpositionis immediate/sed sciētia ꝓpositionis mediate & demōnstrabilis. et sic patet qđ sciētia nec ē intellect⁹ nec opio.

¶ Secūda pars huius cap.

¶ Quomō autē: sed circa predicata occurrit dubiū de scibili/& de opinabili obiecto. q̄stio est. quomō ergo si scientia nō est opinio: est. i. contingit aliquādo idē obiectum opinari & sciri: & si.

hoc contingit: quare nō erit opinio sciē-
tia? q̄a videtur hoc secūdū sequi ad pri
mum per locum a cōiugatis. opinabile
est scibile: ergo opinio est scientia. ¶Con
firmatur hoc dubium.

¶Et si quis posuerit .i. sustinue
rit omne qđ scitur cōtingere .i. possibile
esse opinari quēpiā: cōsequitur ad hoc
positū qđ hic q̄dem homo sciens sit ali
q̄d: ille vero opinās vnū aliud obiectū.
et vtrum℥ sit ꝓpositio mediata. proce-
dat℥ vter℥ istorū per media probans
suā ꝓpositionē vs℥ ad imediata princi
pia veniat. quare ergo seq̄tur qđ si q̄dē
ille prim⁹ sciuit suā ꝓpositionē: etiā opi
nans sciuit suā. ꝯñia videtur bona. sicut
eñ est scire q̄a ⁊ ꝓpter q̄d: ita ⁊ opina-
ri erit q̄a ⁊ ꝓpter q̄d. hoc aūt .s. propter
q̄d mediū est: simile ergo est de scientia
⁊ đ opione. Ad hoc dubiū respōdēs ait.

¶An si quis sic quidē arbitra-
bitur sue notitie obiecta nō cōtingere .i.
nō esse possibile aliter se habere (sicut
se habēt diffinitiones quādo predicātur
de suis diffinitis: per quas vt media fiūt
demōstrationes) ille inquā nō opinabi
tur huiusmodi ꝓpositiones: sed sciet ve
raciter: q̄a nullā haberet formidinem. si
autē vera q̄dem putet sua obiecta: non
tamen putet hec .i. predicata inesse ipsis
.s. subiectis secūdū substātiā. et pro .i. spe
ciem. q̄a nō putet esse predicationes p̄se
primo vel secūdo modo. in q̄bus alterū
extremorū est de substātia/ vel specie al
terius .i. de diffinitione ei⁹: ille inquam
opinabitur ⁊ nō sciet vere sua obiecta: ⁊
sua opinio potest esse/ ⁊ q̄a ⁊ ꝓpter q̄d.
si q̄dē opinabit̄ per īmediata principia:
erit opinio/ q̄a ⁊ ꝓpter q̄d simul. si vero
nō per imediata: solū ipsum q̄a opinabi
tur. quare ratio illa de similitudine ꝓce
dēdi vs℥ ad imediata tā incōtingētibus
q̄ʒ in necessariis: nō cogit ad cōcedendū
qđ opinio est sciētia: sed solū qđ ꝓcedit
opinās/ sicut ⁊ sciens. Sed q̄a in prima
ratione dubij innuebatur quod possi-
bile est idem obiectū opinari ⁊ sciri: res
pondeo per duas cōclusiones. Prima.

¶Qđ eiusdē penit⁹ obiecti nō
est simul opinio ⁊ scientia. probatur a si
mili. sicut eñ falsa ⁊ vera opinio potest
esse eiusdē quodāmodo ⁊ nō penit⁹ eius
dem: ita ⁊ sciētia ⁊ opinio pōt esse eiusdē
nō penitus/ sed quodāmodo eiusdē. at
opinionē verā ⁊ falsā eiusdē esse simul:
(sicut dicūt q̄dā de q̄b⁹ in quarto libro
methaphisice) incōuenientia accidūt: ⁊
hoc expetere .i. velle defendere: īter alia
incōuenientia hoc seq̄retur .s. nō opinari
aliquē qđ opinatur: q̄a opinari falso nō
est opinari sed poti⁹ de opinari. sed de
his incōuenientib⁹ nūc sup sedeamus
vs℥ ad quartū librū methaphisice: vbi
erit disputatio contra negātes primum
principium methaphisicum. Secunda
conclusio ponitur ibi.

¶Qm̄ autē multipliciter dicit̄
idem. vt patet in q̄nto libro methaphisi
ce: ⁊ inter alias ei⁹ acceptiones due fa-
ciūt hic ad ꝓpositū .s. idē materialiter/ ⁊
idē formaliter. vel clari⁹ idē re/ ⁊ idem
rōne. tūc sit secūda cōclusio. qđ opinionē
verā ⁊ falsam: ⁊ similiter sciētiā ⁊ opinio
nem esse eiusdē: est sicut cōtingit: est au
tem sicut nō .i. quodāmodo est possibile
⁊ quodāmodo nō. dat exēplū. cōmensu-
ratā eñ esse diametrū coste in quadra-
to incōueniēs est opinari simul ⁊ incon
mēsuratā. sed qđ diametrus .i. linea illa
circa q̄ʒ sunt ille due opiniones cōtrarie
sit idē .i. eadē res ad extra nō est incōue
niens: ⁊ sic .i. illo modo eiusdē est opinio
v̄a ⁊ falsa simul. Est ergo sensus cōclu
sionis. qđ đ eadē re ad extra (q̄ ē idē ma
terialiter) possunt simul esse opinio ve-
ra ⁊ falsa: sed de eadem ꝓpositione for
mata de illa re (q̄ est idē formaliter) nō
possunt simul esse: vel aliīs v̄bis de eo-
dem scibili remoto ille due notitie bene
possunt simul esse: sed nō de eodē scibi
li ꝓpinquo .i. de eadē ꝓpositione. decla
rās partē negatiuā addit. sed qđ q̄d erat
esse .i. ratio rei q̄ ⁊ forma ei⁹ dr̄: vnicuiq₃
illarū opinionū est ꝓpria ⁊ distincta ab

alia.q̃a nõ secundũ eandẽ rationẽ consi derat rem illã opinio vera ꝛ opinio falsa. hoc est nõ eandẽ ꝓpositionẽ format de illa re opinio ista ꝛ illa.et sic .i. secundũ rationẽ formalẽ nõ idem est obiectũ vtriusq̧ opinionis.

¶ Similiter autẽ.i. sicut dictũ est de opione vera et falsa: q̃ possunt vel nõ possint esse eiusdẽ: dicẽdũ est q̃ sciẽtia ꝛ opinio possint esse eiusdem obiecti materialiter nõ autẽ eiusdẽ formaliter. dat exẽplũ.hec q̃dẽ eñ puta sciẽtia aialis est.s.q̃ nõ est cõtingere.i.nõ possibile sic nõ esse aial. sed illã q̃dem.i.opinionem eiusdẽ aialis esse:q̃ est cõtingere nõ esse aial.vtraq̧ ergo notitia ẽ de codẽ obiecto materiali ꝛ remoto.i. d aiali: nõ autẽ de codẽ formali ꝛ ꝓpinquo:q̃a nõ easdẽ ꝓpositiones enũciant de illo sciẽtia ꝛ opinio.vt si hec.i. scientia dicat: q̃ aial est q̃d q̃d erat hoĩs.i. predicatũ essentiale ꝛ diffinitiuũ hoĩs:illa ṽo.i.opinio dicat aial q̃dem esse verũ predicatũ hoĩs:nõ aũt q̃d q̃d erat.i.essentiale/ꝛ diffinitiuũ predicatũ hoĩs. idem eñ est de quo est scientia ꝛ opinio q̃a hõ.hoc aũt i. ratio scientie et opinionis est sicut nõ idem de hoĩe: q̃a nõ easdẽ ꝓpositiones formãt de hoĩe.Cõcludentes ergo veritatem hui⁹ secũde cõclusionis dicam⁹.

¶ Manifestũ autẽ ex his q̃ dicta sunt q̃ nõ cõtingit idẽ re ꝛ ratione opinari simul ꝛ sciri ab eodẽ hoĩe. et ratio est. q̃a simul eñ vtiq̧ idem hõ haberet opinionẽ.i.credulitatẽ aliter se habẽdi: ꝛ nõ aliter se habendi idẽ obiectũ. q̃ est manifesta cõtradictio:q̃ q̃dẽ nõ contingit.i.nõ est possibile .s. q̃ aliquis simul habeat assensus duorũ cõtradictoriorũ.

¶ Quãuis in alio & alio hoĩe hos assensus esse cõtingit eiusdẽ obiecti sicut dictũ est.i.q̃ sit idẽ ꝛ materialiter ꝛ formaliter.nã vnus hõ põt opinari q̃ hoc possit aliter se hr̃e: ꝛ ali⁹ q̃ nõ possit. et ideo vn⁹ eorũ habebit sciẽtiã/ aut verã opinionẽ de eadẽ re/et eadẽ rõne. ali⁹ ṽo opionẽ falsam. sed in eodẽ hoĩe ꝛ in eodẽ tp̃e nihil.i.non põt hoc esse.haberet eñ idẽ hõ simul opionẽ.i. assensũ q̃ homo scd̃m q̃ est hõ esset aial. hoc aũt ẽ nõ cõtingere hoĩem esse nõ aial:ꝛ haberet assensum q̃ hõ non ſm q̃ hõ esset aial.q̃ est contingere hoĩem esse nõ aial. Hacten⁹ ğ de scia/ꝛ de opione ¶

¶ Reliqua autẽ,i. reliquas intellectuales notitias puta intellectũ/sapientiã/artẽ/ꝛ prudentiã: q̃ño oporteat eas distribuere.i. cõparare ad scientiã/ꝛ ad inuicẽ ſm rationẽ ꝓpriã cuiuslibet eaꝝ: pro nũc sileam⁹.q̃ñ hec q̃dem.i.q̃dã eorũ magis sunt phice speculationis: alia vero magis ethice .i. moralis sciẽtie : q̃ logice de qua nũc agim⁹. ¶ At vero inter reliquas notitias intellectuales vna posset huic nr̃o ꝓposito cõducere (quo fine libro p̃mo hui⁹ doctrine facturi:maturam⁹ ad secũdũ de medio demõstrationis) ea est solertia:q̃ in mediorũ inuẽtione primatum tenet: vt subiecta diffinitio explicat.

¶ Tertia pars huius cap̃.

¶ Solertia aũt ẽ subtilitas.i. prõptitudo q̃dã:mediũ cognoscẽdi:i nõ pspecto.i.p̃medicato tp̃e.hoc est repẽte/cito/ ꝛ incũctãter sine mora. hec nãq̧ prõptitudo quãuis multũ possit augeri exercitio atq̧ studio: tñ magnũ p̃ncipiũ hẽt a natura .i. nãli hoĩs inclinatione. Et sic hec habilitas magis ipꝛecio i moralib⁹ atq̧ in artificialib⁹ q̃ in speculationib⁹ methaphisicis aut mathematicis. Diffinitionẽ istã Arist.declarat trib⁹exẽplis. p̃mũ est phisicũ. vt si aliq̃s vidẽs q̃ luna semp hẽt splẽdorẽ.i.lucẽ in ea sui pte q̃ ẽ ad solẽ.i.ṽsus solẽ: statim.i.sine mora alicui⁹ inq̃sitionis rõtinatiue intellexit ꝓpter q̃d hoc sit.s.q̃a ꝓpter id q̃ illustrat̃ .i. lumẽ recipit a sole. nã si luna ex se lumẽ hr̃et: eq̧ bene luceret in alia pte sui sicut in illa. Alia duo exẽpla sũt moralia. Aut si q̃s viderit pauperẽ hominem disputatem.i.litigantẽ cum diuite:statim cognouit.i. arbitratus est hoc

esse ꝓpterea: qm̄ accōmodatū est ei ali q̄d a diuite: qḋ ipse nōdū restituit. Tertium exēpli. aut si q̄ratur ab aliquo solerte. ꝓpter q̄d isti duo hoīes amici facti sunt de nouo? statim respōdebit hoc esse eo qḋ inimici eiusdē sūt facti/ ⁊ machinātur aliq̄d mali cōtra ip̄m. oēs cū causas medias. i. media ꝓxima videns hō solers: cognouit. i. coniectauit ⁊ vltimas. i. p̄ma ⁊ imediata ex q̄bꝰ tota res pendet. facit nāqꝫ discursum quēdā celerrimū ⁊ imperceptibilē per media: ex q̄bus potest illa cōclusio ꝓcedere: quousqꝫ ad imediata pertingat. et ita cognouit primā ⁊ pōtissimā causam vltra quā nō est ꝓcedēdū. Pōt ḡ discursus ille imperceptibilis hoc modo explicari.

❡ Splēdidū esse ad solē. i. versus solem sit in quo. A. maior extremitas lucere a sole. i. recipere lumen a sole in quo. B. mediū. luna. C. minor extremitas. tūc fient due ꝓpositiones. inest igit̄ B. ipsi. C. idest vere p̄dicabit̄ in minore p̄missa. vt luna recipit lumē a sole. ipsi aūt. B. inest. A. in maiore p̄missa. vt omne recipiens lumē a sole lucet v̄sus solē. hoc est ad hoc esse splēdidū aquo est splēdor. q̄re i cōclusione ipsi. C. iest. A. p B. mediū. igit̄ luna lucet v̄sus solē. Eodē modo p easdē literas. A. B. C. ordinaret̄ sillogismꝰ in alijs duobꝰ exēplis s. de paupe litigāte cū diuite per mediū mutuarē: ⁊ de duobus factis amicis p medium inimicari vni tertio ⁊c̄.

❡ Questiones idonee.

❡ Circa hoc cap̄. vulgatissime sunt due q̄stiones p̄ncipales. Prima vtrū. sciētia differat ab opione: sic qḋ sciētia nō possit fieri opinio neqꝫ vice v̄sa. Scḋa vtrū. scibile differat ab opinabili: sic qḋ de eodē obiecto nō possint simul esse sciētia ⁊ opinio. Solet addi tertia q̄stio vtrū. sciētia ⁊ fides de eodē obiecto sint cōpossibiles in eodem. Quarta si formido sit necessario annexa opinioni ⁊c̄.

❡ Primi libri Posteriorū finis.

❡ SECVNDVS LIBER

Posteriorū Analyticorū est de medio demōstrationis inueniēdo: & de principiorum eius notificatione. i. notitia cōparanda. Habet capita tredecim: que in quinqꝫ tractatus distribuūtur. Primus est de qeustionibꝰ scibilibus: quarū primaria est q̄stio quid est. habet duo capita. Secūdus tractatus ibi. ipsiꝰ autē quid est: disputatiue inquirit an diffinitio possit demonstreri de suo diffinito: per quatuor capita. Tertiꝰ tractatus ibi. iterū autem speculandū: eandē q̄stionē de notificatione diffinitionis determinat assertiue: & hoc per tria capita. Quartꝰ tractatus ibi. quomodo autē oportet venari: est de arte & modo inquirēdi diffinitionē: q̄ sit mediū demōstrationis. habet etiā tria capita. Quintus demū tractatus est vltimū huiꝰ libri caput: & inquirit quomodo sit aquirenda notitia primorum principiorum demonstrationis/ & scientie.

❡ Caput primum de quatuor questionibus scibilibus,

Caput primum de questionibus scibilibus.

¶ Sicut enim in conclusionibꝰ q̄ sine medijs sunt .i. q̄ sine sillogismis probatiuis colligūtur: si quis dicat quoniam his (que assumūtur ad eas colligendas) existentibꝰ .i. presuppositis necesse est hoc .i. conclusionem esse: contingit interrogare ꝓpter q̄d sit? et ipse respondebit. quāuis non demonstratio sed alio modo declarās. ita ꝛ in diuisiuis terminis .i. in diffinitionibus que per diuisiones colligūtur. vt verbi causa. contingit querere quid est homo. et assignatur hec eius diffinitio. animal mortale/ pedes habēs/ bipes/ sine pēnis: vt Plato dicebat: si queratur a respōdēte propter quid scit vnā quāqꝫ appositionē .i. partem positam in illa diffinitione. dicet ipse ꝛ monstrabit eam diuisione: sicut opinabatur; quoniam om̄e animal aut mortale aut immortale sit. et cum de homine diceretur q̄ est mortale animal: iterum arbitrabatur omne mortale aut pedes habere aut non habere: et dabitur de homine pedes habere. tunc iterum. om̄e quod pedes habet aut duos aut quatuor/ aut in quodam alio numero ꝛc. verum huiusmodi oratio sic collecta ex diuisionibꝰ nō omnis diffinitio est ꝓprie dicta. quare ꝛ si q̄s diuisione monstrauit aliq̄d: nō ideo est diffinitio. et si cōcederetur esse diffinitio: nō tamē sillogismus fit p̄ diuisionē ad eā demonstrādā.

¶ Questiones idonee·

¶ Circa hoc cap̄. esset p̄ modū q̄stionis reppetēda natura argumētatiōis diuisorie ex p̄mo li. top. et vtrū sit argumētatio ꝓbatiua d̄mōstratiue aut saltē dialetice.

¶ Cap̄. v. ꝓbat diffinitionē nō demōstrari de suo diffinito p̄ sillogismū diffinitiuū .i. p̄ diffinitionē diffinitionis.

Sed vtrū sit demonstrare. Inquiramus tertia via an diffinitio possit demōstrari de suo diffinito. s. per sillogismum diffinitiuū. habet autē hoc cap̄. tres p̄tes secūdū tres q̄stiones quas disputat. secūda ibi. et ad dubitātem. tertia ibi. et si ex cōditione ꝛc. Primā ergo q̄stionē ꝓponens ait. sed vtrū sit .i. cōtingat demōstrare quod q̄d est .i. diffinitionē secūdū substantiā .i. substantialē: q̄ ꝛ quiditatiua diffinitio dicitur: ex cōditione .i. posita hac cōditione/ accipiētem .i. q̄ accipiat pro medio demōstratiuo diffinitionē huiꝰ nominis diffinitio .s. illud complexū q̄ q̄d erat esse .i. diffinitionē esse q̄ est ꝯstitutū ex his p̄dicatis ꝓprijs .i. conuertibilibꝰ cū diffinito: que sunt in eo q̄ q̄d est .i. predicata essentialia eius. hec eñi .i. huiusmodi oratio sola est in eo q̄ q̄d est: ꝛ propriū predicatū omne. hoc eñi est esse .i. hec est diffinitio illi .s. diffinitioni. Sēsus ergo est: q̄ ad demonstrādā diffinitionē de suo diffinito sumatur pro medio diffinito huiꝰ nominis diffinitio .s. hoc complexū. oratio conuertibilis cū diffinito ꝛ constituta ex predicatis essentialibꝰ respectu diffiniti. hec eñi est diffinitio diffinitionis: q̄a essentialiter ei conuenit omni/ ꝛ soli/ ꝛ cōuertitur cū ea. Formet̄ ergo sillogismꝰ Vbi causa hoc modo. illud predicatū homini ꝓpriū q̄ ꝛ de ipso predicat̄ in eo q̄ q̄d: est diffinitio hoīs: sed aīal bipes rōnale est huiusmodi predicatū respectu hoīs. ergo aīal bipes rationale est diffinitio hoīs. Est ergo prima questio. vtrum per huiusmodi sillogismum demōstretur diffinitio de suo diffinito. Ad hanc questionē respondens Aristo. ait.

¶ An iterū accepit sillogizans

qđ qđ erat esse.i.diffinitionē in hoc modo arguendi: suple sicut accipiebat in superioribꝰ.puta in sillogismo reduplicatiuo.q.d. sine dubio ita accipit hic sicut illic qđ deberet ꝓbare.qa supponit in minori diffinitionē inesse diffinito qđ tamē erat probādū.nā hac conditione posita necesse est mōstrare per mediū: qđ diffinitionem includēs dicit̄ de diffinito in minori premissa. Solutio ergo q̄stionis est qđ non demōstrat̄ illo modo diffinitio de suo diffinito:qa petitur ꝛ supponitur qđ erat probādū. eo modo quo supra dixim9 dē sillogismo reduplicatiuo. Sequitur alia ratio ad idem.

Ampliꝰ nec sicut. & est probatio a simili de sillogismo ꝛ de diffinitione.si eñ q̄reretur an sillogismus possit demonstrari de sillogismo: ꝛ assumeretur pro medio diffinitio sillogismi. hoc modo.ois oratio in qua qbusdā positis aliud necesse est euenire per ea q̄ posita sunt est:sed hec oratio.oñe.B.est.A ꝛ omne.C.est.B.ergo omne. C.est.A. est huiusmodi:ergo hec oratio est sillogismꝰ: in hoc inquā sillogismo assumit̄ qđ erat probandū:ꝛ ita non demonstratur intentū: ita etiā cū demōstratur diffinitio nō est sumenda diffinitio diffinitionis.ideo ait. ampliꝰ sicut neq; in sillogismo ad probādū ipsum nō assumitur qđ.qđ est sillogizare.i.diffinitio sillogismi. semper eñ aut tota.i. maior premissa:aut pars.i.minor premissa ex qbꝰ est constitutꝰ sillogismꝰ assumit qđ est probandū: sic neq; ad sillogizandā diffinitionem demōstratiue est sumendū esse ipsiꝰ qđ qđ est.i.diffinitio diffinitionis in sillogismo. sed opꝫ esse hoc seorsum appositis.i.a premissis. ita qđ diffinitio diffinitionis non intret sillogismū: sed maneat extra ad corroborandā cōsequentiā.ergo per sillogismum diffinitiuū modo predicto nō demōstratur diffinitio de suo diffinito:sicut neq; per sillogismū reduplicatiuū. vtrobiq; eñ petitur qđ erat ī pncipio ꝓbādū. Uerū hec litera sed seorsum ꝛc. posset aliter legi.s. vt sit pncipiū clausule respōdētis ad tacitū dubiū huiusmodi ad qđ ergo valent diffinitiones sillogismi ꝛ diffinitionis:si non sunt ponende in sillogismis probatiuis? et dicit qđ seorsum accepte valent ad obuiādum proteruo dubitāti de aliquo sillogismo an sit bonꝰ/ꝛ de aliqua diffinitione an sit bona.quia per illas diffinitiones ei ostendemus quod bona sint.

Secunda pars huiꝰ cap̄.

Et ad dubitantē. Altera q̄stio est.vtrū sumendo diffinitionē diffinitionis pro medio: dato qđ non demōstret̄ diffinitio de suo diffinito: ad minꝰ si fiat sillogismꝰ bonꝰ de forma.et respōsio est affirmatiua. nā petitio principij ꝛ si nō probet cōclusionē tamē bene infert eā. Aduerte ꝙ hec dubitatio ortū habet ex p̄cedēte rōne: inqua duo dicta sūt.primo qđ ꝑ diffinitionē sillogismi nō ꝓbamꝰ sillogismū.scđo qđ simil̄r ꝑ diffinitionē diffinitionis nō ꝓbamꝰ diffinitionē. est ḡ q̄stio an illa ratio q̄ ex tali medio formata est:sit bonus sillogismꝰ.i.bona ꝯñia et formalis? et si est bona ꝯñia:ad qđ ergo valet si nō ꝓbat sillogismū aut diffinitionē? respōdet Aristo. ad vtrūq; dicēs: qđ vterq; illorū est bonꝰ sillogismus:ꝛ qđ valet ad obuiādū proteruo:si eñ negaret aliquē sillogismū bonū ꝛ diceret qđ nō esset bonꝰ: ꝓbaremꝰ ꝑ diffinitionē sillogismi qđ esset bonꝰ.et si negaret bonā diffinitionē ꝛ diceret nō esse bonā: probaremꝰ ꝑ diffinitionē diffinitionis qđ esset bona.s. ꝓbatione dialectica. Ait ergo. et ad dubitātē proteruū de sillogismo: ꝛ querentē an sillogizatū est an non: scilicet per tale mediū: obuiandum est/ꝛ dicendum:quoniam sillogizantum est:ꝛ probamus per diffinitionē sillogismi. hoc eñ erat sillogismꝰ i.hec erat diffinitio sillogismi. Et adhuc ad dubitātē de diffinitione ꝛ dicentē:qđ etiā nec qđ qđ erat esse.i. ꝑ diffinitionē diffinitionis sillogizatum est. responde

Ratio ordinis

bimus enim qm̄ vtiq3 sillogizatū est. et hoc ꝓbabimus ꝑ diffinitionē diffinitionis. hoc enī positū est nobis qꝺ q̄d erat esse.i. hec posita est diffinitio diffinitionis.nō tn̄ esset illa ꝓbatio ꝺmōstratiua.

¶ Quare necesse est .i. si demonstrare opus sit sillogismū aut diffinitionem:necesse est qꝺ sine eo qꝺ q̄d est.i. sine diffinitione sillogismi aut diffinitiōis fiat sillogism⁹ demōstratiu⁹.aut pro.i.siue qꝺ q̄d erat esse.i.sine nota sillogismi aut diffinitionis : necesse est sillogizare i.demōstrare aliq̄d hoꝝ.ita qꝺ fiat sillogismus demōstratiu⁹ sine terīs secūde intētionis: cuiusmodi sunt diffinitiones diffinitionis ꝛ sillogismi . q̄a illi termini faciūt alios stare materialiter/ ꝛ impediunt ꝓbationē intenti. ¶ Nā per talē argumētationē nō demōstratur hec cōclusio:oīs homo est aīal rōnale:q̄ predicat diffinitionē de suo diffinito. sed solū infertur ista:aīal rōnale est diffinitio hominis.hoc autē nō est demōstrare diffinitionē de suo diffinito . sed demōstrare vnā aliā conclusionē:q̄ enūciat de diffinitione/ꝛ de diffinito. nō enī seq̄tur aīal rationale est diffinitio hoīs.ergo homo est aīal rationale:quare demōstrata prima nō demōstratur secūda. Ergo si bene expendātur v̄ba Aristo.quāuis obscura in hac secūda pte hui⁹ cap̄.ego nō credo qꝺ ipse neget illū sillogismū (cuius mediū est diffinitio diffinitionis) esse demonstrationē.q̄a sine dubio demōstrat illā conclusionē de terīs secūde intētionis.s.aīal rationale est diffinitio hominis.sed intēdit negare qꝺ per talē sillogismū demōstretur cōclusio de terīs prime intentionis.hec.s.oīs hō est aīal rationale.et hoc certe per q̄ꝫ doctissime. nā hoc esset demōstrare diffinitionē de suo diffinito.s.terīs ꝑsonaliter non materialiter acceptis. Eadē intelligētia esse poterat in cap̄.3.de sillogismo reduplicatiuo : quāuis eam apud nullum inuenias alium interpretem.

Notabile.

Clara itelligētia.

¶ Tertia pars huius cap̄.

¶ Et si ex cōditione &c.additur adhuc alia q̄stio .s. vtrū per diffinitionē cōtrarij possit demōstrari diffinitio propositi ? hoc modo arguēdo . si diffinitio mali est diuisibile : ꝛ cōtrarij diffinitio ē cōtraria alteri diffinitioni:ꝛ malū est cōtrariū bono: ꝛ diuisibile est cōtrariū indiuisibili:ergo diffinitio boni est indiuisibile.vtrū hec ratio sit demōstratio diffinitionis boni de ipso bono. Hāc q̄stionē ꝓponens Aristo.ait ꝛ si q̄s ex cōditione medij assumpti demōstrare tentet:hac videlicet cōditione:vt accipiat ꝓ medio diffinitionē cōtrarij:vt si malo inest diffinitio hec .s. diuisibile esse. et accipit̄ diuisibile moraliter nō phisice: eo modo quo in secūdo libro ethicoꝝ dicitur qꝺ malū multipharia cōtingit:ergo si mali ponatur hec diffinitio: diuisibile i.multipharie esse.et in q̄buscūq3 terīs ē aliq̄d contrariū : in cōtrario terio est cōtrariū esse.i.cōtraria diffinitio:bonū autem malo cōtrariū est: ꝛ indiuisibile diuisibili est contrariū . est itaq3 boni esse i.diffinitio indiuisibile.i.vno modo factibile.dubitatur ergo an hec ratio sit demonstratio ? Soluit Aristoteles.

¶ Et enī hic.i. huiusmodi argumento vtēs: mōstrat.i. mōstrare intēdit accipiens pro medio:qꝺ erat esse.i.diffinitionē: ad demonstrādā diffinitionē. et ita petit sibi concedi qꝺ erat ꝓbaturus. quare hic nō demōstrat quemadmodū nec precedens:de quo in prima pte diximus.et si dixeris hoc non impedire: q̄a mediū acceptū est alia diffnitio ab ea q̄ꝫ intendit demōstrare:ꝛ ita nō petit qꝺ erat ꝓbaturus:sed vnū aliud . Ad hoc respondens ait.

¶ Alterū tamē.s. q̄d quid ē sit.i. quāuis cōcedatur qꝺ diffinitio illa sit altera ab illa quā intendit demōstrare: tamen per eam nō demōstrat: q̄a non sumit qꝺ debet sumere pro medio.quāuis ꝛ enī in demōstrationib⁹ est hoc q̄dē de hoc.i.aliud sumatur ad demonstrandū

aliud: tamē nō assumatur ipsum qđ est probādū: neq₃ aliud cui⁹ tamē est eadē ratio cū eo qđ est demonstrādū: ⁊ cōuertitur vnū cū altero. i. eq̄polet alterū alteri. quare tātūdē est ac si assumeretur ꝙ est probādū. et ita est in ꝓposito: quando q̄s tentat vnā diffinitionē per alterā demōstrare: q̄a illa q̄ sumitur ꝓ medio eiusdē rationis est cū alia q̄ demōstrari intēditur. quare eq₃ ignota est prima sicut secūda: maxime in diffinitionibus cōtrariorū terminorū. Secunda adhuc ratio additur ibi.

¶ Ad vtrosq₃ autē. sensus est. ꝙ

ille q̄ per diffinitionē vni⁹ cōtrarij nitit̃ demōstrare diffinitionē alteri⁹: venit ad idem incōueniens: ad qđ deductus est ille q̄ per sillogismū diuisoriū intēdebat demonstrare diffinitionē de diffinito. vt patuit in cap̄. 4. et ideo ait. ad vtrosq₃ demonstratores. s. ad secūdū diuisionē demōstrātē. i. demonstrare volentē per sillogismū diuisoriū: ⁊ ad sic sillogizātē. s. per diffinitionē cōtrarij: est eadē dubitatio. i. difficultas vel idē incōueniens. s. qđ supponūt in premissis aliq̄d non probatum/ ⁊ petūt illud sibi concedi a discipulo. Qđ patet exēplo. vt si q̄rat̃ de diffinitione hoīs. ꝓpter q̄d homo aīal gressibile bipes sit: ⁊ nō est dicendū ꝑ copulā aīal/ ⁊ bipes. ad hāc em̄ q̄stionē ille per diuisionē in cōtraria mēbra procedet dimittendo vnū ⁊ accipiēdo aliud: iste vero per cōtrarias cōditiones duorū diffinibiliū. ideo fere eūdem modū probandi habēt. Et itē ex acceptis ꝑticulis per diuisiones ꝓcedendo/ ⁊ quālibet seorsum accipiēdo: neq₃ vna. i. nulla necessitas est fieri vnū complexū qđ predicet̃ de diffinito sine copula. possibile em̄ est qđlibet illorū seorsum predicari de diffinito: ⁊ tamē nō oīa simul isticta: patet exēplo. sicut idē homo erit ⁊ musicus et grāmaticus. et tamē diffinitio est formāda sine copula. s. aīal bipes. hoc nō pōt in oībus fieri: sed in multis est necessaria copula. vt musicus/ ⁊ grāmatic⁹. hec differētia non poterit cognosci per sillogismū diuisoriū: neq₃ ꝑ diffinitionē ꝯrij.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc cap̄. esset q̄rendū. Primo an sillogism⁹ diffinitiu⁹ sit bona demonstratio. et an sit cathegoricus/ vel hyppotericus. Secūdo. vtrū sillogism⁹ possit demonstrari sillogismo. Tertio: an per diffinitionē vnius contrarij possit demōstrari diffinitio alterius contrarij ⁊c̄.

¶ Caput sextū probat aliis medijs quod diffinitio non possit demonstrari de suo diffinito.

Qualiter igit̃ diffiniens ⁊c̄. Processerat Aristo. in hac q̄stione per quosdā modos speciales ꝓbando qđ diffinitio nō possit demōstrari de suo diffinito: iam vero v̄lr̃ id ostēdere nititur alijs rationib⁹: vnde ⁊ q̄stionē repetens ait in primis. qualiter igit̃. i. ex quo nullo predictorū modorū diffinitio pōt demōstrari de suo diffinito: queram⁹ iā qualiter diffiniēs demonstrabit substātiā: aut pro. i. qđ q̄d est. i. diffinitionē essentialē. hoc est vtrū sit possibilis aliq̄s ali⁹ modus quo diffinitio de suo diffinito demōstretur? Et adducit ad partē negatiuā sex rationes: q̄ sunt totidē hui⁹ cap̄. partes. tamē posset diuidi in tres ꝑtes principales. Prima discurrit ꝑ oēs ꝓbationum modos. et sic probat ꝙ nec sillogismo/ nec inductione pōt demonstrari diffinitio. In secūda ibi: āpli⁹ quomō: idē ostendit per dr̄iam q̄stionū q̄d est/ ⁊ q̄a est. In tertia ꝑte ibi: si ergo diffiniēs: addit rationē deducentē ad incōueniens. Videtur primo qđ diffinitio nullo modo possit demōstrari sillogismo. nā sillogismus demōstratiu⁹ ex certis principijs precognitis ꝓbat aliq̄d aliud. i. cōclusionē: sed diffiniens non pōt hoc mo

quo diffinitionē demōstrare. quia nullā habet precognitionē ad eam: sed vt pbatū est semp petit principiū. ait g. neqȝ eñi diffiniēs sicut demōstrās ex certis principijs concessis faciet manifestū esse qd qd est. sic qd necesse sit cū illa sint: ⁊ alterum aliqd esse. demōstratio eñi hoc est i. hoc modo fit: non autem diffinitio.

¶ Neqȝ sicut inducens p singularia poterit demōstrare diffinitionem. puta quia inductio hoc modo fit. cū manifesta sint ad sensum singularia quedā: ⁊ qd nihil aliter est. i. qd nō inuenitur aliter esse in alijs singularibus nō ex ptis: cōcluditur vniuersale. quoniā omne sic est: ex quo nulla apparet instātia. id autem nō est demonstrare qd est res: sed solū quoniā est aut non est. ergo neqȝ p sillogismum neqȝ per inductionem demonstratur quod quid est.

¶ Quis igit modus reliqu⁹. i. relinqtura d demonstrādū diffinitionē? q. d. nulli⁹ apparet. et si qs dixerit qd ad experientiā sensus. hoc non valet. neqȝ eñi demonstrabit. i. demonstrationē faciet aliqs sensu exteriore aut digito mōstrando rem. dictū est eñi circa finē primi libri hui⁹: qd per sensum non contingit scire: quia sciētia est vniuersalis cognitio rerū: sensatio vero omnis est singularis ⁊ vnius rei determinate. quare rem digito ⁊ sensu demōstrere nō est demōstrationē sciētificā facere: de qua loquimur in presentia. ergo nullus videtur esse modus possibilis quo diffinitio possit demonstrari de suo diffinito.

¶ Secūda pars huius cap.

¶ Ampli⁹ quomō. additur altera ratio q̄ sumitur ex differētia duarum q̄stionū si est / ⁊ qd est. nam accipiendo si est large pro si est / vel quia est: hec q̄stio determinat p demōstrationē: non ergo questio quid est. hoc prosequitur quatuor rationibus. Prima ratio.

¶ Ampli⁹ q̄ro quomō mōstrabit aliquis / qd est homo. q. d. nō poterit. necesse est eñi scientē. i. ad hoc qd sciat quia est homo aut aliud qdcūqȝ diffinibile: necesse est eum pri⁹ scire quia est. et ratio est. quia qd non est nullus scire pōt qd est. s. qd rei: sed bene pōt scire qd significat oratio aut nomē ei⁹: vt cū dico tragelaphus grece. i. hirco ceru⁹. siue sit cōplexū ⁊ oratio: siue incōplexū nomē. qd autē sit tragelaphus qd rei: impossibile est scire: quia est res impossibilis esse: vt chimera. Secunda ratio.

¶ At vero: est psequtio precedētis. dictū est eñi qd ad sciendū quid est oportet pri⁹ scire quia est: at vero si aliqs demōstrabit qd est: ergo ⁊ quia est oportet eum demōstrare simul. sed hoc esse nō potest. et qualiter ille demonstrabit vtrūqȝ simul. i. vna et eadē ratione siue argumentatione: hoc eñi videt impossibile. nā diffinitio vnū aliqd est suple ostēdens. s. qditatē siue naturā rei. et similiter demonstratio vnū ostendit. s. esse rē vel qd res sit. sed hec duo sunt distincta ⁊ non vnū. id eñi qd qd est homo: ⁊ esse hoīem aliud ⁊ aliud est. ergo nō vna ratione vtrūqȝ demōstrari pōt. ¶ Ex hoc tamē loco quidā fundare volunt distinctionem esse ab essentia in creaturis ⁊c. Sed hoc fundamentū infirmū est propter duo. tum quia Aristo. in hoc loco nihil dicit assertiue: sed solū inqrit disputatiue. tum etiā quia hec duo vocabula esse / ⁊ qd qd est accipiuntur hic logice ⁊ in secūda intentione. s. pro questionib⁹ quia est / ⁊ qd est. cū ergo dicit id autē qd qd est homo / ⁊ esse hoīem aliud est. sensus verus est: qd alia est q̄stio qd est / ⁊ alio modo determināda: ⁊ alia questio quia est ⁊ aliter absoluenda. non ergo vna ⁊ eadē ratione declaratiua vtraqȝ earū determināda est. et quia questio q̄ est determinatur demonstratione: ergo q̄stio qd est / nō est determināda demōstratione. quare seqtur qd diffinitio non possit demonstrari de suo diffinito. Tertia ratio.

Questio de esse ⁊ essentia.

¶ Postea & per, est etiā suplemē

tum precedentis .s. qd questio qa est p demonstratioe determinetur. dicimus eni omne qa est.i.omem ppositione de est tertio adiacete necessariu esse determinari per demonstratione: nisi quado predicatu est substatia.i. essentiale subiecto. puta diffinitio vel pars diffinitionis.qa huiusmodi ppositiones sunt immediate et indemostrabiles.vt supra in primo libro hui9 declaratu est.esse aute s.qd petit questio si est/vel qa est: non est vlla substatia.i. essentiale predicatu alicui9 rei.non eni est genus qd est siue ens: neqz etia differentia essentialis ad aliqd subiectu: sed poti9 ad pprietates reru pertinere videtur. qa ergo questio qd est substantia querit: et qstio qa est pprietate: demonstratio itaqz erit ipsi9 quia est determinatiua /non ipsius qd est.qd quidem.s.demonstrare qa est/ et non qd est: et sic omnes scientie demostratiue faciut atqz obseruant.na et geometer quid significet triagulus accipit atqz supponit: sed quia est talis/aut talis:demonstrat.eadem ratio est de arithmetica: et de alijs scietijs atqz terminis earu. ¶ Aduerte hic qd Aristot.in hoc

Utrum ens sit gen9 etc. loco non intendebat determinare qstionem illa: vtrum ens sit genus an non: sed intentio sua erat dicere qd questio/ quid est substantia querit: et questio qa est proprietatem demonstrabile de subiecto.ergo quia est non pertinet ad substantiam sed ad proprietatis qualitate. nimiru ergo dixit: quod ly quod est vel ens siue existens. non est genus idest pertinens ad substantiam siue diffinitionem: vt genus vel differentia essentialis alicuius diffinibilis.per genus enim hic sicut et in quarto libro topicoru etia differentiam comprendit atqz intelligit. qstione tn ista.s. vtru ens sit genus/ vel species/vel aliud qdcuqz pdicabile proprie dictum: in fine nostrorum predicamentorum latissime disputauimus. Sed ad cautiones euitandas dicimus quod ens duobus modis potest accipi. primo vt ens sit nomen significans idem quod res vel aliquid.et sic est predicatum essentiale respectu cuiuscunqz subiecti supponentis.alio modo ens est participiu significans ide qd existens. et sic est predicatu accidentale. nam existentia vnicuiqz creature accidit/nec est necessaria.et hoc secundo modo accipitur est quod querit questio si est/vel qd est: et ita accipitur in proposito. quod et ratio seques declarabit. ¶ Quarta ratio.

¶ Quid igit: q huiusmodi est.

diffiniens sua diffinitione non demonstrat si res est/vel qd res est: ergo neqz quid est. consequetia tenet ex eo quod impossibile est scire quid est ignorato si est. et antecedens probatur. quia diffinitio solum declarat essentiam rei: no autem si res est vel esse possit: quia hoc accidentarium est et non pertinens ad essentiam. diffinitio ergo demonstrari non potest.ait ergo.quid igitur dicem9? nunqd demonstrabit diffiniens? vt puta demonstrabit quid est triangulus? quod si concedatur: sequitur quod diffinitione sciens quid est res no sciet si est. quod tamen est impossibile: vt supra notauimus.cosequentia tenet quia diffinitio solum dicit quid est/ et non si est.hoc enim manifestum est secudum modos terminoru idest diffinitionum qui nunc offeruntur: quod diffinientes per suas diffinitiones non demonstrant/quia est aliquid.verbi causa.si ponatur hec diffinitio circuli: quod est figura ex medio equalis: idest a cuius medio (quod centrum dicitur) omnes linee recte vsqz ad circumferentiam sunt equales. posita inquam hac diffinitione: adhuc queritur idest querendum restat: propter quid est quod diffinitur: vt propter qd est circulus? hoc est si est dabile mediu quo demonstretur quod est circulus. probatio quod adhuc maneat illa questio/qa est indeterminata. esset eni possibile dicere ipsum qd est motis enei: (q grece orichale9 dr:) de quo tame no sci=

mus q̄a est: cū sit falsum. neq̧ eñ quod possibile sit esse qđ dicitur. i. diffinit assignant. i. declarāt termini. i. diffinitiones. hoc est. neq̧ dicūt qđ illud est cui⁹ dicūt esse illā diffinitionē. sed data diffinitione semp adhuc licet querēdo dicere: et ꝑpter q̄d illud est. i. da causam ⁊ mediū quo probes q̄a est. patet igit̄ qđ diffinitio nō demōstret si est: quare neq̧ q̄d ē.

Resolutio. ¶ Poterit autē tota hec secūda pars colligi hoc modo. sicut se habet diffinitio ad declarādū q̄d est: ita demonstratio ad declarādū q̄a est: q̄a cum sint diuerse q̄stiones nō eodē instrumento rationis determinantur: sed vnaq̄q̧ earū indiget suo modo declarationis seorsū ab alia: sed constat qđ q̄stio q̄d est determinatur diffinitione. ergo questio q̄a est nō diffinitione sed demōstratione determinatur. ergo ꝑmutādo. sicut se habet diffinitio ad q̄a est: ita se habet demonstratio ad q̄d est. sed diffinitio nō pōt probare q̄a est: vt nūc ostēdim⁹: ergo neq̧ demōstratio poterit probare q̄d est. diffinitio igitur non potest demonstratione sciri de eo cuius est.

¶ Tertia pars huius cap̄.

¶ Si ergo diffiniens &c. Ad impossibile vel incōueniens deducēdo proteruū adhuc ꝓbare poterim⁹ qđ diffinitio nō demonstrat neq̧ demōstrat̄. hoc modo. si ergo diceret proteru⁹ qđ diffiniens demōstrat: op⁹ est vt dicat qđ demonstrat q̄d est. tunc quererē ab eo aut demonstrat q̄d est res/ aut q̄d significat nomē. sed neutrū potest dari. ergo nullo modo demōstrat: maior supponitur ex sufficiētia illi⁹ diuisionis. minorē vero ꝓ prima ꝑte breuiter probās ait. sed nō est vllo modo demōstratiua ei⁹/ qđ q̄d est. s. res: vt in precedente ratione dictū est. s. q̄a nō pōt sciri q̄d est sine q̄a est: qđ non demōstrat diffiniens. ergo prima pars minoris est vera. secūda etiā probatur. erit vtiq̧ omīs diffinitio oro idē significans cū noīe. sed hoc est incōueniēs propter tria. primū est. q̄a seq̄retur qđ non substātiarū/ ⁊ eorū q̄ nō sūt. i. nō entiū vt chimere/ vacui/ infiniti esset diffinitio. qđ videtur absurdū. ꝯña probat̄. est eñ i. cōtingit significare. i. noīare non solū subās/ ⁊ ea q̄ sūt: sed ⁊ nō subās ⁊ nō entia: ergo ⁊ diffinire diffinitione q̄d noīs.

¶ Ampli⁹. i. secūdū incōueniēs. q̄a seq̄retur qđ oēs sine discrimine orationes. i. collocutiones/ disputationes/ ⁊ narrationes historiarꝫ essent diffinitiones. qđ est manifeste falsum. ꝓbat̄ consequētia. esset eñ vtiq̧ possibile vnū nomen ponere cuilibet orōni idē significans cū illa. quare ipsa esset ei⁹ diffinitio. et vlteri⁹ seq̄retur qđ teris. i. diffinitionib⁹ disputabim⁹ oēs. i. oēs disputationes/ ⁊ collocutiones nr̄e essent diffinitiones. et similiter ilias Homeri/ vel eneis Vergilij/ aut pharsalia Lucani/ aut queuis alia historia quantūcunq̧ prolixa esset vna diffinitio. quod nullus sane mentis diceret.

¶ Ampli⁹. tertiū cōueniēs: neq̧ vna. i. nulla sciētia demonstrat vtiq̧ sed poti⁹ supponit vt precognitionē: q̄a hoc nomē ei⁹ ostendit. i. significat qđ q̄d est esse. i. quāuis rem. igitur neq̧ diffinitiones illud demōstrāt vel assignant. ꝯña tenet q̄a oīum scientiarū principia sunt diffinitiones: ergo si scientie nō demonstrāt aliq̄d: neq̧ diffinitiones. quare nr̄a minor probata est vera. s. qđ non possit dari q̄d demōstret diffiniens ꝑ suā diffinitionē. ergo neq̧ diffinitio erit demonstratiua/ neq̧ demōstratio erit diffinitiua. i. probatiua diffinitionis. qđ per hec quatuor cap̄. multipliciter disputantes conati sumus probare. Sequitur epilogus huius tractatus.

¶ Ex his igit̄ supradictis patere possūt respōsiones ad illas q̄stiones q̄ in cap. 2. ꝓposite sunt. s. qđ diffinitio ⁊ sillogism⁹. i. demōstratio nō sunt idē instrumentū cognoscende veritatis. neq̧ eiusdem obiecti materialiter ⁊ formaliter est

ter est

ter est sillogismus ⁊ diffinitio. adhuc qđ diffinitio nihil demōstrat/ neqꝫ mōstrat. et deniqꝫ qđ diffinitionem: q̄ est qđ quid est: neqꝫ diffinitione/ neqꝫ demonstratione cognoscere est possibile. Sed hec omnia solū probabiliter disputando / ⁊ nō asseuerando dicta intelligantur.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa istud cap̄. ex principali intētione Aristo. nihil est querendū vt resoluatur: quia ipse nihil assertiue dicit in eo. sunt tamen quedā dubia incidētalia q̄ ex dictis ei⁹ ortū habent: hec fere. Utrū nō substātiarū possit esse diffinitio. Utrū non entiū. i. impossibiliū. Utrū ens transcendens sit verū genus. Utrū esse ⁊ qđ q̄d est. i. essentia differant in reb⁹ ad extra. Utrum questio quid est possit determinari demonstratione ⁊c.

¶ Tractat⁹ terti⁹ respōdet assertiue ad questionē diu agitatā . s. vtrū diffinitio possit demōstrari de suo diffinito. habet tria capita: primum est in ordine.

¶ Caput septimmum reppetitis quibusdam prius dictis innuit quod diffinitio possit demonstrari. et comparat tres q̄stiones q̄d est / q̄a est/ et propter q̄d est.

Verū autē speculandū ⁊c. Post tam prolixā ⁊ tediosam disputationē (q̄ tamen nō fuit inutilis) dicamus iam q̄d secundū veritatē ⁊ nr̄am intētionē respōdendū sit ad q̄stiones superius motas. q̄ tamē oēs in vnā videntur incidere. s. quomō sit inuenienda diffinitio que: debet esse mediū in demonstratione. et vtrū possit probari de suo diffinito per demōstrationē. Habet autem hoc cap̄. tres ꝑtes principales. In p̄ma ꝓponit intentionē suā ⁊ insinuat veritatem d̄terminādā. In secūda ibi: quo aūt modo: cōparat q̄stiones duas q̄d est/ et q̄a est. in tertia ibi. est autē quorūdā: cōparat q̄stiones q̄d est/ ⁊ propter q̄d est. ꝓponens ergo Aristot. intentū suū ait. iterū autē redeūtes ad q̄stiones ꝓpositas magis ex ꝓposito: speculandū est. i. attente cōsiderādum est nobis: q̄d eorū q̄ i disputatiōe dicta sunt: sit benedictū: ⁊ q̄d non bene. q̄a nō oēs rationes facte concludūt bene. et inq̄rendū est nobis q̄d sit diffinitio: vtrū sit idē qđ demōstratio: aut sit differēs ratio ab ea. et tertio cōsiderandū est: vtrū ei⁹ qđ q̄d est . i. q̄stionis q̄d est: demonstratio sit aliquo modo d̄terminatiua / aut solū diffinitio/ aut nullo mō ad hoc valeat demōstratio. hoc eñ est intentū nr̄m: harū q̄stionum veritatē inquirere. Sed ante omnia repetamus quedā ex dictis superi⁹.

¶ Quoniā autē sicut diximus: in fine primi cap̄. hui⁹ secūdi libri: idem est scire q̄d est: ⁊ scire causam ipsius si est. hoc est qđ eodem medio determināntur iste due questiones. s. q̄d est/ ⁊ q̄a est. nam causa est mediū: ⁊ mediū est q̄d est i. diffinitio. hoc supposito ostendere volumus aliquo modo posse demōstrari q̄d est. Ratio autē hui⁹ est. nā alicui⁹ q̄d est. i. diffinitionis aliqua causa ē. et hec aut est eadē ipsi q̄d est: aut alia ab eo. et si vtiqꝫ alia est: necesse qđ sit aut demonstrabilis aut indemonstrabilis per aliā priorem. nā si causa est eadem ipsi quid est: non poterit per eam demōstrari: q̄a esset petitio principij. si vero sit alia ab eo: poterit per illā demonstrari: siue illa sit iterū demonstrabilis siue non. necesse est enim causam esse mediū demonstrationis. et si fiat demonstratio: erit in prima figura/ immo in p̄mo modo ei⁹. vniuersale eñ est predicatū qđ demon

stratur de subiecto in casu illo: ⁊ predicatiuum.i.affirmatiuū.cuiusmodi cōclusio in sola prima figura potest concludi

¶ Per hec verba igitur insinuat Aristo.et in genere ꝓponit diffinitionē posse demōstrari de suo diffinito. quādo.s. diffinitio ea fuerit q̄ significet id qđ habet causam: siue illa causa habeat aliā causam per quā ipsa etiā possit demonstrari: siue non.nā per illā causam diffinitio demonstrari poterit: cū mediū demonstrationis sit causa.hoc tamē dictū generale in sequētib⁹ postea magis in specie ðclarabit. quāuis ex dictis supra in cap̄.9. primi libri posset hoc aliquo modo ꝑcipi: vbi triplex diffinitionū genus declaratū est.nam quedā diffinitio est principiū demonstrationis: alia est conclusio demōstrationis:⁊ tertia est velut tota demōstratio.s.q̄ ex duabus predictis est cōstituta.ergo sentit qđ est aliqua diffinitio q̄ pōt per aliā demōstrari.

¶ Vnus quidē igitur modus .s. quo diffinitio possit demonstrari: nunc exquisitus.i.ex supradictis quesitus hic est.s. demonstrare vnū qđ quid est per aliud qđ quid est.quia vna diffinitio dicit causam eius qđ per aliā diffinitionē significatur.vt postea magis inspecie declarabitur. et horū qđ quid est.i.huiusmodi diffinitionū que sic demōstrātur: necesse est mediū demonstratiuū etiā esse qđ quid est . nam supra dictū est in cap̄.tertio hui⁹ secūdi:qđ propriorū.i.cōuertibiliū terminorū mediū debet esse proprium.i.conuertibile cum extremis.

¶ Quare sequitur correlarie qđ eorū q̄ sunt qđqđ erat esse.i.diffinitionū eiusdē rei: hoc quidē.i.vnū eorū demonstrabit vt principiū :illud vero .i. aliud non monstrabit/sed potius monstrabitur vt cōclusio demonstrationis. Quia tamē superi⁹ in cap̄.5.arguebatur quod vnū qđ qđ est nō poterat demōstrari ꝑ aliud qđ quid est: q̄a peteret principiū ⁊c̄.ad hoc respondens Aristo.dicit.

¶ Hic quidē igit̄ modus.s. nūc dictus quo vna diffinitio per aliā probatur: dictū est prius in cap̄. 5. hui⁹ secūdi qđ nō sit demōstratio:sed non bene probatū est.nā ille sillogism⁹ logicus erat. i.solū dialecticus siue probabilis ⁊ non necessari⁹ : poterat ergo solui ratio illa negando qđ ibi sit petitio principij . q̄a vna diffinitio potest esse notior de suo diffinito quā altera: ⁊ ita si diffinitio notior assumatur ad probādā aliā minus notā:nō assumitur qđ erat probandū.

¶ Secunda pars hui⁹ cap̄.

¶ Quo autē modo contingat. Ea q̄ in genere ⁊ cōfuse dixerat Arist. specie tenus declarare intendēs: adducit comparationē quatuor q̄stionū scibibium.quas tamē ad tres reducit.s.accipiens q̄stiones duas si est / ⁊ q̄a est pro vna.In hac ergo secūda ꝑte ponit comparationē q̄stionis: q̄a est ad duas questiones qđ est/⁊ ꝓpter qđ est.Et primo cōparationē duarū questionū qđ est / ⁊ q̄a est. vt declaret quomodo vnaq̄q; earū determinari possit. ait ergo.quo aūt modo cōtingat demōstrari vnū qđ quid est per aliud:dicem⁹ magis in specie.dicentes iterū ex principio.i. assumentes vnū aliud principiū dicendorū.hoc.s.qđ sicut habētes prius q̄a est aliqđ: q̄rim⁹ postea ꝓpter qđ ita est: (nam supra in cap̄. primo hui⁹ secūdi ordinātes q̄stiones scibiles diximus:qđ questio ꝓpter qđ seq̄tur q̄stionē q̄a est:) aliquādo tamen hec duo q̄a est/⁊ propter qđ est simul fiunt nobis manifesta.s.quādo formam⁹ demonstrationē ꝓpter qđ: vt in cap̄.14.primi libri declaratū est: sed tamen non est possibile prius scire ꝓpter qđ quā q̄a est. Est ergo sensus: qđ iste due q̄stiones q̄a est/ ⁊ ꝓpter qđ est possunt aliquādo simul determinari vnica demōstratione/⁊ simul sciri: sed quādo seorsum ⁊ nō simul determinātur.necessario debet pri⁹ determinari ⁊ sciri q̄stio q̄a est quā q̄stio ꝓpter qđ est:⁊ nō econtra : sicut ergo iste due q̄stiones hoc ora

dine comparãtur adinuicem: ita etiam q̃stio quia est/⁊ questio qd est (de quibus principaliter hic agim⁹) eodem ordine sese habẽt adinuicem. ideo ait.manifestum qđ similiter ⁊ qđ qd erat esse i.q̃stio qd est nõ scitur sine qa est: quia vel prius est determinãda questio qa est quã qd est:vel simul vtraq;⁊ nõ pri⁹ questio quid est/quã questio qa est.impossibile eñi est scire quid est ignorantem si est res. Est ergo prima cõparatio inter has duas q̃stiones:q̃stio qd est non põt determinari sine q̃stione quia est. Secunda comparatio.

¶ Hoc autem si est huiusmodi est: qđ aliquãdo prius cognoscimus qa est/quã qd est: ⁊ aliquãdo simul vtrũq; cognoscimus. hoc probans ait.hoc aũt s.questionẽ si est/vel quia est:aliquãdo qdem habemus cognitũ secundũ accidens.i.per mediũ aliud ab illo quo scire debemus qd est.et tũc prius scimus quia est/quã quid est: aliquando vero scimus qa est res:habentes qd est.i.diffinitionẽ ipsius rei:⁊ tunc simul atq; per idem mediũ scimus qd est / ⁊ quia est. Exempla de hoc secũdo modo.vt tonitruũ scimus esse: quoniã scimus qđ sonus quidã est nebularũ.i. nubium.que est diffinitio tonitrui.et defectũ.i.ecclipsim esse scimus: quoniã priuatio quedã luminis est scimus:q̃ est diffinitio ecclipsis.et hominẽ scim⁹ esse:quoniã scim⁹ aĩal quoddã.s.rationale vel bipes:q̃ est diffinitio hoĩs. et animã scim⁹ esse:quãdo scimus esse idem seipsum mouens. sed queciũq; scim⁹ esse nõ per diffinitionem rei:sed secũdũ accidẽs.i. per aliud mediũ scimus quia sunt:necesse est illa nullo modo se habere ad quid est.i.per talia media nõ scimus de reb⁹ qd sunt. et tunc prius scim⁹ quia est/quã qd est. neq; enim qa sunt scim⁹per tale mediũ quo possim⁹ scire etiã qd est res.querere autem qd est res nõ habentes.i.non scientes quia est: nihil est q̃rere. secũdũ autẽ quecunq; media habemus qd est res: facile est scire quia est. quare tunc quemadmodũ .i. quam cito habemus quia est res: sic .i. tam cito ⁊ simul habemus medium ad sciendum quid est. Sequuntur exempla.

¶ Quorũ igit̃ habem⁹ aliquid idest aliquã diffinitionẽ ipsi⁹ quid est .i. q̃stionis qd est determinatiuã. hec subdãtur exempla.primũ eorum quidẽ. sit defectus.i.ecclipsis lune in quo.A.maior extremitas.luna sit in quo.C. minor extremitas.oppositio terre inter duo luminaria.sit in quo.B.mediũ. Querere igitur vtrũ deficit luna an nõ : est q̃rere.B.mediũ nũquid est aut nõ.hoc aũt querere nihil differt q̃rere.i. nihil aliud est quam querere: si est ratio.i.diffinitio ipsius ecclipsis. et si sit hoc.i. talis diffinitio reperta:⁊ illud.i. ecclipsim dicim⁹ esse.et ita inuenta diffinitione q̃ est medium determinãtur simul iste due q̃stiones quid est / ⁊ qa est. aut hoc medium querere est querere vtrius.i.cuius duarum partium contradictionis est ratio.i. diffinitio illud mediũ.vt vtrum sit ratio huius affirmatiue habẽdi duos rectos: aut sit ratio huius negatiue.non habendi duos rectos .i. angulos duob⁹ rectis equos. Tertia comparatio.

¶ Cum autẽ simul inueniamus: est duarum questionum quia est/⁊ propter quid est:quia in principio hui⁹ partis introduximus questionem propter quid est comparandam ad questionem quia est: dicimus nũc quod eodem modo cõparantur sicut dictum est de questionibus quid est/⁊ quia est.scilicet qđ aliquando cum comperimus si est : simul ⁊ propter quid est scimus: aliquando autem reperto si est nequaquam scimus propter quid est. et hec diuersitas prouenit ex diuersitate medij per quod scimus quia est: puta quia aliquando est causa/ ⁊ aliquando non . hoc est quod dicit.cum autem inueniamus medium:tunc simul ipsum quia ⁊ propter qd scim⁹.s.si p media.i.p causas scimus

quia est. si vero nõ per causas sed p aliqua alia media: tũc scim⁹ quia est: sed non ꝓpter q̃d. Hoc secundũ exẽplo fiet manifestum.

¶Sit ergo luna ĩ quo. C. minor extremitas. defectus .i. ecclipsis sit. A. maior extremitas. sed. B. mediũ sit hoc lunã plenã vmbrã non posse facere in alijs corporib⁹ .s. in hoĩbus. puta nullo nr̃m in medio. i. in media platea existẽte manifesto. s. per suã vmbrã: sic q̃ nullius nostrũ vmbra appareat manifesta. tunc sic arguim⁹. si ergo in. C. luna plena est. B. q̃ est nõ posse facere vmbrã s. cũ nullius nr̃m in medio existentis apparet vmbra; in hoc q̃dem. B. medio ẽ A. q̃ est deficere. i. ecclipsari. q. d. si iste due premisse sint vere. luna existẽte plena si nullus nr̃m extra domũ existens vmbrã proijcit/fitq3 manifestus sua vmbra: luna ecclipsatur; sed in isto die vel hora nullus nr̃m ⁊c. ergo tũc luna ecclipsatur. et sic q̃a deficit luna manifestũ est: sed nondũ ꝓpter q̃d. solũ eñi sciem⁹ q̃a defectus q̃dem est in luna: sed q̃a nõ habem⁹ q̃d est defectus. i. diffinitinionẽ ecclipsis: nescimus ꝓpter q̃d. Cũ autẽ manifestũ est modo predicto q̃. A. defectus in. C. luna sit: ⁊ determinata est questio q̃a est: restat q̃rere ꝓpter quid luna deficit. sed hoc propter quid q̃rere est q̃dem q̃rere. B. mediũ q̃ sit ratio/⁊ causa ecclipsis: puta vtrũ sit obiectio. i. interpositio terre/aut sit conuersio lune ab vna facie in aliam/aut extinctio luminis lune. iuxta varias philosophorũ sectas. hoc autem mediũ ⁊ causa est ratio. i. diffinitio alteri⁹ termini. i. alterum⁹ duorũ terminorũ siue extremitatũ sillogismi. puta diffinitio maioris aut minoris extremitatis. et in his duob⁹ exemplis mediũ est ratio ipsi⁹. A. maioris extremitatis. Nã in primo exẽplo de ecclipsi lune mediũ est diffinitio ecclipsis. est eñi defectus lucis in luna obiectio. i. cõtrapositio siue interpositio terre. In secũdo exemplo. q̃d est tonitru⁹. i. diffinitio ei⁹ q2 illa erit mediũ. s. extinctio ignis in nube. et si querat̃ ꝓpter q̃d tonat. i. fit ille sonus? respõdendũ est per diffinitionem predicati .s. ꝓpter extingui ignem in nube. hec diffinitio tonitrui accepta est ab antiq̃s phis in exemplũ. sed eam reprobat Aristo. in tertio libro metheororũ dicens: q̃ tonitru⁹ magis est accẽsio quã extinctio ignis in nube. Ad faciendã ergo demonstrationem. sit tonitruũ. A. sit nubes. C. extinctio ignis. B. in. C. igitur nube est. B. quia in minori ꝓpositione. B. dicitur de. C. extinguitur eñi ignis in ipsa nube. huic autẽ medio B. inest. A. tonitruũ. et est. B. ratio ipsi⁹ A. primi termini. i. maioris extremitatis diffinitio. si autem iterũ huius medij aliud mediũ sit ad probandũ hanc diffinitionem de suo diffinito: erit ex reliq̃s rationib⁹. i. aliqua aliarũ diffinitionum eiusdẽ subiecti. q̃a inferi⁹ dicemus q̃ p vnã diffinitionẽ potest alia demõstrari: ⁊ hoc etiã in principio hui⁹ cap̃. insinuatum est. Epilogus.

¶Vt igitur. i. quemadmodũ accipitur. i. demonstratur. quid est. i. diffinitio de suo diffinito: ⁊ fit notum. i. determinatur questio q̃d est: dictũ est in hoc cap̃. Unde sequitur correlarium.

¶Quare sillogism⁹. s. q̃d ipsius quid est. i. diffinitionis principalis non fit sillogism⁹/nec demonstratio ad probãdũ ipsam. manifestũ tamẽ fit q̃ quid est per sillogismũ atq3 demonstrationẽ: quia ponitur in ea vt mediũ. quare nec sine demonstratione est. i. contingit cognoscere quid est. i. diffinitionẽ cui⁹ est alia causa prior ea. neq3 est demonstratio ipsius diffinitionis: sicut. i. eo modo quo in dubitationibus vel oppositionibus dixim⁹. i. in argumẽtis secũdi cap̃. et in sexto precedẽti. verũ est eñi q̃ illis modis q̃ q̃d est nõ põt demonstrari de eo cui⁹ est. s. per sillogismum reduplicatiuũ/aut diuisiuum/aut diffinitiuũ. sed mõ alio vt ex dicẽdis apparebit. ¶Sẽsus hui⁹ correlarij est: q̃ iste due in de-

finite sunt simul vere. diffinitio potest đ mōstrari de suo diffinito. s. illa cui⁹ est al tera causa prior. et diffinitio non pōt de monstrari de suo diffinito. s. illa q̄ nō ha bet aliā priorē sc. nihilominꝰ q̄a illa po nitur vt mediū in demōstratione ꝓpter q̄d ⁊ potissima: in demonstratione fit no ta/⁊ nō cognoscitur sine demonstratio ne: sed simul cū demōstratione cognos citur. q̄a illa diffinitione inuenta habet demōstratio: qua simul determinantur q̄stiones/q̄a est/quid est/⁊ ꝓpter q̄d ē.

¶ Tertia pars huius cap̄.

¶ Est autē quorūdā. Supest cō paratio duarū questionū q̄d est/⁊ pro pter q̄d est: vt videam⁹ quomō vnaq̄q; earū determinari habeat ⁊ quo ordine. ait ergo. est autem quorūdā. i. aliquarū diffinitionū altera causa .i. altera prior diffinitio p q̄/ vt p causam possit demō strari: quarūdā vero aliarū nō ē altera q̄dē causa/sed sunt indemōstrabiles. qđ seq̄tur. diffinitiones ⁊c̄. non est in textu greco Aristo. sed ab expositorib⁹ latinis additū est gratia đclarationis. diffinitio nes inquisit secūdū speciē. i. formā vel fi nem pate nullū habent mediū quo de mōstrētur: sed diffinitiones secūdū ma teriā facte possunt hr̄e mediū. Sequit̄.

¶ Quare manifestū est qđ eorū q̄ sunt quid est. i. diffinitionū alie q̄dem earū sine medio. s. quo demonstrētur: ⁊ huiusmodi diffinitiones principia sunt scientiarū ⁊ demōstrationū. quas ⁊ sup ponere oportet/⁊ nō ꝓbare esse bonas ⁊ ꝓprias diffinitiones: ⁊ q̄d sunt. i. q̄d si gnificent termini earum: aut si obscure sint alio modo q̄ p demonstrationē ma nifestas facere: puta per exēpla vel p si militudines/vel per aliquos locos dia lecticos. qđ quidē facit arithmeticus cir ca vnitatē q̄ est numerorū principiū. et nāq; q̄d est. i. q̄d significat hoc nomē vni tas: ⁊ q̄a est vnitas supponit vt princi piū demonstrationis ⁊ sciētie/⁊ nō pro bat. hoc idem exemplū posuit Aristot. supra in primo cap̄. primi libri in pte se cūda: vbi egit de precognitionib⁹ dicēs oportet precognoscere vnitatē vtraq;: ⁊ q̄d significet quidē/⁊ q̄a est. Sed diffini tionū habentiū mediū quo demonstrē tur puta quarū est altera causa sub e .i. q̄d est: ⁊ ipsius esse. i. q̄a est: huiusmodi inquā diffinitiones est. i. contingit osten dere per demonstrationē: vt dictū est in prima pte hui⁹ cap̄. non autem cōtingit eas demonstrare qđ q̄d est. i. esse diffini tiones. Hoc addit Aristot. alludens ad id qđ supra in cap̄. 3. hui⁹ secūdi argue batur. s. qđ quid est nō posse demōstra ri de eo cui⁹ est in eo qđ quid est. i. p sil logismū reduplicatiuū. facit enī differē tiam inter has duas cōclusiones. hō mo est aīal rationale: ⁊ hec est diffinitio ho minis: aīal rationale. nam artifex realis demonstrat primā non secūdā: licet ar tifex sermotionalis possit secūdā demō strare. nā Porphiri⁹ in sua isagoge ad predicamēta Aristo. demonstrauit diffi nitionē generis de genere: hoc secūdo modo. s. qđ illa erat bona diffinitio gene ris. Deinde cum dicit.

¶ Diffinitio autē, ꝓsequit̄ predi ctā differentiā diffinitionū. et primo pro bat qđ pōt dari diffinitionis altera diffi nitio expositiua. s. qđ diffinitio sit oratio manifestatiua ipsi⁹ qđ quid est: manife stū ex diffinitione q̄d nois hui⁹ termini diffinitio. ergo aliqua erit ratio. i. diffini tio ipsi⁹ q̄ quid nomē significat đclaret: ⁊ erit altera oratio a prima: ncīa ponēs i. exponēs vel interpretās. vt vbi causa. oratio q̄ declarat q̄d significat qđ quid est triāgulus. i. diffinitio triāguli. qđ q̄d i. quā orationē habentes. i. scientes illā: adhuc nescimus q̄a est res / aut ꝓpter q̄d est: sed vtrūq; q̄rim⁹. difficile enī est sic. i. per huiusmodi diffinitionē accipe re q̄d sint ea q̄ nescimus q̄a sunt. causa autē hui⁹ difficultatis dicta est pri⁹. s. in cap̄. precedēte. quare necē est/nec si nō est res scim⁹ per diffinitionē quid nomi

nis nisi secūdū accidēs .i. p aliud medium hoc sciamus. De hac ergo diffinitione q̄d nominis siue expositiua alterius diffinitionis: duo dicit. Primum ibi.

Oratio aūt. & dicit q̄d illa difinitio est oratio vna. dupliciter eni dicitur aliqua orō esse vna: vt etiā in primo lib. Perihermenias dictū est: hec q̄dē dicit vna coniunctione. s. copulatiua aut disiūctiua vniēte ptes ei⁹. vt ilias. i. historia Troiana ab Homero descripta. alia vero est orō vna simpliciter/puta q̄ vnū de vno ostendit nō secūdū accidens: et hoc secūdo modo; vna q̄dē igitur orō ē termin⁹ termini. i. diffinitio diffinitionis explicatiua. q̄a est orō vna secundo modo: nō aūt p̄mo modo: vt ilias. Scd̄o ibi

Ali⁹ vero terius. dicit q̄d hec prior diffinitio nō demōstrat aliā cui⁹ est interpretatiua. nā ali⁹ terius. i. alia diffinitio ab ista est orō demonstrās ꝓpter q̄d ita est sicut dicitur diffinitio triāguli. quare prima q̄dē diffinitio/de qua nūc loquimur/ significat q̄d alia diffinitio contineat: nō aūt demōstrat. q̄ vero posteri⁹ est. i. posterior diffinitio. s. q̄ dicit propter q̄d erit vt demōstratio ipsi⁹ q̄d q̄d est .i. diffinitionis q̄d rei sola positiōe. i. situ terminoꝝ a demōstratione differens. vnde Aristo. huiusmodi diffinitionē vocat demonstrationē ꝯtinuā. i. vnicā in vna sola oratione. ꝛ ecōtra demōstrationē explicitā q̄ huic diffinitioni correspōdet: vocat diffinitionē discretā. i. diuisam in plures orōnes. Ex oīb⁹ p̄missis accedit Arist. ad ꝓpositionē huius tertie ptis. i. ad cōparationem duarum q̄stionum q̄d est/et propter quid est ibi.

Differt enim: et sēsus ē q̄d differt dicere q̄d ē res et ꝓpter q̄d est. differt inq̄t dicere ꝓpter quid tonat: et q̄d est tonitru⁹. dicet enim q̄s ad p̄mā q̄stionē sic. propter id forsitā quod extinguit ignis in nubibus. ad q̄stionē vero q̄d est tonitru⁹? dicet q̄ est sonus extinctionis ignis in nube: ergo ex differēti respōsione apparet q̄ ille due q̄stiones differūt. Verūtamē q̄a posset aliquis dicere q̄ vtraq̄ respōsio in sentētia est vna/quāuis verba sint variata: addit Aristo.

Quare eadē orō in sententia alio ꝛ alio modo dicit. i. noīatur. sic quidem. i. primo modo dr̄ demōstratio cōtinua. sic autē. i. secūdo modo dicit diffinitio demonstranda. nam secūda responsio demonstratur per primam.

Ampli⁹ est terius. addit alia ratio ad ꝓbādā drīā illarū responsionū ad illas duas q̄stiones/dicēs: q̄ terius i. diffinitio hec tonitrui: son⁹ fact⁹ in nubib⁹: hec inquā est diffinitio ipsi⁹ q̄d est i. dicēs q̄d est: ꝛ est cōclusio demōstrationis: q̄ autē diffinitio est imediatorū. i. de numero earū q̄ medio carent positio ē i. principiū demōstratiuū ipsi⁹ q̄d est. i. alteri⁹ diffinitionis quid rei. et ideo est diffinitio in demonstrabilis.

Est ergo diffinitionū triplex drīa/vna quidem ē orō explicatiua ei⁹ q̄ q̄d est. i. diffinitionis q̄d rei: ꝛ illa dicta est diffinitio q̄d nois: estq̄ in demonstrabilis. i. q̄ nec demōstrare neq̄ demōstrari pōt. vna vero. i. alia diffinitio est sillogism⁹. i. demōstratiua ipsi⁹ q̄d est. differens tamē a demōstratione casu. i. positione ꝛ situ terioꝝ. tertia aūt diffinitio est q̄ est declaratiua ipsi⁹ q̄d est. i. q̄ditatis vel essentie rei: ꝛ est cōclusio demonstrationis .i. q̄ probat p demōstrationē. Ergo satis ꝯstat q̄ iste due q̄stiones differūt: ꝛ ex earū drīa seq̄tur q̄ diffinitio aliqua pōt demōstrari de suo diffinito. s. per aliā diffinitionē eiusdē diffiniti: puta diffinitio dicēs q̄d rei: p diffinitionē dicētem ꝓpter quid ita est. Sequitur epilogus totius capituli.

Manifestū igit ex dictis i hoc cap. euadit. q̄ ipsi⁹ q̄ q̄d ē .i. diffinitionis est demōstratio/ꝛ q̄ nō ē. et pro .s. quorū. i. q̄rū diffinitionū ē demōstratio: ꝛ q̄rū nō est. Ampli⁹ aūt est manifestū quot modis dr̄ diffinitio. i. quotuplex est

diffinitio. q̄a triplex. et qualiter diffinitio mōstrat. i. ostēdit q̄d est res/ ⁊ quō nō. q̄a hoc ostendit diffinitio q̄d rei/ ⁊ nō diffinitio q̄d nois. et quorū. i. quarū diffinitionū est hoc ostēdere/ ⁊ quarū nō est. Adhuc aūt manifestū est: ⁊ quō q̄d q̄d est se habet ad demōstrationē. hoc est. quō cōtingit eiusdē obiecti esse diffinitionē ⁊ demōstrationē: ⁊ q̄liter hoc nō cōtingat. nā si loquamur de obiecto ꝓpinq̄: eiusdē. s. diffinitionis q̄d rei/ q̄ est cōclusio demōstrationis: pōt esse diffinitio q̄d nois: vt in pn̄cipio hui⁹ tertie ptis ostēdim⁹: ⁊ similiter demōstratio: qua ꝓbat̄ per diffinitionē dicentē ꝓpter q̄d. sed si loq̄mur de diffinitione q̄d nois: aut de diffinitione ꝓpter q̄d: nō est possibile eā demonstrare: quare ei⁹ nō erit demōstratio: ⁊ si possit ei⁹ esse diffinitio q̄d nois: q̄ ⁊ interpretamentū dicit̄. Hec omnia ex dictis in hoc cap̄. sunt notissima.

Questiones idonee.

Circa hoc cap̄. prima q̄stio est. vtrum Aristot. sufficiēter ꝓbet q̄d diffinitio possit demōstrari de suo diffinito. Secūda. vtrū q̄stiones q̄d est/ ⁊ ꝓpter q̄d est possint determinari sine q̄stione / si est/ vel q̄a est? Tertia. vtrū diffinitionis possit esse alia diffinitio accepto illo genitiuo psonaliter? et vtrū p diffinitionē diffinitionis possit ipsa diffinitio dmōstrari ⁊c̄.

Caput octauū probat quod per omne genus cause possit fieri demonstratio .i. per diffinitiones causales.

Quoniā autē scire ⁊c̄. Ex supradicta determinatione: qua diffinitio dicta est posse demōstrari p aliā diffinitionē. s. causalē siue ꝓpter q̄d: insurgit necessitas inq̄rendi cuiusmodi causam importet diffinitio illa dicēs ꝓpter q̄d siue causam? et intendim⁹ probare q̄d pōt quālibet causam importare. habebit autem hoc cap̄. tres ptes. Prima probat q̄d per q̄dlibet genus cause pōt fieri demonstratio. Secūda ibi. contingit autē: probat idem posse fieri per plures causas simul. In tertia ibi. sed ī his q̄ sunt ⁊c̄. loq̄tur specialiter de causa finali. Volens ergo Aristo. probare q̄d per omne genus cause possit dari diffinitio que sit mediū demōstrationis: proponit dicēs. quoniā autem: vt in secūdo cap̄. primi libri huius dictū est. scire nos opinamur aliq̄d cū sciamus causam illius: cause autē. i. genera causarū quatuor sunt: vt in secūdo phisicorū: ⁊ in q̄nto metaphisicorū extensi⁹ declarabitur: nūc autē sufficiat eorū enumeratio. vna q̄dē causa ē q̄d q̄d erat esse. i. causa formalis: a qua essentia rei dterminatur: atq̄ ideo causa q̄ditatiua seu essentialis dicitur. vna vero. i. altera causa est materia: quā necesse est esse cū hoc sit. i. cū forma sit. adhuc tertia causa est efficiens q̄ aliq̄d primo mouet. quarta deniq̄ causa est: cui⁹ grā oīa alia fiūt. i. causa finalis. Hoc supposito ponitur conclusio. q̄d omnes he cause per mediū q̄d est diffinitio: demōstrant cōclusiones de suis effectib⁹. istā cōclusionē inductione ꝓbat Aristot. discurrēdo per singula causarū genera. et primo de causa materiali dicēs. hec et enī. s. causa: q̄ cū sit hoc. i. forma necesse est hoc esse. i. materiam. hoc est causa materialis: cuius est dicta ꝓprietas: q̄d necessario cōseq̄tur formā (q̄a dispositio materie est ꝓpter formā: ⁊ ideo posita forma necessitate est materiā esse sic dispositā: ⁊ ideo vocat̄ causa necessitatis naturalis:) hec inquā causa dēmōstrat. Ad cuius declarationem supponemus in primis ex primo libro priorū. quod vna sola propositione accepta pro antecedente non est: idest non fit sillogismus demonstratiu⁹: sed duabus assumptis ad min⁹. hec aūt est. idest huiusmodi ratio est: quia cū vnū mediū habeant due extremitates conclusionis: ⁊ illud me-

dium debeat cõparari ad duas extremitates in antecedente: oportet fieri duas ppositiones. hoc vero vno medio accepto & sic cõparato: necesse est cõclusionẽ esse. i. sequi ex premissis: hoc supposito. manifestũ est qd demonstratio fiat per causam materialẽ sic. i. in hoc exẽplo. vt si qs q̃rat. ppter quid. i. ppter quã causam est rectus angulus triãguli insemicirculo d̃scripti: suple sup diametrũ circuli; sic qd angulus opposit⁹ diametro sit precise incircũferentia circuli. aut si q̃ratur clari⁹. quo medio existẽte in premissis probabit̃ qd ille angulus rectus est? hoc exẽplũ geometricũ sumptũ est ex tertio libro Euclidis cõclusione. 30. et respõdens ad hãc questionẽ dicit: qd mediũ ad hoc demonstrãdũ est: qd ille angulus: de quo est q̃stio: est medietas duorum angulorum rectorum.

Sit ergo angulus rect⁹ in quo A. maior extremitas: sit medietas duorum rectorũ in quo. B. mediũ: & angul⁹ qui est insemicirculo sit ĩ quo. C. minor extremitas. tum dicim⁹ qd. A. rectũ esse in. C. angulo qui est insemicirculo: causa est. B. medietatẽ esse duorũ rectorũ. hoc eñ. s. medietas duorũ rectorũ est. equale ipsi. A. recto ãgulo. qui vero angul⁹ est. C. equale ẽ ipsi. B. medio. et eñ diffinit̃ p materiã: qd duorũ rectorũ mediũ. i. medietas est angulus triãguli in semicirculo existẽtis. ergo. C. i. cũ sit. C. medietas duorũ rectorũ: necessario. A. inest. C. in cõclusione. hoc autem. i. hec conclusio erat. i. ponebat̃ pbãda: qd angulus triãguli qui est in semicirculo rectus esset. Demõstratio ergo in forma hoc modo fit. oĩs angulus q̃ est medietas duorũ rectorũ est angulus rect⁹: sed oĩs angulus triãguli in semicirculo descripti modo predicto est medietas duorũ rectorũ: ergo ille angulus est rectus: maior ppositio est nota ex teris. q̃a idẽ est dicere medietatẽ duorũ rectorũ / & dicere vnũ angulũ rectũ: siquidẽ vnũ duorũ medietas est in numeris. minorẽ vero probauit Euclides in tertio libro &c.

Aduerte hic qd hec demonstratio ideo dicit̃ facta per causam materialẽ: q̃a loquit̃ de partibus angulorũ: & in secũdo libro phisicorum in cap. de causis Aristote. inter ceteros modos materie hũc ponit dicens: & ptes toti⁹. quare manifeste aberrãt dicẽtes: qd in mathematicis oẽs demonstrationes sunt formales / & qd nulla est materialis: & qd mathematic⁹ abstrahit a materia. sed hoc non obstat. immo stat simul cũ hoc exẽplo Aristo. de demõstratione q̃ fit p causam materialẽ. i. per diffinitionẽ datã p materiã qualis est hec: medietas duorũ rectorũ. Sed q̃a: vt Aristo. dicit in secũdo phisicorũ. pprie ad phisicũ ptinet cõsiderare materiã / & per eã demonstrare: faciam⁹ hic vnã demonstrationẽ per causam materialẽ pprie dictã. vt omne cõpositũ ex contrarijs est corruptibile: oĩs res naturalis est cõposita ex contrarijs / oĩs ergo res naturalis est corruptibilis. mediũ est cõponi ex cõtrarijs. s. elementis vel humoribus: q̃ sunt materia mixti. et ita de alijs multis &c. Sequitur de causa formali.

Hoc aũt idẽ. alia litera habet. huic autẽ idem: & est idem sensus. sed q̃a est litera breuis / & inde obscura: variant expositores. dicunt eñ antiquores velle Aristotelẽ dicere. qd hoc idem exẽplũ qd datũ est de demonstratione materiali: est etiam demõstratio formalis. ideo ait. hoc autẽ. s. mediũ precedentis demõstrationis: idẽ est ei medio qd est qd q̃d erat esse. i. medio formali. vel secundũ aliã literã: huic medio materiali idẽ est mediũ formale. cũ hoc significaret orone. i. diffinitione: q̃ est causa formalis: vt in secũdo phisicorũ dicit̃. est g̃ sensus. ex quo mediũ predicte demonstrationis p causam materialẽ erat diffinitio: & oĩs diffinitio est causa formalis sui diffiniti: ideo eadem demõstratio potest etiã dici per causam formalẽ. at vero ipsi⁹ qd q̃d erat esse. i. ipsius diffinitio

Nota d̃ hoc exẽplo.

Aliud exẽplũ.

nis monstrata est causa media in cap. precedēti.s.per quā demōstrabat: ꝛ erat alia diffinitio dicēs ꝓpter qd ꝛ causam ci⁹: haud dubiū quin causam formalē. ergo pōt fieri demōstratio per causam formalē. Sed ista expositio aliis nō placet. nā secūdū eam oīs demonstratio esset per causam formalē: ꝛ ita causa formalis cōfunderet cū aliis causis. quare exponētes dicunt hoc autem .i. altera causa puta formalis: eadē est ꝛ qd qd erat esse. cū id oratio .i. diffinitio ei⁹ significet: vt pri⁹ dictū est. at vero ipsi⁹ qd qd erat esse .i. ipm qd qd est esse causam mediam alicui⁹ demōstrationis: monstratū est pri⁹.s. in cap. precedēti. ergo fit demonstratio per causam formalē. et qa illic posita sūt exēpla videlicet ď ecclipsi de tonitruo ꝛc. ideo hic Aristo. nō ponit iterū exemplū de demōstratione formali. ergo iste secūdus sensus est. qď cum causa formalis dicatur qď quid est siue qditatiua: ꝛ dictū est qď mediū demonstrationis: ē diffinitio dicens ꝓpter qd siue causam formalē: manifeste seqtur qď fiat demōstratio per causam formalem. Sequitur de causa efficiente.

¶ Hoc autē ꝓpter qd .i. si q̄ratur ꝓpter qd Medorū ac etiā Persarū bellum factū est Athenis vel atheniensib⁹ .i. ꝯ Athenienses: et q̄ causa fuit debellari Atheniēses a Medis ꝛ Persis: est q̄stio de causa efficiente: ꝛ respōsio est. qa ipsi Atheniēses pri⁹ cōmiserāt bellū ī Sardes/ ꝛ in Eretrios (populi sūt Lydie/ ꝛ Euboie subditi Persis ac Medis) et expoliauerūt eos. ꝓpter hoc eñ siue hac ex causa motum est primum .i. fuit primū motiuū ad bellū cōtra Athenienses: vel ꝓpter hoc primū bellū fa nienses: vel ꝓpter hoc primū bellū factum ab Atheniēsib⁹: motū est ſm bellum cōtra eosdem Atheniēses. Ad formandam ergo demonstrationem.

¶ Sit bellū i quo .a. maior extremitas. pri⁹ cōmittere bellū i alios: sit. B mediū. Atheniēses sit. C. minor extremitas. est igitur. B in. C. minor ꝓpositio .i. pri⁹ cōmittere bellū Athenienses. A. autē in. B. maior ꝓpositio .i. pri⁹ bellātes esse debellādos. debellauerūt eñ Atheniēses pri⁹ in .i. cōtra iustos .i. innoxios Sardes/ ꝛ Eretrios. ē itaq. A. in. B. maior ꝓpositio: debellari .i. de bellādos esse pri⁹ incipientes. B. autē in. C. minor ꝓpositio: Atheniēses pri⁹ incepe rūt. mediū itaq hic .i. in hac demonstratione: est causa effectiua siue primū mouens. ꝙ hmōi demonstratio est per causam efficientē. Seqtur de causa finali.

¶ Quorūcunq vero .i. in his q̄ habent causam finalē q̄ dicit cuius grā. suple est possibilis demonstratio per finem. vt si q̄ratur de aliquo ꝓpter quid ambulat suple post cibū acceptū. respōderi pōt per finē.s. vt sanus fiat. et in artificialibus si q̄ratur. ꝓpter qd est dom⁹. respōderi pōt per finē.s. vt saluent .i. seruentur ꝛ custodiātur vasa .i. vtensilia necessaria ad seruiciū hoīs. horū eñ exēplorū hoc .i. primū quidē ꝑut ambulatio est gratia hui⁹ qď est sanari. illud vero .i. secūdū vt dom⁹ est gratia hui⁹ qď est saluari .i. custodiri vasa. Et magis ď clarādo dicim⁹ qď q̄rere ꝓpter qd post cenā oportet ambulare: ꝛ querere cui⁹ gratia oportet ambulare post cenā: nihil differt sed idem est sensus: qa vtrobiq fit q̄stio de causa finali .i. ꝓpter quē finem: vel cui⁹ finis gratia fiat aliquid. Formādo ꝙ ďmōstrationē in terīs cōib⁹

¶ Ambulare post cenā sit i q̄ .a. minor extremitas. nō eminere .i. supnatare cibos in ore stomachi sit in quo. B mediū. sanari autē sit in quo. A. maior extremitas. sit enim ita casus admissus: qď in eo .i. ex eo qď post cenā ambulat aliqs: est facere qď cibi nō super emineant in ore stomachi: ꝛ hoc facere sit sanum esse. Hoc admisso.

¶ Videt eñ inesse .i. vere predicari: ipsi minori extremitati qď est. C ambulare post cenā: ipsum. B. mediū qď est nō eminere cibos ꝛc. et illa est mi

nor propositio sillogismi.in.B.autē me dio est.A.maior extremitas .s. hoc qd̄ ē sanū esse vel potius sanatiuū. q̄ est igi tur causa quod.A.sit in.C. in conclusio ne? nempe causa est ꝓpter .B. qd̄ est nō eminere ⁊c. hoc autem mediū est si cut ratio.i.causa illi⁹ .s. sanitatis. sic eñ per huiusmodi mediū demonstrabitur conclusio.s. propterea qd̄.B.in.C.est.et hoc.B.est sanari.A.maior extremitas. sensus est qd̄.B.non eminere cibos est diffinitio causalis.A.sanitatis. et ideo si B.de.C.affirmatur. necessario affirma bitur.et.A.de.C. in conclusione. At qa circa hoc exemplū posset qs dubitare: qd̄ non bene facta sit in eo demonstra tio per causam finalem: Aristotel.huic dubitationi satisfacere volens subdit.

¶ Oportet autem &c. est itaq̄ dubiū.quia non eminere cibos est cau sa efficiens sanitatis/⁊ nō causa finalis: sed poti⁹ sanitas est finis ambulationis post cenā q̄ causat nō eminere cibos ⁊c. sed in predicto exēplo sumebat̄ pro me dio nō eminere cibos: ergo hoc exēplū non fuit de demōstratione per causam finalē sed potius per causam efficientē. Ad hoc respōdens Aristot.dicit: qd̄ in eisdem teris cōmutatis fieri pōt demon stratio per causam finalē.ex eo qd̄ cau sa efficiēs ⁊ finalis (vt dicitur in secūdo phisicorū) sunt sibi inuicem cause.et ita est mutua ⁊ cōuertibilis cōsequentia in ter.eas.si ergo sanū fieri poneretur me diū:⁊ nō eminere cibos fieret maior ex tremitas: demōstratio esset per causam finalem essetq̄ eadem demōstrationis substātia cū priore demōstratione:neq̄ est differentia nisi positionis teriorū va rie.ait ergo.oportet autē suple ad facien dam demonstrationē per causam fina lem cōmutare rationes.i.officia termio rum:⁊ sic magis apparebit vnū quodq̄ genus cause ⁊ demōstrationis. genera tio siqdem.i.formatio demonstrationis contrario modo fit hic.i. in causis finali bus:⁊ in causis secundū motum.i.in ef

ficientibus. ibi qdem enim in causis .s. efficientib⁹ mediū siue causa fit primū i. maior extremitas ad hoc vt mutetur demonstratio in causam finalē:hic autē i.in causis finalib⁹ ipsum. C. postremū debet fieri primum.i. maior extremitas ad hocvt mutet̄ demōstratio in causam efficientē. et tunc vltimū.i. minor extre mitas debet esse cuius gratia.i. causa fi nalis: q̄ etiā dicitur ꝓpter quid. ¶ Ad intelligentiā huius litere (q̄ breuis ⁊ ob scura est) aduertenda est quedā analo gia rerū ad terios. nā sicut in reb⁹ illis que sunt efficiens ⁊ finis: est ordo essen di contrari⁹:qa causa efficiens est prior in essendo quā finis: qa per actionem agentis producitur finis: sed in causan do ecōtra finis est prior quā efficiēs. nā finis mouet agentē ad operandū: ergo indemonstrationib⁹ similiter erit mod⁹ contrari⁹.qa in demōstratione q̄ est per causam efficientē:mediū debet causam efficientē significare/⁊ per illud demon stratur finis. sed in demōstratione q̄ fit per causam finalem: mediū debet signi ficare causam finalem. et per illud me dium demonstratur causa efficiens. vt verbi causa in exemplo hui⁹litere d̄ am bulare post cenam ⁊ sanū fieri: demon stratio per causam efficientē fit hoc mo do.quādo non eminent cibi in ore sto machi hominis: tunc homo est sanus: sed quādo homo ambulat post cenam vel prandiū non eminent cibi in ore sto machi.ergo quādo homo ambulat post cenam vel prādium homo est vel fit sa nus. Demonstratio vero per causam fi nalem fit in eisdē terminis hoc modo. quādo homo est sanus non eminent ei bi in ore stomachi eius: sed quādo am bulat post cenam vel prandium homo fit sanus:ergo quando ambulat post ce nam vel prandium non eminent ei ci bi in ore sui stomachi. patet ergo ana logia a rebus ad sermones: quia sicut in rebus causa efficiens ⁊ finis sunt sibi inuicem cause: hec illius in essendo: et illa huius in mouendo: ita in demōstra

Analogia pulchra.

tionib⁹:quia in eisdem terminis potest fieri demonstratio nūc a causa efficiente ad probandū finem: ⁊ econtra:nunc a causa finali ad probandū efficientē.s. permutādo maiorem extremitatē vni⁹ in medium alterius: ⁊ ecōtra.quia finis est causa qđ agens agat: et agens sua actione pducit ad finem. et propterea Aristotel.vocabulis prime intentionis vtens/analogiā predictā significauit dicens. generatio autē econtrario fit hic ⁊ in causis secundū motū: et propterea oportet rationes terminorū mutare.s.in demonstrationib⁹ q̄ fiunt ab efficiente ad finem:⁊ econtra.ergo dubiū qđ proponebatur solutū est.quia in exemplo litere in demōstratione per causam efficientem includebatur demōstratio per causam finalem: ⁊ vtraq̄ demonstratio est eadem in substantia:nec differt altera ab altera nisi impositione terminorum.s.maioris extremitatis ⁊ medij.

¶Secūda pars huius cap̄.

¶Contingit autē idē &c.Nō solum autem per vnāquāq̄ causam seorsum fiunt demonstrationes: sed etiam per plures causas simul:vt probatū est de causa efficienti ⁊ finali. nā idē potest dici de finali ⁊ materiali.Jdeo ait.cōtingit autem idem ⁊ vnū.i.eundem effectū vel eandem conclusionem esse: ⁊ cuius gratia.i. propter aliquem finem:⁊ ex necessitate materie. ita quod simul possit idem demonstrari/⁊ per causam finalem ⁊ per materialem. probat hoc duobus exemplis primum est.

¶Vt per lucerne/ vel potius laterne pellem lumen candele disgreditur.i.exit. hoc est si queratur propter quid illud lumē exit per laterne cooper toriū quod est vel pellis lignea/ vel cornea/vel aliquid huiusmodi transparentium corporum? responderi potest per duas causas:primo per materiā.et nāq̄ ex necessitate.i. ex conditione materie fit quod sic lumē disgrediatur: eo quod lumen est corpus in parua corpuscula partibilius: ideo potest exire per maiores poros illius pellis.i.per foramina parua illius pellis: que tamen quāuis parua/tamen sunt maiora corpusculis luminis.et hoc dico:si quidem est verū quod ignis .i. lumen fit disgrediendo .i. diffluēdo a corpore luminoso partitū in parua corpuscula q̄ ⁊ atomi dicuntur. per hoc enim dictum Aristot. insinuat quod hec exempla nō ponit ex propria intentione/⁊ quod credat ea esse vera: sed ponit ea declarationis gratia. nam in secundo libro de anima.probat lumē nō esse corpus / ⁊ reprobat Democritū atomorum luminis assertorem. Ergo si opinio Democriti esset vera:responderi posset ad questionem de lumine lucerne per causam materialem.i.propter poros laterne / et paruas luminis partes que exire possunt per eos.similiter posset responderi ad eandē questionem per causam finalem. ideo subdit. et gratia cuius idest alicuius finis: scilicet vt non offendamus pedes nostros ad lapides in nocte ambulantes. propter hūc enim finem laterna luminis inuenta est ab hominibus.¶Uolens autem Aristot.addere aliud exemplū dicit. itaq̄ si esse contingit aliquid: ⁊ fieri contingit illud idem .i. omne quod contigit esse in naturalibus/ contingit ⁊ fieri.q̄a si non esset possibile illud fieri: nō esset possibile esse.intēdit ergo Aristot. qđ sicut positū est exēplū de reb⁹ pmanētib⁹ q̄ habēt esse / puta in lumine ⁊ laterna: ita potest poni aliud exēplū in rebus successiuis q̄ sunt in fieri.

¶Vt sicut si tonat.i. si tonitru⁹ fit extincto igne in nube:necesse est sizere.i. stridere ⁊ sonare ad modū quo ferrū cādens extinctū in aqua stridet ⁊ sonat.et hec respōsio est p causam materialē.sed noster interpres posuit hic grecum sizin:qđ est sonare ferrū cādens in aqua mersū:et ideo adiecit latinā interp̄tationē dicēs: sizire et pro.i.sonare. Et istud exēplū est etiā preter Aristo.mētē

ex antiquorũ opinione q̃ ita putabãt fieri tonitruũ: sed ipse in tertio libro metheororũ probat q̃ in tonitruo poti⁹ incenditur quã extinguitur ignis in nubibus. adhibetur etiã ad hoc respõsio per causam finalẽ. et si ẽ. i. si fit tonitru⁹ (quẽadmodũ Pitagorici dicunt) minarũ causa. i. ad incutiẽdũ timorẽ his q̃ sũt in Tartaro: hoc est quaten⁹ timeãt deos/ ⁊ nõ rebellent cõtra eos. Sed ne sit prolixus in exemplis addit Aristoteles.

¶ Plura autẽ sunt: suple exẽpla huiusmodi. i. q̃ simul per plures causas demõstrant. et hoc maxime in his reb⁹ q̃ a natura subsistũt ⁊ cõstant. i. in reb⁹ naturalib⁹ de qb⁹ est phisica. nã ille subsistũt a natura q̃ est materia. et constãt a natura q̃ est forma. si quidem vnaq̃q; res naturalis per suã materiã est supposituũ: ⁊ per suã formã specificatur: ⁊ ideo vt Aristo. docet in secũdo phisicor: per has duas causas maxime demonstrat phisicus. nã hec qdem. i. q̃dã ꝓpter aliquid. i. propter formã q̃ est finis: natura facit: illa vero. i. alia ex necessitate materie facit. Dico autẽ ex necessitate naturali non violenta.

¶ Necessitas enĩ vl'aũt duplex ẽ. hec quidẽ. i. q̃dã necessitas est secũdum naturã: ⁊ pro. i. secundũ aptitudinẽ siue inclinationẽ naturalem a materia vel a forma. et hec. i. alia necessitas est secundũ motũ. i. impulsionẽ ab alio. et est violenta ⁊ contra aptitudinẽ siue inclinationem naturalẽ. patet exẽplo. sicut lapis ex necessitate fertur. i. mouet ⁊ sursum ⁊ deorsum. sed nõ secũdũ eãdem necessitatẽ. q̃a sursum mouetur violẽtia: deorsum autẽ a natura. quãdo ergo dictũ est q̃ natura q̃dã facit ꝓpter finem/ ⁊ alia ex necessitate: est intelligendũ de naturali necessitate (q̃ maxime prouenit ex parte materie:) nõ autẽ de necessitate violẽtie. q̃a p illã nulla fit certa demõstratio

¶ Tertia pars huius cap.

¶ Sed in his q̃ sunt ab intelligẽtia. Quia vero a principio hui⁹ cap. sepius de causa finali fecim⁹ mentionẽ. s. in omnib⁹ fere supradictis exẽplis demõstrationũ causaliũ: dignũ est vt de ea specialib⁹ disseram⁹: ostendẽtes a quib⁹ ⁊ qualib⁹ agentib⁹ ipsa procedit. i. q̃ sunt agentia q̃ agũt ꝓpter finem: ita q̃ eorum actione ꝑueniat ad bonũ intentũ q̃ est finis. et mens Aristo. in hoc loco est. q̃ huiusmodi sunt agẽtia naturalia vel agentia artificialia intellectiua: non autẽ casualia aut fortuita. hoc ẽ q̃ agũt ex inclinatione nature/ vel ex industria artis. nõ aũt ea q̃ agũt p̃ter intentũ a casu vel a fortuna. ideo ait: q̃ in his effectibus q̃ sunt ab intelligẽtia. i. ab agente p intellectũ. est discrimen sicut ⁊ in his q̃ sunt a natura. nã alia q̃dẽ. i. q̃dã causata nequaq̃ sunt facta ab eo q̃ est p se frustra. i. casualiter/ temere/ ac fortuito. vt dom⁹ aut effigies. i. statua. q̃ nõ sunt facta ex necessitate naturali/ sed libere ac volũtarie ꝓpter hoc. i. ꝓpter aliquẽ finẽ intentũ ab artifice: alia vero causata sunt a fortuna. i. preter intentionẽ artificis: q̃a ea non intendebat causare: ⁊ tamen causauit ea. Ut sanitas interior hominis ⁊ salus. i. euasio periculi exterioris. nã ista aliquãdo fiũt ab hoie ex intẽtione: aut per artẽ medicine/ aut ex alia humana industria: ⁊ aliqñ fiũt ab eodẽ preter intentionẽ. puta si infirm⁹ ex gula comederet aliquem cibũ: ⁊ nesciens ex eo sanaret: illa sanitas est ab eo facta casualiter ⁊ a fortũa. et si aliqs habitans in domo ruinosa: quam tamẽ ipse nõ putat ruiturã: exeat ad aliq̃d agẽdũ in forũ: si interim ruit dom⁹ ei⁹: saluat⁹ est a periculo: ⁊ illa sal⁹ est a casu/ ⁊ preter ei⁹ intentionẽ. nõ enĩ exiuit domũ vt saluaretur. q̃a de hoc nõ cogitauit. Maxime autẽ accidit casus ⁊ fortuna in q̃buscũq; cõtingit ea sic ⁊ aliter se habere/ ⁊ sic ⁊ aliter fieri. cuiusmodi esse diximus sanitatẽ ⁊ salutẽ. q̃a possunt ex intentione ⁊ preter intentionẽ fieri. hoc est maxime accidũt casus ⁊ fortuna in reb⁹ humanis puta in agibilib⁹ aut in facti-

bilibus: rarius autē in reb⁹ naturalib⁹: cū generatio naturalis q̄ est forme productio/ꝛ finis cōsecutio: nō fit a fortuna: sed ab agente naturali. quare sequitur. qꝺ finis ꝛ bonū ꝑpter qꝺ vel cui⁹ gratia aliquid fit: aut est factū a natura aut ab arte. a fortuna autē nihil ꝑpter aliquid fit: sed preter intentionē finis. Ergo ex predictis constat qꝺ demōstratio per causam finalē nō hēt locū nisi in effectibus naturalib⁹ nō monstruosis: ꝛ in actionib⁹/atqꝫ factionib⁹ volūtariis hominū q̄ ex intentione fiūt: sed in casualibus ꝛ fortuitis nulla fieri potest demonstratio per causam finalē: q̄a illa non fiunt ꝑpter aliquē finē intentū ab agente: sed vt contingit. nā vt dicitur in sexto libro methaphisicorū de casualibus et fortuitis nulla est scientia: quare nulla est in talibus demonstratio.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc cap̄. fere nulle alie q̄stiones sunt ad propositū preter has quas Aristo. disputauit sed possent magis dilatari ab ingeniosis.

¶ Caput nonum declarat q̄d diuersimode fiant demonstrationes causales secundum diuersitatē causarum ꝛ effectuū.

Eadem autē causa est. Nō satis fuit nos declarasse quomodo secūdū oīa genera causarū fiāt dēmōstrationes/nūc simpliciter nūc etiā permixte: sed adhuc op⁹ est addere aliqua de habitudine causarū ad suos effectus: q̄a ex ei⁹ diuersitate procedit etiā diuersitas in demōstrationibus causalibus. habebit autem hoc cap̄. quatuor ptes. Prima est de causis q̄ simul sunt cū suis effectib⁹. Secūda ibi in his aūt: est de causis ꝛ causatis q̄ nō sunt simul. In tertia parte ibi. quoniā autē videm⁹: agem⁹ de causis ꝛ effectibus q̄ se habēt circulariter. Quarta deniqꝫ pars ibi. sunt autē q̄dā: diuersificat causas penes semper ꝛ frequēter. In primis ergo dicam⁹ ꝺ causis q̄ simul sunt/ꝛ nō sunt cū suis effectib⁹. nam in eis ꝑpter diuersitatem tempoꝝ/ꝛ modoꝝ loquēdi non variatur mediū demonstrationis. ideo ait. qꝺ eadē causa est. i. idem mediū demōstratiuū/ꝛ in his q̄ fiunt in presenti/ꝛ in factis in preterito/ꝛ in futuris: que enī est causa his q̄ sunt: eadem est ꝛ preteritis ꝛ futuris: estqꝫ mediū demōstrādi idem in oībus. verūtamē in modo loquēdi est diuersitas. quia in his q̄ sunt: causa est. in his autē q̄ fiunt: ꝛ causa fit. in factis vero facta: ꝛ in futuris futura. ita qꝺ secūdū modū effectus est ei adaptādus ꝛ modus cause. Ponatur exēplum astrologicū satis vulgatū de ecclipsi lune: cui⁹ causa ponitur terre interpositio inter solem ꝛ lunā. vt si q̄ratur de preterito ꝑpter q̄d factus est defectus? responsio debet esse de preterito: ꝑpter id qꝺ in medio facta. i. posita est terra. et si querat̄ de presenti ꝑpter q̄d fit ecclipsis: responsio est de presenti: ꝑpter id qꝺ terra fit. i. ponitur in medio. et in futuro. erit ecclipsis: ꝑpter id qꝺ erit terra in medio. et est autem: ꝑpter id qꝺ est. Ponam⁹ ꝛ aliud exemplū phisicū. vt si fiat q̄stio. q̄d est christallus? siue accipiatur pro glacie/siue pro lapide. accipiat̄ i. supponatur qm̄ aqua densata. i. cōgelata est. et ad formādā demonstrationē sit aqua in quo. C. dēsata in quo. A. causa media. i. q̄ est mediū demōstrationis sit. B. puta defectus caloris penitus. est igitur. B. in. C. loquēdo ꝺ presenti. estqꝫ minor ꝑpositio: vt in christallo est defectus caloris penitus. et similiter in. B. est. A. qꝺ est cōgelatū esse. et est maior ꝑpositio. q̄ñ in aqua est defect⁹ caloris penitus: ipsa est congelata. et ita seqtur conclusio de presenti: qꝺ christallus est aqua densata. Et loquendo de fieri dicimus qꝺ fit christallus: cum fiat. B. defe

ctus caloris. et factus est christallus: facto. B. in preterito. erit etiã christallus: futuro. B. defectu caloris penitus. sic q̃dem igitur. i. modo predicto causa/ ꝛ id cuius est causa. i. effectus simul fit cũ fit. et est cum est. et eodem modo in eo qđ factum est. i. in preterito: ꝛ in futuro. q̃a in eis oĩbus est idem mediũ secundũ rem quãuis modus loquendi sit diuersus secundum diuersa tempora.

Secũda pars huius cap̃.

In his autem que non simul. Sicut q̃dã cause simul sunt/ ꝛ non sunt cũ suis causatis (vt de ecclipsi ꝛ de christallo dictum est) quia sunt cause precise ꝛ adequate: ita etiam reperiũtur alie cause nõ ita precise: ꝛ quib⁹ positis non ponantur effectus: sed que possunt esse nõ existentibus earũ effectibus. vt cause domus. s. efficiens domificator/ materialis vt lapides/ ligna cementũ ꝛc. et finis vt cõseruatio vasorum ꝛc. sunt huiusmodi qđ possunt esse/ vel non esse sine domo. est ergo inquirẽdũ quomo in huiusmodi causis fiant demonstrationes causales a causis ad effect⁹. Et mouet duo dubia primũ hic: ideo inquirẽs Aristo. ait. in his autẽ suple causis q̃ non simul sunt/ ꝛ nõ sunt cũ suis effectib⁹: dubiũ est. nunq̃d sunt in cõtinuo. i. immediato tẽpore effectus post causas? ita qđ posita causa pfecta in suo esse pro dato tẽpore: immediate sequatur effectus: vt sit in tẽpore sequẽte? sic qđ non sit dare tp̃s mediũ inter cõpletũ esse cause/ ꝛ esse effectus: vel poti⁹ nõ statim sequatꝛ effectus/ ꝛ possit dari tp̃us mediũ in quo effect⁹ nõ sit? Et ne q̃s credat hãc q̃stionem esse inanem: subdit.

Sicut videtur nobis. i. clare apparet alia esse aliorũ causas huiusmodi. s. q̃ nõ simul sunt/ aut nõ sunt cũ suis effectib⁹. vt puta facti esse. i. effect⁹ pteriti sit altera causa pri⁹ facta ãteq̃ esset effect⁹. et futuri effect⁹ sit causa futura ante ipsum. et ei⁹ qđ fit in presenti: si aliq̃d ante factũ est vt esset causa hui⁹. et ita in alijs modis causarũ pri⁹ enumeratis secũdũ varia tẽpora: q̃a in eis oib⁹ est reperire causas que nõ simul sunt/ aut nõ sunt cũ effectib⁹ suis. habet ergo q̃stio nr̃a fundamentũ certũ. Ad quã respõdere volens Aristotel. ponit duas conclusiones. Primam ibi.

Est igitur sillogismus. sensus est: qđ dmõstratio causalis in huiusmodi causis debet fieri ab effectu ad causam/ ꝛ nõ a causa ad effectũ: et hui⁹ ratio manifesta est: q̃a ex quo causa nõ simul est cũ suo effectu: datur tp̃s mediũ in quo effect⁹ nõdũ est: ꝛ pro illo tp̃e medio ex causa non seq̃tur effect⁹. ideo ait: qđ sillogism⁹ causalis in huiusmodi est ordiẽd⁹ a posterius facto. i. ab eo quod posteri⁹ est. hoc est ab effectu iam ꝓducto. principiũ igitꝛ argumẽtationis horũ i. in his est accipere ea q̃ facta sunt. i. effectus iã productos. et in his q̃ adhuc fiũt similiter est arguẽdũ ab eo qđ posteri⁹ fit. a priori autẽ. i. a pri⁹ facto ad posteri⁹ fiẽdũ nõ est. i. nõ cõtingit sillogizare. vt si diceretur. qm̃ hoc pri⁹ factũ est: q̃a pro ergo hoc posteri⁹ factũ est. et similiter si argueretꝛ in futuris: nõ seq̃retꝛ hoc pri⁹ erit ergo ꝛ illud posteri⁹ erit. et similiter in his q̃ adhuc fiũt: nõ seq̃tur prius fit ergo posteri⁹ fit. Exẽpla nõ ponit Aristot. q̃a clarissima ꝛ familiaria sunt in domo/ ꝛ alijs reb⁹ artificiatis. vt nõ seq̃tur lapides/ ꝛ alia necessaria ad dom⁹ constructionẽ sunt: ergo dom⁹ est. nec si dicatꝛ fundamenta vel parietes sunt ergo ꝛ dom⁹ ẽ. similiter loquẽdo de erit ꝛ de fuit ꝛc. sed debet fieri argumẽtatio a posteriori. vt dom⁹ ẽ/ fuit/ erit: ꝛ simĩr fundamẽta ꝛ parietes sunt/ fuerũt/ ꝛ erũt. Hãc q̃stionis solutionẽ Arist. declarat pmo ex pte factorum dicens.

Neq̃ enĩ infinito. i. indeterminato aut finito. i. determinato tp̃e erit sillogism⁹ bon⁹ a priori ad posteri⁹. sensus ẽ. siue arguẽtes loq̃mur determinantes tp̃us p̃sens vel p̃teritũ vel futurũ: siue loq̃mur inde-

terminate ꝛ cōfuse de tpe: qa neutro modo valebit sillogismus a priori ad posteri⁹: vt qm̄ hoc pri⁹ verū est dicere factū esse: puta fundamētū dom⁹: etiā verū sit posteri⁹ dicere factum esse: puta domū ipsam. nā in medio tpe falsum erit dicere hoc. s. posteri⁹ esse iā altero priori facto. Eadē ratio q̄ dicta est in p̄terito: est ꝛ in futuro tēpore arguēdo: qa nō seq̄tur hoc. s. fundamētū dom⁹ factū est: ḡ hoc i. dom⁹ erit. nā ad hoc vt valeāt tales sillogismi: mediū qd est causa oportet simul genitū esse cū suo effectu: vt diximus in p̄ma pte hui⁹ cap̄. ita qd factorū effectuū mediū sit factū / ꝛ futurorū futurū / ꝛ cū his q̄ fiunt in presenti mediū oportet fieri / ꝛ cū his q̄ sunt nūc / ꝛ ipsum esse nūc. verū in causis de quib⁹ in hac secunda pte loqmur hoc nō contingit. s. futurum idest posterius esse: ꝛ esse prius quod estcausa: nō contingit simul esse genitum vtrunq̃. Secundo idem probat ex parte temporis ibi.

¶ Amplius nec suple si detur tēpus mediū inter causam ꝛ effectū infinitū. i. indeterminatū: itaq̃ sillogism⁹ nullum tēpus determinet: nec si detur finitum. i. tēpus determiatū: ita qd fiat sermo de presenti / vel de preterito / vel de futuro determinate: sillogism⁹ nō concludet a causa ad effectū. falsum em̄ erit dicere effectū esse in medio tpe: qd ponitur inter causam ꝛ effectum: ꝛ ita non sequitur hoc prius est: ergo ꝛ posterius est.

¶ Determinato primo dubio ad maiorem declarationem mouet dubium aliud in eisdem causis: scilicet que non simul sunt cum effectibus suis ibi.

¶ Speculādū igiť q̄dē &c. estq̃ hoc dubiū d̄ reb⁹ ad extra vtrū i eis fieri ꝛ factū esse sint cōtinua ꝛ imediata vnū post aliud. nā ex deteriatione hui⁹ dubij sc̄di euadet clarior ac verior deteriatio p̄oris dubij: qua dictū ē q̄ a causa ad effectū nō semp̄ p̄cedit sillogism⁹: sed poti⁹ ab effectu ad causam. ait ḡ. ḡ si verū est qd diximus de tpe medio: speculādū est. i. dignum consideratione: quid n am est. s. in rebus externis: de quibus disputamus in demōstrationibus causali b⁹: q̄d est continens vel potius continua ns hec duo. vt post iā quid factum est. i. post factum esse rei: sit fieri eius: hec duo vocabula freq̄ntissima sunt in sciētia naturali. scilicet moueri ꝛ mutatū esse. maxime vero hec q̄stio de immediatione mot⁹ ꝛ momēti / tēporis ꝛ instātis: in sexto libro phisicorū disputatur. et correspōdent sibi motus ꝛ tēpus: qa omnis mot⁹ fit in tpe: similiter sibi correspōdēt momentū ꝛ instans: qa vtrūq̃ est indiuisibile. hoc quidē tēporis: illud vero motus: qd ꝛ mutatū esse dicitur / ꝛ semp̄ fit in instanti. Est ergo q̄stio vtrū factū esse ꝛ fieri rerū possint esse cōtinua ꝛ immediata. eo modo quo in phisica queritur. vtrum motus ꝛ momentum sint cōtinua: similiter ꝛ de tempore atq̃ instanti. Ad hanc questionem Aristotel'. hic quemadmodum ꝛ in phisica respondet negatiue dicens.

¶ An manifestū est. i. esse debet perito philosopho: qd non sit continuū i. immediatum qd fit. i. fieri cum facto esse. immo neq̃ factum esse prius cum facto esse posteriori. i. sequente. de secūdo patet. quia termini mot⁹ siue factionis: que dicūtur mutata esse: atomi. i. indiuisibiles sunt: quemadmodū ꝛ puncta in linea: sicut igitur pūcta in linea nō sunt adinuicem copulata. i. continua ꝛ immediata: sed semper inter quelibet duo pūcta datur linea media: ita etiam nec q̄ facta sunt. i. mutata esse in motu vel fieri: possunt esse continua ꝛ immediata. vtraq̃ enim. i. tam puncta quam momēta indiuisibilia sunt: ergo non est maior ratio continuationis in istis quam in illis. De primo etiam patet.

¶ Nec igitur quod fit idest fieri continuum erit cum eo quod factum est idest cum facto esse: scilicet propter idem. quia quamuis ipsum fieri sit diuisibile: tamen factum esse est indiui-

sibile: quod nulli pōt cōtinuari. sicut igitur linea ad punctū sese habet. s. q̄a non cōtinuatur ei: sic etiā qđ fit. i. fieri ad qđ factum est. sunt enī infinita facta esse in eo qđ fit. i. in ipso fieri: quemadmodū & infinita puncta in linea. Sed quia hec disputatio est phisica: non est hic in logica prolixius disputanda. ideo ait.

¶ Magis autē manifestū. i. magis certe atq; exacte oportet dicere de his in libris vniuersalib⁹ de motu. i. in libris phisicorū: in quorū sexto agitur de habitudine diuisibilis ad indiuisibile: etiā de habitudine vni⁹ indiuisibilis ad aliud indiuisibile. Ex determinatione ergo hui⁹ secūdi dubij patet verū esse qđ ad primū dubiū dicebatur: qđ a causa ad effectū non fit sillogism⁹ cert⁹: q̄a datur tēpus mediū in quo est causa & nō effectus: & hoc ideo q̄a fieri / & factū esse nō sunt immediata: sed inter ea mediat tēpus. ¶ Quare ad ꝓpositū redeūtes dicam⁹ quō ī his causis sit arguēdū ibi.

¶ De eo igit̄ quomō. & sit secunda cōclusio. qđ arguendo ab effectu ad causam: necesse est procedere ꝑ causas ordinatas successiue: sic qđ ab infima procedat̄ ad medias: & per medias ad supremā causam: cui iam aliqua mediarū est imediata: neq; vltra est procedendū. hoc intendēs Aristotel'. ait. de eo q̄dem igit̄ modo arguēdi in huiusmodi causis. s. quomō causa media se habeat cū eo qđ cōsequenter. i. posteri⁹ generatione fit. hoc est quomō sit arguendū a posteriori ad prius / vel ab effectu ad causam: intātū acceptū sit ex dictis supra. i. supponamus qđ dictū est: quāuis illud nō sit satis: sed vlterius est procedendū. nā in his causis & effectibus ꝓcedendo necesse est deuenire ad illā causam mediā q̄ ad primā sine medio est. i. est imediata prime cause. vt nō ponatur processus in infinitū in demōstrationib⁹: qđ in 19. cap̄. primi libri hui⁹ ꝓhibitum est. vt verbi causa. ponatur qđ in generatione alicui⁹ effect⁹ sint plures cause ordinate. vt dicamus qđ. A. factū est cum. C. factū est. hoc est. ad hoc qđ. C. sit factū requtur qđ. A. prius sit factum. principiū igitur argumētationis est. C. posterius factū. dico. C. posterius: ꝓpter id qđ est proximū ipsi nūc. i. instāti presenti qđ est principiū tēporis sequentis. sed adhuc ponam⁹ qđ. C. factū est cū factū sit. D. i. ex eo qđ. D. est factū. sensus est. ad hoc qđ. D. sit factum ponam⁹ qđ. C. oporteat esse factū prius. ita qđ. C. esse factū sequatur ad. D. esse factū: nec possit. D. esse factū sine. C. ergo de primo ad vltimum: cū sit factū. D. necesse est. A. esse factum. causa autē & mediū est. C. nā si D. factum est. C. factū esse necessitate ē: et facto. C. necesse est factū esse. A. pri⁹. et si hoc pacto ꝓcedendo accipiēs fueris adhuc mediū aliqđ aliud posterius i. causam aliā: non procedes in infinitū: sed tandē stabit discursus alicubi ad immediatū. i. ad causam q̄ iam nō habebit mediū / sed erit oīum primū. Ergo nr̄a cōclusio fuit vera qđ in huiusmodi causis ꝓcedendo: venire oporteat ad aliq̄ causam mediā q̄ prime cause sit immediata. ¶ Sed cōtra hāc cōclusionē atq; ei⁹ probationē posset q̄s arguere ex res pōsione scđi dubij. argumētū ponit̄ ibi.

¶ An semper extra cadet. s. mediū post mediū / ita q̄ nō sit dare primū. et videtur qđ sic: ꝓpter infinitū. i. infinita facta esse in quodlibet fieri. et sicut dictum est paulo superi⁹: nō est continuū factū esse cū facto esse: q̄a sunt indiuisibilia: sed semꝑ inter ea cadit mediū fieri. quare nunq̄ dabitur p̄ma causa / nec dabitur aliqua ei immediata. Ad hoc argumentum ponitur solutio ibi.

¶ Sed incipere &c. & stat solu in hoc qđ quāuis ita sit in rebus. qđ nō est dabile primū factū esse &c. tamen in argumētatione causali potest dari primum factū esse quodcūq; libuerit / & ab illo incipere argumentationē. nā in preteritis incipere possum⁹ ab illo facto esse qđ vicinius precessit nunc tēporis qđ

est pre

est presens.ideo ait.sed incipere tamen est necesse demonstratorē a medio sillo gistico.i.ab eo facto esse qꝫ est mediū ad inferendū alia. hoc est ab ipso nūc tem poris presentis.s. qđ accipiatur factū es se aliqđ proximū ipsi nunc.vt.D.et ex il lo inferre.C.qđ precessit.et ex.C. infer= re.A.et poterit esse status retrocedēdo: vbi opus fuerit. Et sicut dictū est in pre teritis similiter autē est arguendū ꝛ in eo qđ erit.i. infuturo. si enim verū est di co qđ erit.i. infuturo. si enim verū est di cere quoniā erit factū.D. necesse est ve rum esse dicere:quoniā erit prius factū A.huius autē causa media erit.C.nam si.D.erit:prius.C.erit.si vero.C.erit:pri⁹ A.erit. ¶ Aduertēdū hic qđ quāuis in quolibet fieri sint infinita facta esse incō pleta:tamen non sunt infinita facta esse completa:vt dicitur in sexto libro phisi= corū : ad propositū huius argumēti dici mus qđ demōstrationes causales non fiunt super facta esse incōpleta/sed solū sup cōpleta: ꝛ in illis potest dari primū factū esse ꝛ vltimū:aquo argumentatio incipiat procedēdo versus primū.Et si= cut argumentū predictū factū est ꝛ solu tum circa preterita: eodē modo posset ꝛ fieri ꝛ solui circa futura:ideo sequitur.

¶ Similitet aūt. ecce argumētū. quia similiter ꝛ in his .s. futuris de qb⁹ immediate loqbamur: erit infinita diui sio indiuisibiliū in cōtinuo.i. inquolibet fieri sunt infinita facta esse.nō em̄ erunt cōtinua ea facta esse q̄ erunt:adinuicē.i. interse neqꝫ etiam fieri cū facto esse. Se quitur solutio:principiū autē argumen= tationis sumi potest/ꝛ in his futuris si= cut in preteritis:ꝛ sine medio.i.immedia tam causam possumus accipere/ ꝛ pri= mam/ꝛ aliā illi proximā. ¶ Uerū quia predicta omnia dicebātur cōfuse ꝛ in ter minis cōmunib⁹: Aristot.descendit ad exemple particularia ibi.

¶ Hn̄t aūt se sic .i. sicut diximꝰ in naturalibus: ita se habent iste cause in operib⁹.i. in operatis artificialib⁹: vt si facta est domus lapidea q̄ sit.D.neces se est decisos ac paratos esse lapides q̄ sunt.A. hoc autem.A. necesse est factū esse: ꝑpter q̄d.i.propter quā causam me diam q̄ est.C.quoniā necesse est funda mentū esse factū. si em̄ fundamentū nō est factum:neqꝫ domus facta est.si vero fundamentū factū est: necesse est prius lapides esse factos.i.paratos.et hoc qui dem in preteritis. Iterū autē ꝛ similiter in futuris.si erit dom⁹.D. prius erūt pa rietes q̄ sunt.C.et demōstratur per me dium aliud.C. similiter vt in preteritis. q̄a si erunt parietes:ꝛ fundamentū pri⁹ factum esse necesse est:ꝛ si fundamentū erit: necesse est lapides prius fore para tos qui sunt.A. Forma autē arguendi in huiusmodi causis ꝛ causatis magis est hypotetica conditionalis quā cathe gorica argumētatio.vt si est dom⁹ : sunt parietes.sed domus est:ergo ꝛ parietes sunt. item si sunt parietes ꝛ fundamen= tum est. et si fundamentū est ꝛ lapides effossi sunt: ꝛ ibi est stat⁹ ꝛ prima causa.

¶ Tertia pars huius cap̄.

¶ Quoniā autē videm⁹ &c. Ad huc autem persistentes in causis ꝛ effe ctibus que nō simul sunt:dicimus qđ in eis sunt quedā media que indirectum semper procedūt ꝛ nunquā ad precedē tia redeunt:vt in exemplo de domo con struenda diximus.sunt nihilominus in huiusmodi causis quedā media q̄ rede unt ad precedentia ad modū circuli : et in eis fit demonstratio sillogismusqꝫ cir cularis.quare de hac circulari rerū ge neratione: atqꝫ de circulari demonstra= tione pauca disseramus idoneū est . nā prolixior hui⁹ rei determinatio : ex secū do libro priorū est querenda. ait ergo. quoniā autem videm⁹ in his que fiūt .i. in rebus naturalib⁹ esse quandā gene= rationē circulo.i.redeūtem ad suū prin= cipium ad modū circuli:cuius figure fi= nis reuertitur ad principiū . quia inquā hoc ita fit in rebus externis:etiam in de mōstratione causali cōtingit hoc esse .i.

circulationem et circularē probationē: sic qđ vltimū redeat ad primū. siquidē pro quādo mediū.i.causa media: ⁊ termini.i.extremitates cōsequūtur sese ad inuicem: ita qđ.A.sequatur ad.B.et.B ad.C.et.C.ad.D.et rursus.D.ad.A. in his enim causis ⁊ effectibus est.i.contingit conuerti.s. consequentiā a causa ad effectū/⁊ ecōtra.ostensum est autē in primis.i.in prioribus.s.in secūdo libro priorum: qđ aliquādo conclusiones cōuertūtur ad probādas premissas: a quib⁹ ipse probate fuerant.hoc autē est esse probationem circulo.i.admodū circuli: quo finis reuertitur ad suū principiū. ¶ Aduerte hic ex secūdo libro de generatione qđ ista circulatio naturalis nō fit ad idē numero sed solū ad idē specie. Sed ad hoc vt ista fiant clariora ponam⁹ exemplum ibi.

¶ In operibus autē.i.in his que

fiūt in natura videtur sic.i. apparet hoc ita esse.nam depluta terra: necesse est ꝑ calorem solis vaporem humidū fieri.i. eleuari in aerem.hoc autē facto: nubem necesse est cōdēsari a frigiditate medie regionis aeris. hac autem.i. nube facta ex vapore: aquam.i. pluuiā necesse est cadere in terram: quare et terrā esse deplutam.hoc autē antecedens erat.i. sumebatur a principio argumentationis. quare argumentatio circuiuit circulo.i. ad instar circuli reuersa est a fine ad principium. Et ista circularis argumentatio potest fieri super vnumquodqꝫ horum quatuor: que dicta sunt: acceptum pro antecedēte. ideo ait. Cum enim horum quatuor dictorum vnum quodlibet est.i. ponitur in principio argumentationis: aliud alterum.i. sequēs ipsum est.i. sequitur necessario. et cum illud.i. secundum ponitur: etiam alterum.i. sequens ipsum est. et cum hoc.i. tertium ponitur.iterū primū sequitur ad ipsum. nam hec omnia interse sunt couertibilia: ideo omnes consequentie in eis possint conuerti: et quolibet istorum posito in principio: tandem argumentatio in fine reuertetur ad ipsum. ¶ Nota ꝙ iste argumentationes possunt fieri cathegorice vel hyppotetice. et sensus erit idem.sed planiores sunt in his demonstrationes hyppothetice conditionales quā alie. vt si.A.est.B.est.et si.B.est. C est ⁊c. Et ꝗuis in tertio cap̄.primi libri huius reprobata videatur demonstratio circularis: quia dictum est ibi. Circulo quoqꝫ quod impossibile sit demōstrare.⁊c.tamen vt ibidem notauimus: illud dictum solum est verum in demonstratione propter quid ⁊ potissima: ⁊ stando in eodem genere cause.nam in tali circulatione manifeste sequeretur idem esse notius seipso: idemqꝫ sui ipsius causam.sed variando genus demonstrationis de propter quid in quia: ⁊ econtra: ipse Aristotel. concessit circularem demonstrationem in cap̄.14.eiusdem primi libri.et variando genus cause etiam concessit circulationem in cap̄.8. huius secundi: vbi dictum est quod oportet cōmutare rationes ⁊c.

¶ Quarta pars hui⁹ cap̄.

¶ Sunt autem quedam &c. Alia deniqꝫ causarum et effectuū differentia est non pretermittenda/ sed breuiter explicanda: de qua etiam in cap̄. 9. primi libri mentionem fecimus: vbi dictū est: eorum autē que sepe fiunt: sunt demonstrationes/et scientie / atqꝫ diffinitiones ⁊c. Et ad videndū quomodo variantur demonstrationes circa huiusmodi causas: premittenda est ipsa differentia causarum ⁊ effectuū de qua ait.sunt autem quedam.i. quidā effectus causarū: qui fiunt vniuersaliter. et exponit. semper enim.i.pro quolibet tempore/ et in omni.i. pro quolibet supposito sic se habēt/ aut sic fiunt.primū dicit propter predicata necessaria/ ⁊ perse primo vel secūdo modo. quia semper homo est animal/ rationalis/⁊ risibilis: ⁊ omnis homo sic se habet. secundum dicit propter predi-

cata causalia. et hoc maxime verum est in motibus ꝛ aspectibus celoꝝ ꝛ suarū stellarum. cuiusmodi sunt ortus/ꝛ occasus: cōiūctiones/oppositiones/ecclipses/ꝛ alij aspectus: quia in illis effectibꝰ nullum potest dari impedimentū per naturam: quo minꝰ fiant semꝑ sicut fieri nata sunt. Alia vero. i. alij effectus semper quidē non sunt facti sicut nati sunt fieri: sed sicut frequēter sunt. i. impluribus sic fiunt. vt nō semper omnis homo masculus barbatur. i. habet barbam sibi natā: sed sicut frequenter: q̄a ita est in pluribꝰ viris. et idem est videre in oīibꝰ alijs causis ꝛ effectibus naturalibꝰ: in quibꝰ sepe accidunt defectus ꝛ impedimenta ex parte causarū/ꝛ nō fiunt effectus sicut fieri nati sunt: vt nō semper ex hoīe nascitur homo/neq꜒ semper ex oliua oliua/ꝛ sic de alijs. Hec distinctio plenius declaratur in secūdo libro phisicoꝝ: vbi agitur de casu ꝛ fortuna. et dicitur quod casus nō accidit in his que semper fiūt: sed in his que vt frequenter: quia in eis quāuis raro: accidit tamen fieri aliquid a casu. Hac distinctiōe supposita ponitur modus arguendi ibi.

¶ Taliū igitur. et intendit quod sicut principia demonstrationis in his que vniuersaliter ꝛ semper fiunt: debent esse semper vera: ita etiam eadem principia in his que fiunt vt frequenter: debent esse vera non semper / sed vt frequenter. ideo ait. talium igitur idest eorum que fiunt vt frequenter: necesse est medium demonstrationis esse verum vt frequenter. probat hoc ad impossibile sic. si enim. A. de. B. vniuersaliter. i. de omni ꝛ perse predicabitur. et. B. similiter de. C. vniuersaliter: ita quod ambe premisse sint vniuersaliter vere ꝛ semper: necesse est in conclusione. A. de. C. predicari semper ꝛ de omni. hoc enim est vniuersaliter: scꝫ de omni/ꝛ semper veram esse propositionem. hoc autem consequens est falsum: quia suppositū est conclusionem sicut frequenter esse veram ꝛ non semper. necesse est ergo medium quod est in quo. B. esse verum sicut frequenter/ꝛ non semper. erunt igitur eorum idest earum conclusionū que sunt vt frequenter/ꝛ non semper vere: principia demonstrationum sine medio idest immediata erunt quecunq꜒ propositiones vere vt frequenter / sic sunt aut sic fiunt. et huiusmodi demonstrationes sunt fere omnes naturales/ꝛ morales/ac etiam medicinales. Hactenus ergo de causalibus demonstrationibus dictum sit satis sufficienter. Et totum hunc tractatum breui epilogo recolligens Aristoteles. subdit.

¶ Quomodo quidem igitur sit accipiendum quod quid est. i. diffinitio pro medio demonstrationis inter terminos cōclusionis: assignatum est in his tribus capitulis. 7. 8. et. 9. et ex eisdem elicere poterimus qualiter ipsius diffinitionis sit demonstratio aut diffinitio aut nō sit hoc possibile: dictum est prius idest in precedentibus. Absoluta est ergo/ꝛ plene determinata questio illa difficilis/ꝛ diu agitata: que in principio secundi capituli huius secundi libri fuit ꝓposita d̄ diffinitione ꝛ demōstratione.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa istud capitulum principalis questio est: vtrum per omnia genera causarum possit fieri demonstratio. Deinde posset hic disputari questio illa realis. Utrum ad habendam scientiam de aliquo oporteat omnes eiꝰ causas cognoscere. Tertio vtrum demonstratio circularis sit possibilis in scientijs. Quarto. vtrum sit verum quod de his que non semper: sed solum frequenter fiūt: possit esse sciētia ꝛ demōstratio.

¶ Tractatꝰ. iiii. ē de methodo siue arte inueniēdi diffinitionē q̄ sit mediū demōstrationis. habet cap̄. tria quorū primū ē i ordie.

¶ Caput decimum dat tres modos inueniendi diffinitiones ad demõstrationes necessarias.

Quomodo autẽ oportet venari ꝛc. In principio secundi cap. hui⁹ secundi libri non solũ proponebatur esse inquirendum quomodo qd quid est demonstratur.i.demõstrari possit: sed etiã qd esset inquirẽdũ quis esset modus introducendi ipsam diffinitionẽ ꝛc.igitur declarato primo dubio in precedẽtibus cap. procedamus iam ad secundũ.ideo ait.quo autẽ modo oportet venari.i.inquirere predicantia.i.predicata de aliquo subiecto in eo qd quid i.quiditatiua ꝛ essentialia:ex quib⁹ diffinitio eius sit constituenda: nũc dicam⁹. et in hoc cap. Erũt quatuor ptes principales:prima docet inuenire diffinitionẽ subiecti demonstrationis per viam diuisionis .i. descendendo a superioribus predicatis versus inferius diffinitũ. In secũda ibi.congruũ autem:ponit alium modũ inueniẽdi diffinitionẽ.s. per viam resolutionis.i. ascendendo ab inferioribus versus diffinibile superius. In tertia parte ibi.nihil autem oportet:excludit duos errores qui possent insurgere contra primũ modũ. In quarta parte ibi : querere autem oportet : dat artem inueniendi diffinitiones passionũ que demonstrari habent. Quantum ad primum modũ premittit Aristot.quandã diuisionẽ predicatorum essentialiũ ibi.

¶ Eorũ igitur .s. predicatorum que insunt semper vnicuiq₃ subiecto diffinibili:de quib⁹ dixeramus in fine cap. precedentis:qd vniuersaliter/de omni/ ꝛ semp conueniũt suis subiectis: eorũ inquã sunt duo genera.quedã em̃ se extendũt in plusquã diffinitũ .i. sunt eo cõmuniora: nõ sunt tamẽ extra gen⁹ diffiniti:ꝛ alia sunt cõmuniora quidẽ predicata essentialia: sed extra gen⁹ siue predicamẽtum diffinibilis subiecti. declarãs hanc diuisionẽ addit. dico autẽ illa predicata in plus esse:quecũq₃ insunt quidẽ vnicuiq₃ suo subiecto vniuersaliter/ꝛ de omi: ꝛ nõ solũ ei/sed ꝛ alij insunt. exẽplũ.vt est aliquid.i.aliqd predicatũ qd omni trinitati .i. ternario numero inest:ꝛ etiã nõ trinitati i.alijs speciebus numerorũ. et hoc vel in genere vel extra genus ternarij. de secũdo:sicut qd est.i. ens inest trinitati/ et etiã alijs speciebus numeri : immo inest ꝛ nõ numero.i.alijs generib⁹ a numero. ergo est superi⁹ cõmune extra gen⁹. de primo ait. sed impar inest omi trinitati: ꝛ pro.i.in plus est.nã ꝛ ipsi quinario inest: sed nõ est extra gen⁹ ternarij. quinarius quidẽ em̃ numerus est sicut ꝛ ternari⁹:quia nullũ dicibile extra gen⁹ numeri est impar.ergo quinari⁹ qui est impar nõ est extra gen⁹ ternarij. Patet ergo distinctio predicatorũ essentialium que se habẽt in plusquã subiectũ diffinibile. et adducit hec distinctio ad videndũ que istorũ predicatorũ sunt accipiẽda ad cõstituendã diffinitionem. Ad hoc respondens Aristoteles subiungit.

¶ Huiusmodi igitur .s. predicata cõmuniora : de genere tamẽ diffinibilis subiecti ꝛ non extra gen⁹ eius: sunt accipienda in diffinitione ei⁹:vsq₃ ad hoc .i. ad hũc numerũ eorũ:quousq₃ tot ex eis sint accepta primũ .i. adequate ꝛ precise:qd eorũ vnũquodq₃ quidẽ seorsum in plus sit quã diffinibile: sed omnia simul accepta nõ sint in plusquã diffinitũ/sed cõuertãtur cũ eo.hanc etem̃ predicatorũ essentialiũ cõgeriẽ de necessitate est substantiam .i. essentialem seu quiditatiuã diffinitionem rei esse. Hec regula patet in exemplo de ternario iam incepto.

¶ Vt trinitati .i. ternario omni inest ꝛ soli hec diffinitio . numerus impar primus vtrobiq₃.i.vtroq₃ duorũ modorum sequentiũ.s. ita qd non est.i.con.

tingat ipsum mensurari numero alio vt parte aliquota ei⁹ per multiplicationẽ: ꝛ sicut non cõponi ex numeris aliis per additionẽ. hec itaq₃ diffinitio est iam trinitatis .s. numerus impar prim⁹: ꝛ sic .i. duobus modis prim⁹. ¶ Nota ex Boetio in primo libro sue arihmetice: q̃ numerus dicitur prim⁹: q̄a a nullo alio numero dependet: sed numerũ depẽdere ab alio numero potest duob⁹ modis cõtingere. Primo q̄a ꝓducitur ex alteri⁹ numeri multiplicatione: vt sex/nouem/duodecim ex ternario ꝛc̃. Secundo modo quia ex aggregatione siue additione alicui⁹ vel aliquorũ numerorũ consurgit. vt quinq₃ ex binario ꝛ ternario: ꝛ septem ex trib⁹ et quatuor ꝛc̃. per oppositum numerus potest dici ab alio nõ dependẽs aliquo illorũ modorũ .i. vel multiplicatione vel additione. Numer⁹ ergo ab alio nõ depẽdens dicitur apud arithmeticos prim⁹ ꝛ incõposit⁹ .s. ex aliis. primus quidem: q̄a nõ ex alio nascitur multiplicatione: incõpositus vero quia nõ ex aliis cõponitur aggregatione vel additione numerorũ. per oppositũ numerus dicitur secũdus ꝛ cõpositus quocunq₃ illorũ modorũ ex aliis procedat seorsũ siue vtroq₃ modo simul. Si ergo loquamur determinate de numeris imparibus: dicimus q̃ datur aliquis numerus impar prim⁹: sed tamẽ cõposit⁹: vt quinq₃. est alius impar secũdus ꝛ cõpositus vt nouẽ. sed non potest dari numerus qui sit secũdus ꝛ non cõpositus. siquidem omnis multiplicatio est additio: et non ecõtra. potest tamen dari numerus impar qui simul est primus ꝛ incompositus .i. qui neq₃ multiplicatione/ neq₃ additione ex aliis numeris procedit. et iste est solus ternarius de quo hic Aristotel. loquitur: quãuis nomen primi confuse accipiat pro primo ꝛ incõposito: vnde ait: q̃ est ternarius numerus impar primus vtrobiq₃ .i. duob⁹ modis simul. puta quia nõ mensuratur ab alio numero .i. non procedit ab eo per multiplicationẽ: sicut totũ mensuratur a sua parte aliquota multoties sumpta. neq₃ ex aliis numeris cõponitur per aggregationẽ vel additionem. ¶ Quod vero hec diffinitio sit data de ternario secũdũ tenorẽ regule supradicte: ꝓbat ibi.

Notabile de numeris primis/ ꝛ incõpositis.

¶ Eorũ enĩ suple predicatorũ q̄ in ea ponuntur: vnũ quodq₃ obseruat dictum modũ. illa quidẽ .i. duo prima .s. numerus impar conueniũt imparib⁹ omnibus tanquã genus. vltimũ autem. sc₃ vtrobiq₃ primus: etiã dualitati .i. binario conuenit. est enĩ binarius numerus primus ꝛ incõpositus. sed omnia illa simul accepta nulli alteri numero a ternario possunt cõuenire .s. numer⁹ impar vtrobiq₃ prim⁹. ¶ Q̃ autẽ hec diffinitio sit q̄ditatiua ꝛ essẽtialis ternario: ꝓbat ibi.

¶ Quoniã autẽ ostensum est nobis in superiorib⁹ .i. in cap̃. 4. primi libri q̃ necessaria .i. de necessitate insunt subiectis predicantia in eo q̃ q̄d est de eis. nam illa sunt vniuersalia .i. predicata de omni/ ꝛ per se de q̄b⁹ ibidẽ dicitur: q̄ per se sunt: necessario insunt. ergo in trinitate siue ternario numero/ ꝛ in quocunq₃ alio diffinibili sic accipiantur predicata ad ponendum ea in diffinitione .s. in eo q̃ quid est. nam sic accepta ex necessitate erunt. sic quidẽ igitur ex necessitate erit trinitas hec diffinitio. Q̃ autem sit substantia .i. diffinitio essentialis ꝛ quiditatiua ternarii: ex his manifestũ ẽ que dicem⁹: quia nisi hoc sit trinatis esse .i. si hec oratio dicta nõ esset ratio ac diffinitio ternarii: necesse est ipsam esse vt genus aliq̃d eius: hoc autẽ genus erit aut nominatũ incõplexo nomine/ aut nõ nominatũ nisi per circũlequium. et si gen⁹ sit: erit igitur in plus quã trinitati inexistens .s. quia inerit etiã aliis speciebus numerorũ. probatio. cõcessum est enim apud om̃es doctos huiusmodi esse genus .s. q̃ insit secundũ potentiã .i. q̃ potest pluribus speciebus inesse. ꝛ in plus est quã vna quelibet earũ. sed hoc consequens est falsum .s. q̃ illa oratio sit in plusquã ternari⁹: sũ enĩ pro q̄a nulli alii

tuenda. puta ex genere & differentia: et vnū aliqd predicatū est animal māsuetum: iterum ex hoc posito pro genere/& ex differentia sibi addita est .i. diffinitur homo: vel quodlibet aliud diffinibile qd vnū sit: necesse est diuidentem .i. probantē per diuisionē: illam differentiā petere vt detur sibi ab alio. puta bipes vel aliquā aliā. reffert ergo quo in loco diffinitionis illa differentia ponatur. nā eo in loco ea predicabitur in quo ipsa venit petēda: et posset nō bene poni. Amplius .i. adhuc ex bona positione differētie in loco suo seqtur alia vtilitas .s. qd sic solū modo continget nihil ommittere eorū que ponēda sunt in diffinitione. nam cū primū accipitur gen⁹: si ad inueniendā differētiā per diuisionē accipiat aliquis aliquā diuisionē alicui⁹ inferioris generis: nō omne .i. totū illud genus incidet .i. cadet in hoc .i. in hanc diuisionem. vt si quis aīal diuideret p has differentias: aliud habens alas diuisas .i. discretas: & aliud habēs alas cōtinuas. non enī omne aīal aut totū pēnatum .i. continuatū: aut diuisum pēnis. sed hec diuisio est inferioris generis sub animali .s. aīalis pēnati aut volatilis. nā omne aīal pennatū est vel hoc/vel illo modo habens pēnas alarū. et huius generis est hec differētiarū diuisio / non autem animalis. prima ergo differentiarū diuisio animalis est illa inquā oē animal incidit aut cōprehenditur. similiter autē est & in aliorū generum vnoquoqꝫ. siue illa genera sint extra genera animaliū: vt planta/metallū &c. siue sint sub ipsis: vt auis/piscis &c. nam auis ea est diuisio prima inquā omnis auis incidit. et in pisce illa inquā oīs piscis venit. Sic qdē igitur ambulanti in diuisionib⁹ generū: promptū erit scire quando nihil est relictum eorū q̄ ponenda erāt in diffinitione. aliter autem faciendo diuisiones/ et quasi per saltū procedendo .s. interrumpendo seriē: necesse est eum relinquere aliqd eorū que in diffinitione ponenda erant/& nō scire verā diffinitionem. Se-

sus ergo Aristo. in hoc paragrapho lōgo est. qd diuisiones generū per differētias sunt vtiles & necessarie ad formandas diffinitiones: dum modo obseruetur ordo in collocādis partib⁹ diffinitionis .s. q differentie nō ponātur ante genus: quia esset diffinitio nugatoria: & inter differētias etiā sit ordo .s. vt cōmuniores earū preferātur minus cōmunibus. adhūc autem ordinē bene obseruandū: necesse est qd diuisiones incipiant a superioribus generib⁹. et vnaqꝫ earū sit prima & immediata diuisio cuiuslibet generis. his enim bene attētis nullus erit defectus in diffinitione.

❧ Tertia pars huius cap̄.

❧ Nihil autē oportet &c. Contra doctrinā datā de modis inueniendi diffinitionē: insurrexerunt quidā philosophi dicentes qd non est possibile nos aliqd diffinire: qa in diffinitione oportet ponere oēs differētias: quib⁹ diffinibile differt ab alijs omnib⁹ q̄ sunt in mūdo: hoc autē est impossibile: qa ad habēdas oēs differētias oporteret cognoscere omnes res a quib⁹ hoc diffinibile differt: qd nobis nō est possibile propter rerū innumerabilē multitudinē. Ad huius erroris impugnationē Aristo. pmo ponit conclusionē cōtrariā dicens. nihil autē .i. non oportet diffinientē aut diuidētem ad faciendā diffinitionē: oīa scire q̄ sunt. vt illi cōtendūt. et tamen quidā (d quorū numero notatur Speusipp⁹) dicūt impossibile differētias omnes cognoscere: q̄ sunt differentie diffinibilis ad vnūquodqꝫ ens mūdi: nō cognoscētem vnūquodqꝫ eorum a qbus differt ipsum qd diffinitur. siue autē differētijs .i. nisi cognoscātur differentie: nō est .i. nō cōtingit scire vnūquodqꝫ per diffinitionem. a quo enī non differt aliqd: hoc necesse est idē esse huic: a quo autē differt: necesse est alterum esse idest diuersum ab hoc. dicebāt illi. Sed cōtra eos dicimus: qd non est necesse diffinientē om-

nia cognoscere. et hoc propter duo.

¶ Primū quidē hoc falsum est: scilicet qđ vltimo dicebant de differētijs qđ oporteat eas oēs cognoscere. non eñ secundū omnē .i. quālibet differentiā diffinibile est alterū .i. specie differēs ab alijs. multe eñ sunt differentie in eisdem specie .i. in rebus eiusdē speciei: q̄ non sunt secūdū substantiā .i. essentiales nec perse: sed solū accidētales: cuiusmodi sunt differentie indiuiduales singulorum. cōstat autē qđ ad diffiniēdū aliqđ essentialiter / ꝛ quiditatiue nō est necessariū scire dr̄ias accidentales: sed solas essentiales: q̄ ꝛ perse / ꝛ specifice vocant.

¶ Postea .i. secūdo dicimus: qđ cum per diuisionē primā ꝛ immediatā alicuius generis accipiātur opposita secundū differentiā .i. differētie opposite puta contrarie vel contradictorie: inter quas nō est dare mediū: ꝛ cū per illam diuisionē euacuatur totū gen⁹ .i. qđ omne existens in illo genere aut est hinc .i. sub hac differentia / aut inde .i. sub illa: ꝛ accipiat per certitudinē experientie hoc qđ q̄ritur diffiniendū in altero .i. in vna illarū differentiarū esse determinate: et hoc membrū diuisionis ipse diffiniens cognoscit: his eñ omnib⁹ cōstantib⁹: nihil reffert diffinientē scire aut nō scire de q̄buscunq; alijs ille differentie predicētur. Sēsus est: qđ ad habendā diffinitionem essentialē / seu quiditatiuā alicui⁹ diffinibilis nō est necessaria notitia propria ꝛ distincta omniū aliorū a q̄bus illud differt: sed sufficit notitia vniuersalis ꝛ cōfusa per differētias cōmunes. q̄a ex quo scio qđ alia omnia a diffinito illo nō cōtinentur sub differentijs positis in illa diffinitione: certus sum qđ ipsum differt ab oīb⁹ alijs: quāuis eorꝫ proprias notitias non habeā. Unde cōcludens Aristoteles ait.

¶ Manifestū autē quoniā si sic vadens .i. procedēs per diuisiones generum tādē veniat in hec .i. ad illas differētias: quorū .i. post quas nulla amplius est differentia: ille inquā rationē substantie .i. diffinitionē quiditatiuā habebit de suo diffinito: etiā si alia oīa ignorauerit. Aliā que excogitari posset: cauillationem contra predicta: excludens Aristoteles subdit.

¶ Omne autē incidere &c. cauillatio hec esset: qđ procedēs per diuisiones generū ad inquirendā diffinitionē: indiget probare vel ab auditore petere ꝙ q̄libet illarū diuisionū sit sufficiens / ꝛ euacuās totā potentiā illius diuisi. quare doctrina data de inuentione diffinitionis per diuisiones generū est īpfecta ꝛ dubia. Hāc obiectionē paucis verbis Aristot. refellit dicens. omne autē .i. genus diuisum incidere .i. contineri vel cōprehendi in diuisionē .i. in membra diuidentia (si illa opposita sint: ꝛ quib⁹ nullum mediū interest) nō est petitio .i. nō oportet illud petere sibi concedi ab auditore: sed assumere tanquā verū ꝛ certum. q̄a necessariū est omne contentum sub illo genere: in altero ipsorū mēbrorum esse .i. contineri: siquidē .i. dum modo illius generis differentia sit .i. diuisio per differētias primas ꝛ īmediatas data sit. q̄a omnis sufficiens diuisio potest reduci ad mēbra cōtradictoria: inter q̄ non est dare mediū. omnis eñ substantia est corporea vel incorporea: oē animal est rationale vel irrationale: oīs numerus est par / vel impar: omnis linea est recta vel curua: ꝛ sic đ alijs multis generib⁹. ergo nō opus est petere vel probare huiusmodi diuisiones esse sufficientes. ¶ Reprobatis igit̄ erroib⁹ et cauillationib⁹ contra doctrinā predictā de inuentione diffinitionū ꝑ diuisiones generū debito modo factas: nūc ad propositum rediens Aristo. ponit regulas siue precepta quibus recte fiant generum diuisiones ibi.

¶ Ad probandū autē terium .i. diffinitionē per diuisiones generū tria precepta oportet coniecturare .i. conside

rare et diligenter obseruare. primū est qd accipiantur genera diuidenda q̄ sint predicantia de diffinito in eo qd qd est. secundum quod membra diuisionum que assumūtur ad constituendam diffinitionem ponātur ordine debito videndo quod eorum primum sit: et quod secundum et sic de alijs: si plura occurrerint ponenda in diffinitione: tertium est et quia hec sunt omnia suple que ponenda erant in diffinitione: nec deest aliquid nec superfluit: sed hec sola sunt omnia necessaria. ¶ Declarat magis vnumquodq̧ horum seorsum, dicens. est autē .i. contingit vnū et primū horū cognoscere: per id .i. per artem illā qua possumus sillogizare: sicut ad accidens probare possum⁹ quoniā inest: ita et ad genus probare possum⁹ idē. sermo breuis et obscurus est. sed cōmunis glossa est hec: qd ex doctrina dialectica in topicis .s. in quarto lib. (vbi agitur de problēmatibus generis.) possumus ꝓbare qd predicatū insit subiecto in quid et vt genus: sicut ex eadem arte dialectica possum⁹ in secūdo et tertio libris topicorum habere cōsiderationes de accidente: et probare qd predicatū insit subiecto vt accidēs et nō in quid. Sēsus ergo est. qd ex doctrina dialectica in diuersis libris topicorū: ad quos remittit nos: possum⁹ cognoscere q̄ sint predicata essentia et q̄ accidentalia respectu alicui⁹ subiecti: et ita per illam methodū inuenire poterim⁹ genera diffinibilis subiecti: et per illorum diuisiones facile construere diffinitionem eius. ¶ Deinde poterimus ordinare differentias sub genere vt oportet. si primū .i. primam earum acceperimus in primo loco. hoc autem .i. hec differentia prima cognoscetur. si illa omnibus alijs inerit predicatione essentiali: sed illi differentie non inerunt alia omnia .i. nulla aliarum predicatione essentiali directa. quod est dicere. qd inter differentias eiusdem predicamenti est coordinatio: in qua a superioribus ad inferiores earū non conuertitur essentialis predicatio/ sicut nec consequētia subsistendi. et subdit: necesse est enī aliquod: scilicet membrorū diuisionis siue differentiarum esse huiusmodi .i. primum aliorū a quo non conuertatur predicatio essentialis. accepto autem hoc primo et posito in suo loco. idem modus erit obseruandus in inferioribus omnibus: scilicet qd secundū erit reputandū vt primū aliorum sequentiū: et ideo prius ponendū in diffinitione. et similiter tertium erit primū habentium se consequēter vel continue post ipsum. nam remoto .i. dimisso primo quod est sursum .i. supremum aliorū in coordinatione differentiarum: continuū .i. immediate sequens post ipsum erit aliorum primū. similiter autem res se habet: et in alijs sequentibus descendendo deorsum. ¶ Tertium vero .s. quod predicata omnia ponēda in diffinitione hec sunt que ex diuisionibus collecta sunt: manifestū fit ex eo quod recipimus .i. recolligimus ex diuisionibus. primū siquidem secundum diuisionem .i. incipientes primam diuisionē supremi generis dicimus quoniam omne contentum sub illo genere est aut hoc membrum aut illud: ex quo membra sunt immediata. et quia id qd volum⁹ diffinire continetur sub illo genere: continetur necessario sub aliquo illorum membrorū. et negato vno eorū concludimus: est autem hoc .i. sub hoc membro. ergo et iterum huius membri totius differentia .i. diuisio per differentias fiat que totum ipsum euacuet: et ex illa secunda diuisione accipiat̄ alia differētia. et sic cōsequēter donec veniat̄ ad vltimam. extremū autem .i. infimum nō amplius est diuidendum per differentias: sed statim cum vltima illa differentia hoc aggregatum a toto .i. ab ipso diffinibili nihil differt specie: sed est conuertibile cū eo. ¶ Cōcludens ergo ait.

¶ Manifestum est enim quonia non plus apponitur in diffinitione: scilicet post vltimam differētiam acceptam

ex vltima diuisione. et ita constat quod omnia predicata in ea posita in eo quod quid est accipiuntur idest sunt essentialia. et horum que ponenda erant deficit nihil. nam omne ponēdū in diffinitione aut gen⁹ aut differētia vtiq; erit. et nullū horum deest. genus quidem igitur est primū. i. primo loco positum: ⁊ cum differentijs ordinate positis acceptum est. differentie autē omnes habentur in ea. non quidem deficit vltima differentia. nō enim amplius est alia differentia posterior. nam si alia poneretur post eam: iam diffinitio differret a suo diffinito: et vltimum idest vltima illa differentia differret a specie. at dictum est illam non differre a diffinito. Per artem ergo supradictam colligendo diffinitionem: scilicet ex diuisionibus generum: aggregata erunt omnia que necessaria sunt ad diffinitionem: ⁊ omnia erunt predicata essentialia: nihilq; continebit superfluū aut diminutum sed erit conuertibilis cum diffinito.

¶ Quarta pars hui⁹ cap̄.

¶ Querere autem oportet &c. Sicut data est methodus inuestigandi diffinitionem subiecti demonstrationis: ita etiam dari potest ars inueniendi diffinitionem passionis: si prius horum diffinibilium differentes conditiones notauerimus. Subiectum quidem enim precipue si absolutum fuerit: per genus ⁊ differētias: que de eo essentialiter predicantur: diffiniri habet vt nuper dicebamus. Passio vero: cum sit terminus cōnotans extrinsece: diffinienda est per extrinseca idest per suū subiectum vnū vel plura: que debent poni pro differētijs post genus proprium in diffinitione passionis. ¶ Est ergo doctrina hec clara ⁊ facilis huiuscemodi: quod ad inuestigandum subiectum ponendum in diffinitione passionis: faciam⁹ inductionem per plura subiecta particularia in quibus inuenitur illa passio: ⁊ videam⁹ si omnia illa cōueniunt in vna ratione: tunc erit eis vnum genus cōmune ⁊ illud erit subiectum ponendū in diffinitione illius passionis cōmunis. Sin autē aliqua singularia subiecta conueniant in vna ratione: ⁊ alia non in illa sed in altera ratione cōueniant: tunc illis omnibus nō erit cōmune idem genus: sed erunt duo genera diuersa. quare ⁊ nomen illius passionis erit equiuocum / ⁊ non vnica ratione diffiniendū: sed eius dande sunt plures diffinitiones. sc; tot quot rationes cōmunes resultauerint ex illa inductione. hec est in summa tota sententia huius doctrine. quam tradens Aristoteles ait. querere autē alia via oportet diffinitionē: quia passio alio modo est diffinibilis quam subiectum. oportet enim intendentem esse artificē in similia plura: ⁊ pro idest indifferentia specie. i. in plura particularia eiusdē speciei accidentalis. hoc est in quibus inueniatur passio vel dispositio simul. et primū oportet intendere quid omnia illa idem habeant ⁊ cōmune: postea iterum oportet intendere in alteris idest alijs pluribus: que in eodem quidem genere accidentali sunt cum illis prioribus idest que habeant etiam illam dispositionem siue passionem. sunt autem ipsis secūdis inter se etiam idem specie accidentali: ab illis autem idest a prioribus altera idest diuersa specie accidentali. Sensus est. si plura subiecta secundo accepta habeant inter se dispositionem similem: sed ab aliorum dispositione dissimilem specie accidentali. cum autem ⁊ in his idest in primo acceptis: ⁊ in alijs eis similibus accipiatur quid idem idest cōmune habent omnia: similiter ⁊ in acceptis secundo accipiatur id quod habent cōmune: iterum tertio intendendum est si idem idest commune aliquod sit vtrisq;. ita quod illa duo cōmunia horum ⁊ illorum conueniant in aliquo cōmuniore ⁊ superiore eis genere: quousq; omnia illa vtiq; in vnā veniāt rationē cōmunē vnius superiores gene

ris. hoc enim subiectum commune erit diffinitio. i. ponendum in diffinitione illius passionis loco differentie. si vero non vadit resolutio in vnam rationem communem: sed in duas aut plures: manifestum est quod non est vtique vnum specie id quod queritur diffiniendum: sed plura et diuersa specie. hoc est nomen illius passionis non erit vniuocum/ sed equiuocum et significans passiones diuersarum specierum: quia non est vnum commune genus vel subiectum ponendum in illa diffinitione: sed plura. ideo plures erunt diffinitiones et plura diffinibilia. i. plures et differentes passiones specie. Ut autem predicta omnia fiant clariora veniamus ad exempla.

¶ Vt dico si quid est magnanimitas querimus: que est passio quedam: intendendum est in quosdam quos scimus fuisse magnanimos: vt ex subiectis passio innotescat. intendamus inquam quid vnum i. commune omnes illi habent inquantum huiusmodi sunt. i. inquantum magnanimi. vt Alcibiades magnanimus dictus est/ aut Achiles/ aut Aiax: id vnum commune isti habent. s. non tollerare iniurias vel non pati quod sint iniuriati. et huius signum est quia hic. i. primus eorum iniuria affectus dimicauit contra Athenienses iniuriantes se. ille vero. i. secundus etiam iniuriatus insaniuit. i. ira succensus a socijs se separauit/ eisque defendendis auxilium negauit. hic autem. i. tertius iniuriam passus interfecit seipsum. Rursum in alijs qui etiam magnanimi fuisse dicitur idem est. i. inuenitur aliquid idem et commune. vt in Lisandro/ et Socrate. et eis commune: quod dicebantur esse indifferentes. i. eodem modo et pari vultu sereno et prosperati. i. in prospera fortuna/ et infortunati. i. in aduersa fortuna. Hec igitur duo communia accipiens: intendat tertio si quid idem. i. commune habent. s. impassibilitas seu immutabilitas vel imperturbatio circa fortunas varias: qualis fuit in Lisandro et Socrate: et non tollerantia iniuriarum. i. cum iniurias patiuntur: qualis fuit in Alcibiade/ Achile/ et Aiace. nam si idem commune posset inueniri vtrisque: erit vna diffinitio et vna species magnanimitatis. si vero nullum sit commune illis duobus generibus: due vtique erunt species magnanimitatis: et ita vocabulum magnanimitatis equiuocum erit/ nec vnam habens rationem sed duas. semper enim est omnis diffinitio vniuersalis. vt medicus non diffinit sanitatem in quodam oculo particulari: sed in omni. i. in oculo in communi: aut si non potest diffinire in genere communi: determinat i. diuidit genus oculi in species: et illarum specierum dat proprias diffinitiones. Eodem modo in magnanimitate/ et in alijs passionibus: si potest inueniri vna communis ratio generica: illa est diffinienda. si vero illa non potest dari: sunt dande plures diffinitiones diuersarum specierum in communitate tamen specifica. ¶ Hec igitur est breuis methodus siue ars inueniendi diffinitiones passionum. que etiam modo secundo inueniendi diffinitiones subiectorum supra posito concordat: in hoc quod omnis diffinitio generis per diuisiones inuestiganda est. s. ascendendo ab inferioribus ad superius genus. Quare in fine huius cap. Aristo. vult probare quod iste modus est vtilis et nobis conueniens ibi.

¶ Facilius autem est diffinire singulare. i. minus commune quam vniuersale superius: ex quo est magis determinatum et magis notum nobis. vnde oportet ex singularibus. i. inferioribus in vniuersalia genera ascendere diffinientem. nam equiuocationes latent magis in vniuersalibus quam in singularibus. i. in singulis speciebus. et est similis textus in. 7. libro phisicorum. et debet intelligi de equiuocatione phisica aut potius methaphisica quam logica. ¶ Est autem equiuocatio logica ex principio predicamentorum: quando nomen significat diuersa significata sua diuersis rationibus mentalibus. quare et nomen illud diuersas habet diffinitiones. vt canis. et econtra vniuocatio logica est quando nomen habet vnam solam rationem men

duplex equiuocatio: logica / et phisica.

talem qua significat omīa sua significata. et q̄a omne vniuersale est vniuocū: ideo hac vniuocatione logica tam vniuocū est gen⁹ ad oēs suas species: quā vniuoca est species ad omnia sua indiuidua: q̄a vtrūq; eorū de omnib⁹ suis inferioribus vnica ratione mētali pariter ꝛ vnica diffinitione predicabile est. Equiuocatio vero phisica ꝛ realis est diuersitas nature specifice. et opposita vniuocatio phisica est vnitas specifica in natura rerū. vnde q̄a genus significat res diuersarū specierū in natura sua. i. res inequaliū perfectionū essentialiū: species autē solum significat res vnius similisq; nature. i. equaliū perfectionū essentialiū: ideo genus phisice ꝛ realiter equiuocum. i. variū ꝛ diuersum est: species vniuoca ꝛ inuariabilis: q̄ ꝛ atoma grece dicitur. i. in diuisa. q̄a ergo genus predicabile cū vniuocatione logica includit equiuocationē phisicā: ideo Aristo. recte dixit q̄ latent equiuocationes. s. phisice in generib⁹ sub vniuocatione logica. ꝓpter hanc itaq; equiuocationē phisicā generū: ipsa sunt magis cōfusa ꝛ non ita clara sicut species: ideo diffinitiones generū per viā resolutiuā ab inferioribus indiuiduis ꝛ specieb⁹ nobis notioribus ascēdendo conuenientissime inuestigantur. Huius etiā rationem assignans ait.

¶ Sicut in demonstrationibus oportet silliogizari. i. fieri sillogismū: inesse certū. i. per hoc q̄ predicatū inesse subiecto conclusionis sit certū / ꝛ euidēs per demonstrationē: sic in terminis. i. diffinitionibus oportet q̄ dicitur esse clarum. q̄a diffinitio fit declarationis gratia. hoc autē erit clarū: si per ea q̄ secundum vnūquodq; diffinibile dicitur: sit. i. contingat diffinire separatim species singulas in vnoquoq; genere. i. sub genere cōtentas. q̄a illo modo erūt diffinitiones clariores. vt verbi causa. hoc genus simile. nō omne. i. totū simul diffiniatur in cōmuni: sed descēdat ad species. s. simile in coloribus / simile in figuris / ꝛ sic de aliis. et acutum etiam nō diffiniatur in tota sui cōmunitate: sed per suas species q̄ sunt acutū in voce / acutum in sapore / acutum in tactu ꝛc. et sic diffinitis speciebus erit possibile ire in cōmune genus. i. diffinire ipsum: timentē. i. cauentem ne equiuocatio incidat in termino diffiniendo. ¶ Et sicut equiuocatio diffinibilis affert confusionē ꝛ tollit claritatem: ita etiā ꝛ methaphorica. i. translatitia locutio. q̄a illa est quedā equiuocatio orōnis: q̄ ꝛ amphibologia dr̄. q̄ qua ait.

¶ Si autē non disputare oportet in methaphoris: quia est obscura disputatio: manifestū est q̄ neq; est conueniens diffinire aliquid in methaphoris. nam si diffinitiones darētur per methaphoras: disputare necesse esset per methaphoras. q̄ supponitur esse falsum. Sed de aliis multis cōditionibus ad bonā diffinitionem req̄sitis longum esset dicere: ideo nūc supersedeamus: ꝛ vsq; ad sextū librū topicorū eas differamus. et ad ꝓpositū nostrū reuertamur.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc cap. occurrerent iste questiones. Prima. vtrū modi inueniendi diffinitiones subiecti ꝛ passionis ab Aristo. traditi sint veri ꝛ sufficientes. Secūda. vtrū ad diffiniendū aliquid: opus sit scire oīes eius differētias ad alias res omnes. Tertia. vtrū regule ꝛ precepta que Aristo. ponit obseruanda in diuisionibus generum ad inueniendas diffinitiones sint vere ꝛ sufficientes.

¶ Caput vndecimū & breuissimum docet inuenire medium in demōstratione particulari.

T autē habeamus ꝓposita. Erat p̄ncipale propositū huius secundi libri posteriorū inquirere mediū demōstrationis: q̄ est diffinitio subiecti vel

passionis. et quia dedimus artem inue niende vtriusq; diffinitionis: opus est iã vt ipsam diffinitionem demonstrationi adaptemus .i. mediũ demonstrationis ostendam⁹. At q̃a minus cõmunia ma gis nota & familiaria nobis esse diximus: incipiamus a demõstratione particulari: deinde veniemus ad demõstrationẽ vniuersalẽ: quas duas species demonstrationũ in primo libro huius cap. 20. cõparauim⁹. Habebit autẽ hoc cap. de medio demõstrationis particularis partes duas. prima erit de medio vniuoco: secũda ibi: ampli⁹ ali⁹ mod⁹: aget d' me dio analogo. ordiens ergo hanc doctrinam ait. vt autem habeamus proposita nobis problemata per demonstrationem determinare: mediũ cõueniens de monstrationi adaptem⁹. ad hoc autẽ eligere oportet in primis decisiones: & pro i. diuisiones. i. species in quas genera diuidũtur: & ab eis vt notioribus incipere. sic autem eligere oportet in speciebus: vt de eis demonstremus passionẽ secũdum subiectum genus cõmune omniũ specierũ. i. propriam passionem generis cõmunis. huiusmodi eñi dicta est demõstratio particularis: quãdo passio gene ris demõstratur de specie eius: vt habere tres angulos equales duobus rectis de isochele specie trianguli. et in hac de monstratione mediũ erit ipsum genus (cui primo cõuenit illa passio) vel diffini tio generis. declarat hoc Arist. exẽplis.

Vt si animalia. i. species aĩaliũ

sint que cõsiderãtur. i. accipiũtur ad con siderandas eorũ passiones: accipiantur in primis qualia sunt. i. ea q̃ insunt om ni animali. i. passiones proprie illi gene ri animal. acceptis autẽ his passionib⁹ cõmunib⁹ animalis: vt puta cibus/ som nus/ vigilia &c. reliquorũ. i. aliarũ passio num propriarũ oportet cõsiderare qualia sequantur vel cõmittentur primo. i. adequate omni speciei. nam per passio nes cõmunes generis deueniri potest ad passiones proprias singularũ specie rum. vt si hoc. i. hec species animalis sit auis: cõsideranda sunt qualia. i. quales passiones inhereant vel sequãtur omni aui. et sic semper illi proxima. i. alias pas siones proprias specierũ auis q̃ proxime sunt huic generi auis: & sic cõseque ter vsq; ad species specialissimas. per hunc enim modũ procedentes manifestum est: quoniã habebimus iam dicere. i. poterim⁹ respõdere ad problemata nobis proposita: quib⁹ queritur. pro pter quid. i. qđ medium insunt sequẽtia i. proprie passiones his speciebus q̃ sunt sub genere cõmuni. verbi gratia. vt propter quid homini aut equo insunt. quia mediũ erit genus animal vel diffinitio eius. Et ad formandam demõstrationẽ.

Sit aũt animal in quo. A. idest

mediũ sit. A. B. aũt. i. maior extremitas sit sequentia omni animali. i. passiones cõmunes generis. in quibus autẽ sunt ille passiones cõmunes. i. subiecta specialia earum: sint. C. D. E. minor extremitas sicut quedã animalia. i. species de terminate animaliũ. manifestum igitur est per tale mediũ cõmune propter q̃d est. B. maior extremitas: vt cib⁹/ somn⁹ vigilia &c. in. D. specie aĩalis: vt in equo. manifestũ est quoniã ꝓpter. A. genus animal cui primo inest illa passio. simili ter est dicendũ / & in aliis speciebus ani malis. nam sem per. i. in omnib⁹ eis eadem ratio ideoq; mediũ est accipiendũ. fiet ergo demõstratio huiusmodi. omne animal est vtens cibo/ potu/ &c. sed omnis equ⁹ est animal: ergo omnis equ⁹ est vtens cibo/ potu/ &c. Uerum quia sepius genus cõmune cui passio illa primo inest: ĩnominatũ ẽ: vt supra in cap. 5. primi libri dictum est de subiecto illius passionis: proportionabiliter cõmutari: addit Aristoteles: qđ idem est iudicium de genere innominato: sicut de illo cui est nomen inditum. ideo ait.

Nũc quidẽ secundũ ea. s. gene

ra q̃ assignantur cõmunia nomina dixi

mus: oportet autẽ considerare qđ diximus non solum in his generibus nominatis: sed et si aliquid aliud genꝰ: cui tamen non est nomen inditũ: videatur esse cõmune: accipientes. nã postea. i. sub eo species quibꝰ hoc. i. passio illius generis inhereat. et qualia propria specierũ sequãtur per diuisiones generis. nam eodem modo fient demõstrationes particulares accipiendo diffinitionẽ generis innominati pro medio. vt animalibꝰ habentibus cornua est cõmunis passio ventres plures habere: et nõ habere dẽtes vtrobiq̃ .i. in vtraq̃ mãdibula. item cornua habere. i. sub hoc genere animal habẽs cornua quedã species sequũtur: vt bos/ bufalus/ ceruꝰ ꝛc. nam his cõueniunt passiones ille cõmunes. et manifestum est propter qđ. i. qđ mediũ in illis speciebꝰ est qđ dicitur .i. passio dicta q̃ est plures ventres habere/ et nõ vtrobiq̃ dentes. propter id enim cõuenit eis qđ cornua habent .i. propter genꝰ cõmune innominatũ: sicut etiã genus nominatũ erat mediũ vniuocũ ad demonstrandã passionem eius de suis speciebꝰ. ¶ De hoc exẽplo Aristo. dicit in tertio libro de partibus animaliũ: qđ animalia cornigera cõmuniter nõ habent dentes in superiori mãdibula: q̃a materia dentiũ cedit in cornua. et ideo propter dentiũ inopiam minus possunt facere primã cibi digestionẽ in ore: indigent ergo post cibum acceptũ iterum ruminare remasticareq̃ eũdem cibum vt fiat eius perfecta digestio. ad reducendũ vero cibum iterum ad os indigent quodã superiori ventriculo in quo reseruetur cibꝰ primo acceptus et nõ plene digestus: facta autem ruminatione cibus mittitur ad stomachum et inferiorem ventrẽ: quem aliqui latinorũ omasum vocant/ alij ericiũ. et hoc solũ in animalibꝰ ruminãtibꝰ.

¶ Secũda pars huius cap.

¶ Amplꝰ alius modus est. s. demonstrationis particularis eligere medium demonstrationis secundũ aliqđ cõmune analogũ. i. quod nõ est vniuersale genus aut species: neq̃ pure equiuocum: sed equiuocũ a consilio. Aristoteł. dat exemplũ. nõ enim est possibile accipere vnũ cõmune vniuocũ: quod idem et eadem penitus ratione oporteat vocare. i. predicare sepion / spinam/ et os in diuersis animaliũ generibus. ita quod vniuoce predicetur de illis tribus tanq̃ speciebus eius. et tamẽ quedã sunt passiones cõmunes que sequũtur hec tria subiecta: et demonstrari possunt de eis per aliqđ medium cõmune: tanquã natura vna .i. ratione vna existente huiusmodi cõmunis medij. Sensus est. quãuis illud mediũ cõmune non vna ratione et vniuoce dicatur de illis tribꝰ: quia tamen rationes ille plures ad vnã primam referũtur: reputatur illud cõmune tanquã natura vna. i. ac si esset cõmune vniuocum. vt in quarto libro methaphisice amplius declarat ipse Aristo. dicens qđ vna scientia non solũ est vnius generis vniuoci: sed etiam analogi: propterea qđ oẽs eius rationes ad vnã reducũtur. ¶ Circa predictũ exemplũ aduerte: qđ illa tria nomina sepion/ spina/ et os significant ptes duriores ac solidiores in corporibꝰ animaliũ: et sicut se habet os in animalibꝰ terrestribꝰ: et spina in piscibus aquaticis: ita se habet sepiũ in vermibus. i. neruus quidã durus per longitudinẽ corporis extẽsus. et dictus est sepion a sepia quodã pisce: q̃ nullã aliã habet spinã/ sed tantũ neruũ illũ validiorẽ ceteris ptibꝰ sui corporis. et idẽ videmus fere in omnibꝰ vermibus: quibus ille neruus est eis pro osse. Cõmune vero his tribus quãuis Aristoteles non explicet: potest dici hoc nomen durum aut densum. et hoc non vna ratione dicitur de sepione/ spina/ et osse: sed diuersis: earum tamen vna est prima/ et magis propria: scilicet durities ossis. et ad eam habent attributionem durities spine / et sepionis. quare durũ aut densum est illis tribus cõmune analo=

Declaratio exẽpli.

gum: eius propria passio est: sustentare carniū molliciem: sic qđ partes alie corporis molles illi innitūtur. ergo per illud cōmune analogū potest illa passio demōstrari de quolibet illorū trium: vt ex dictis potest euadere manifestum.

¶ Huius dicti occasione. s. qđ plura subiecta quib⁹ vna cōmunis passio conuenit: possunt demonstrari vno medio nō tantū vniuoco sed etiam analogo: subdit Aristoteles.

¶ Eadem autē proposita. s. probleumata sunt dicenda illa q̄ quidē habent idem ⁊ cōmune mediū per qđ demonstrātur: siue illud sit vniuocum siue analogū. oīes ergo questiones q̄ sunt de speciebus alicuius generis respectu passionis cōmunis: possunt dici eadem probleumata. i. codē medio demōstratiuo termināda: vt propter q̄d homo vtitur cibo ⁊ potu / propter quid equ⁹ / propter q̄d bos ⁊c. verūtamen horū quedā sunt eadem genere: alia cadē specie. Declarat primo q̄ sunt eadem specie. s. que habent idē specie mediū. vt quoniā omnia illa sunt contrarij status. i. positio et circūstantia contrarij: quā greci vocant antiparistasim. vt hec. quare in estate aque fontiū ⁊ puteorū sunt gelide / et in hyeme calide? quare aqua frigida calcē accēdit? quare in estate ⁊ nō in hyeme fiunt grādines ⁊c. ad omnia hec probleumata eadem specie est ratio. s. propter antiparistasim. Secūdo declarat cadē genere probleumata. scꝫ ea q̄ licet habeant idem cōmune mediū: habent tamē differētias specificas sub illo medio: ex quo aliorū probleumatum alia media aut aliter sunt. vt hec. propter quid fit echo. i. resonus / aut propter q̄d apparet suple imago in speculo / aut propter q̄d fit iris. i. arcus in nubib⁹. omnia eñ hec problēmata vnum propositū sunt genere: q̄a omnia sunt repercussio. i. reflexio alicuius versus cum locū a quo exiuit: sub hac tamē vnitate sunt altera. i. diuersa media specie. nam echo est repcussio aeris ⁊ soni / imago est repcussio speciei coloris / iris est repcussio lucis ⁊c. Alia adhuc propositorū. i. probleumatū eiusdem generis differunt specie: ex eo qđ mediū vnius eorū est subalternū. i. cōtinetur sub medio alterius. vt hec duo. propter q̄d Nilus fluui⁹ Egypti magis fluit. i. influit ⁊ habundat aquis finiente mense. i. in fine mensis lunaris? ad hoc responsio est. ꝓpter id qđ finiens mensis est hibernior. i. hiemātior ⁊ frigidior. et si secūdo queratur. propter q̄d est hibernior finiens mēsis? respōsio est. propter id qđ tunc luna deficit lumine. i. est diminuta lumine: lumen eñ est causa caloris quo deficiente deficit calor: ⁊ habundat frigus quo humida augentur. hec itaqꝫ probleumata proposita sic se habent adinuicem: qđ mediū secūdi sumitur sub medio primi: ⁊ propterea quā vis sint eiusdem generis: tamē differūt specie. ¶ Attende hic de exemplo Nili fluuij qđ eius duplex narratur cremētum siue excessus. alterū est mēsurnū. i. semel in quolibet mense. de quo hic Aristo. loq̄tur: alterū est cremenū annuū. i. semel in quolibet anno. s. in solsticio estiuo hoc est in iunio. tūc enim adeo crescit Nilus vt totā influat Egyptū ad modum maris in vndantis. et istud cremētum est multo maius quā mensurnū. differunt etiā in causa: q̄a mensurnū fit ex defectu caloris: propter diminutionē luminis in luna. s. in vltima septimana mensis lunaris. tunc eñ frequētius fit pluuia quā in augmento lune: q̄a in plenilunio calidiores sunt noctes quā in decremento lune: quo humiditates habundant. sed augmentū Nili annuū fit in principio estatis ⁊ in tēpore calidissimo: ideo videtur fieri ꝑ antiparistasim: vt tunc magis crescant fontes in Aphrica. vel forte hoc ideo est: quia tēpus nostre estatis est hyems illis qui habitant in Aphrica vltra equinoctialē ⁊ prope tropicū capricornij: vbi sunt fontes Nili: ⁊ ita propter excessum frigoris in regione illa habundant aque fontales /

De cremento Nili.

Quo modo augent demonstrationes.

et pluuiales in ea: ⁊ inde crescit Nilus in mense illo. ¶Deniq3 ex hoc cap̄. et regulis ⁊ exemplis clarissimū euadit id quod in cap̄.13.primi libri huius diceba tur: q̄d augentur demōstrationes .s. particulares: non per media plura: sed in post assumendo aut ad latus dilatādo sub eodē medio. prime enim partis huius cap̄. precepta ⁊ exempla declarant quomodo augētur.i.multiplicantur demonstrationes ad latus .i. per species sub eodem genere accepto pro medio. in fine vero cap̄. et in vltimo exēplo de cremento Nili declaratur modus quo demōstrationes crescūt in post assumēdo.s.vnum medium sub alio medio.Hactenus de particulari demonstratione.

¶Questiones idonee.

¶Circa hoc cap̄.due tantū questiones videntur requirende.Prima est.vtrum passio generis possit demōstrari de suis speciebus: quia hoc videtur negatū in cap̄.5.primi libri hui⁹.Secūda questio. vtrum per medium analogum demonstratio fiat scientifica.

¶ Caput duodecimū disputat de medio demonstrationis vniuersalis: ⁊ procedit p̱ questiones.

De causa autem & cuius causa est ⁊c̄. Quia vero demonstratio particularis nō facit scire simpliciter:quia non demōstrat passionē de suo ꝓprio subiecto/neq3 secundū quod ipsum: vt in primo libro huius dictum est cap̄.5.et.20.ideo ea dimissa intendamus circa demonstrationem vniuersalē: querendo mediū eius curiosius quā in demonstratione particulari.habebit autem hoc capitulū tres partes principales. Prima inquirit an sicut effectus demōstratur per causam: ita econtra possit demōstrari causa per effectū.Secūda ibi: vtrum autem contingat: disputat de pluralitate causarū siue mediorū ad eandem passionē. Tertia ibi: habet autem sic: comparat medium demōstrationis ad duas extremitates. ¶Ad intelligentiā huius litere est supponendū: q̄d cum demonstratio vniuersalis propter q̄d/ ⁊ potissima fiat per causam: ex diffinitionib⁹ scire ⁊ demonstrationis supra in cap̄. secūdo primi libri huius: causa autem in illis diffinitionibus confuse accipiebatur ad primam ⁊ secūdā intentionē: ideo hic Aristotel.agens de medio demōstrationis vniuersalis:q̄d est causa:etiam indifferēter se habet/⁊ confuse in acceptione huius vocabuli causa.nimirū ergo si questiones moueat de causa ⁊ de causato:⁊ in eis pertractādis/nūc de rebus/nunc ⁊ de sermonibus loq̄tur permixte .s. ex rebus analogizans ad sermones. Mouet ergo in primis hanc questionem.de causa autem ⁊ de eo cuius est illa causa: dubitabit.i. dubitare poterit aliquis: nūquid cū est causatum : tunc et causa eius existit.vt cum folia fluunt ab arboribus: aut cū deficit.i. ecclipsatur luna:⁊ sic de alijs multis causatis : tunc etiam sit causa deficiēdi.i. ipsi⁹ ecclipsis/ ⁊ causa cadendi folia ⁊c̄. Sēsus hui⁹ questionis est de cōsecutione cause ⁊ causati .s. an mutuo sese cōsequātur in demonstratione propter q̄d.Et si huius .i. primi effectus causa sit lata habere folia arbores: ⁊ deficiēdi .i. ecclipsis lune causa sit terram esse in medio positam .s. inter solem ⁊ lunam : nunquid iste cause simul erunt cū suis effectib⁹ predictis ? ita q̄d positis effectibus necessario ponātur ⁊ iste cause . has causas ponimus gratia exempli.si enim nō fuerit ista causa : aliqua alia erit danda ipsorum effectuū.et de illa erit idem iudicium. si vero causa sit.i.ponatur est: quecūq3 assignetur: simul ⁊ causatū erit : ⁊ ita causa ⁊ effect⁹ simul erunt. vt si in medio duorū luminarium est posita terra:tunc simul defi=

cit luna. et si ponas arborem latum habere folium: tunc et folia fluūt .i. cadunt ab arboribus. loquitur in aptitudine nō in actu. Si vero ponatur inter causam et causatum mutua consequentia: videtur quod sit circulatio in demonstrationibus. Hoc declarans ait.

¶ Si autem sic est. s. quod ad causam sequitur effectus/ et econtra: simul vtiqꝫ erunt causa et causatum: quare et demonstrabūtur per altera .i. alterum per alterum adinuicem in circulo. si eñ ponatur demōstratio in terminis. folio fluere sit in quo. A. maior extremitas seu passio. latum autem foliū habere sit in quo. B. mediū causam significans. vitis autem sit in quo. C. minor extremitas vel subiectū. tunc formetur ratio. si igitur in. B. est. A. maior propositio vera: scilicet omne latū foliū habens cito defluit folio. in. C. autem. B. minor propositio: scilicet omnis vitis habet latū folium. sic igitur in. C. est. A. conclusio scilicet omnis vitis folio fluit. causa autem est. B. mediū. iste est primus sillogism⁹ a causa ad effectū. Sequitur ab effectu ad causam. sed quoniam vitis. i. quod vitis sit latis folijs: est .i. contingit demonstrare propter id quod folio fluit. sit eñ D. maior extremitas latum folium habens. E. autem mediū sit folio fluere. vitis vero sit. F. minor extremitas. in. F. igitur est. E. minor propositio vera. et enim folio fluit omnis vitis. in. E. autē est. D. maior propositio vera. omne eñ folio fluens habet latum foliū. erit igitur. D. in. F. conclusio. omnis itaqꝫ vitis est latum habens folium. causa autem idest medium est folio fluere: quod erat effectus lati folij. et sic patet circulus in demonstratione potissima. quod tamen in tertio cap̄. primi libri huius reputatū est impossibile. Respondere itaqꝫ volens ad questionem motam in principio capituli: subdit Aristoteles.

¶ Si autem non contingit: idest non est possibilis circulatio; neqꝫ. B. et E. esse causas adinuicem .i. media propter quid. causa enim prior est natura eo cuius est causa: et impossibile est idē respectu eiusdē esse simul prius et posterius natura. vt deficiendi quidem idest ecclipsis lune causa natura prior est terram in medio luminarium esse: eius autem scilicet positionis terre in medio nō est causa ipsum deficere .i. ecclipsis lune. ergo demōstratio propter quid: que est per causam non potest circulo conuerti. quare ad questionem in principio capituli motam respondendū est negatiue: scilicet quod ad causatum esse nō sequitur propter q̄d causam esse. quia in demōstratione propter quid mediū debet dicere causam/ et non effectū eius quod demonstrandū est. si igitur fiat demonstratio per causam: est demonstratio propter quid. si vero nō per causam: est demonstratio ipsius quia. vt si per ecclipsim lune cognouit aliquis: quoniam in medio est terra: ille inquam cognouit quia ita est: propter quid autem sit: non cognouit. quod autem deficere idest defectus siue ecclipsis lune non sit causa eius quod est in medio esse terram: sed potius hoc est causa deficiendi lunam: manifestū est ex eo quod in ratione deficiendi idest in diffinitione ecclipsis lune: inest idest ponitur hoc quod terra est in medio. est namqꝫ ecclipsis lune: priuatio luminis solaris a luna propter terre interpositionem inter solem et lunam. quare manifestum est ex predictis quod propter hoc idest propter interpositionē terre illud idest ecclipsis cognoscitur sciētia propter q̄d: quod est simpliciter scire: et non econtra hoc ꝓpter illud. quia re vera ita est: quod interpositio terre non est propter ecclipsim lune: sed econtra ecclipsis lune propter interpositionem terre. Addit Aristoteles aliam questiunculam ad idem propositum sibi.

¶ An contingit .i. sit possibile vnius effectus plures esse causas ? ita

quod eiusdem sint plures demonstrationes propter quid. Ad hoc respondet sub conditione. et namq; idest hoc verum est: si est idest contingit idem predicatum de pluribus subiectis predicari primo idest adequate ⁊ conuertibiliter. vt sit. A. predicatũ in. B. subiecto primo. et in. C. alio subiecto primo. et hoc subiectum. B. sit in. D. illud vero. C. sit in E. his ita positis sequitur quod. A. erit in. D. et in. E. causa autem quod. A. sit in. D. est. B. et causa quod. A. sit in. E. est. C. ergo vnius puta. A. due erunt cause. B. et. C. et tunc a causa ad effectum licebit arguere. quare cum causa sit: necessariũ est rem idest effectum esse, ex quacũq; illarũ causarum arguatur: sed ab effectu ad causam non ita valet consequentia. sed res idest effectus cum sit: non necesse est esse omne quod est causa. bene tamen causam quidem necesse est esse: non tamen omnẽ causam: idest non hanc vel illam determinate: quia preter illam posset dari altera causa. Exemplum huius rationis non ponit hic Aristoteles sed inferius. sit. A. passio demonstrãda longeuũ esse idest animal longe vite. huius rei duplex potest esse causa vt. B. carere colera. et. C. cõplexio sicca. prima causa reperitur in D. ceruo/ ⁊ in aliis quadrupedibus. secunda in. E. cornice/ ⁊ aliis auibus. tũc bene sequitur. B. est in. D. ergo et. A. item. C. est in. E. ergo et. A. quãuis non sequatur econtra. A. est in hoc subiecto ergo et. B. neq; ergo. C. nisi. B. et. C. acciperentur disiunctiue sic. A. est in hoc subiecto; ergo in eo est. B. vel. C. supposito quod nulla alia sit huius rei causa. exempla enim hec ponuntur declarationis gratia ⁊ nõ asseueranter. nam hoc exemplum magis est demõstratio particularis quam vniuersalis. Alia sequitur adhuc questiuncula ibi.

¶ An si semper vniuersale &c. i. si semꝑ cum propositũ subiectũ alicuius passionis vniuersale sit: ⁊ causa qua passio est demonstranda sit totũ quoddã. i. genus vniuersale: vtrũ etiã id cuius est causa. i. passio ipsa sit vniuersale. Sẽsus est. an subiecto ⁊ medio demõstrationis suppositis vniuersalib⁹ generibus: etiã oporteat passionem demonstrandã esse vniuersalem ⁊ genericã. Ad hoc dubisi videtur Aristotel. respondere affirmatiue. vt patet exẽplo suo de hac passione folio fluere. q̃ est in toto quoddã genere determinato. et si illi⁹ generis sint aliq̃ species. etiã illis inest passio vniuersaliter. puta plãtis omnib⁹: aut saltẽ plantis huiusmodi. i. certi generis. quare ⁊ mediũ. i. causa ⁊ id cuius est causa. i. passio: equalia oportet esse: ⁊ pro. i. cõuerti adinuicẽ: in his specieb⁹ de quib⁹ formãtur probleumata. vt cũ queritur. vtrũ vitis foliis defluat/ similiter ⁊ đ ficu/ ⁊ đ aliis huiusmodi arborib⁹. q̃a sicut passio est vniuersalis eis: ita ⁊ causa siue mediũ erit vniuersale. vt si q̃ratur. propter q̃d arbores talis generis foliis defluunt. si causa ponatur hec. s. propter densitatem. i. exsiccationem humidi carũ: tunc siue in antecedẽte rationis ponatur qđ folio fluit arbos: oportet sequi densitatem humidi esse: siue assumatur qđ densitas est: (non quidẽ in qualibet re mũdi: sed solũ in arbore) oportet sequi qđ arbor folio defluit. q̃a ex quo causa ⁊ passio equalia sunt adinuicẽ/ ⁊ mutuo sese cõsequũtur circulariter. nec tamẽ vtraq; est demõstratio ꝑpter q̃d / sed altera tãtũ: vt supra dicebatur de ecclipsi lune ⁊ de interpositione terre. differt tamẽ hec q̃stio ab illa. q̃a illa erat đ subiecto ⁊ passione specificis: hec autem de genericis.

¶ Secunda pars hui⁹ cap.

¶ Vtrum autem contingat &c. Sed vt magis hãc materiã dilatemus/ atq; apperiam⁹: q̃ram⁹ adhuc. vtrũ contingat. i. sit possibile in omnib⁹: eiusdẽ effectus vel passionis non candẽ. i. vnã esse causam vel medium: sed alteram. i. variam ⁊ diuersam: aut non est hoc possibile in omnib⁹? Ad hoc respõdet nega

tiue dicens. siquidem perse demonstretur.i.fiat demōstratio per causam perse: ⁊ non per signū aut aliud medium per accidens: nō potest esse qđ eiusdem sint plures ⁊ diuerse cause. et probatio est clara. quia ratio.i. diffinitio extremi termini.i. maioris extremitatis est mediū perse in demōstratione. et illa non est nisi vna vnius passionis. ergo vnius passionis demonstrande non possunt esse plures cause perse. si vero nō fiat demōstratio per causam pse sed per accidēs: contingit.i. possibile est eiusdem plures esse causas. qđ enim hoc aliquādo cōtingat patet. est autē.i. contingit aliquādo id cuius est causa.i. effectum: ⁊ id cui accidit vel in quo est effectus vel passio.i. subiectum cōsiderare secundū accidēs idest causam accidentalē: non tamē videntur esse proposita.i. problemata sciētifica esse secundū causas per accidens. puta ea q̄ equiuoca sunt ⁊ nō simplicia. si autem nō sint equiuoca/sed simplicia extrema conclusionis demōstrande: et medium perse similiter se habebit.s. qđ erit vnicum ⁊ simplex: siquidem.i. si vero equiuoca sunt extrema: equiuocum ⁊ multiplex erit mediū. et si in genere.i. generalia sint extrema vniuoca: ⁊ medium similiter se habebit. et si specialia: erit quoq; medium speciale. Est ergo solutio Aristotel. qđ si proponatur problema scientificum de passione alicuius subiecti: qualia fuerint extrema problematis: tale erit ⁊ medium perse. nam si extrema sint vniuoca: ⁊ medium perse erit vniuocum siue fuerit gen⁹ siue species. et tunc vnius passionibus non erit nisi vna causa. que est diffinitio vna existens medium demonstrationis. si vero extrema sint equiuoca vel alterum eorum: et medium similiter erit equiuocū siue multiplex. et tunc illius passionis plures erūt cause: nam fient plures demonstrationes ad demonstrandū illā passionem equiuocam pluribus modis vel de pluribus subiectis. quando vero mediū est per accidens: non inconuenit eiusdem passionis plura esse media: sed illa non erunt demonstratiua. Declarat exēplis que dixerat: ⁊ primo de subiecto multiplici ⁊ passione vniuoca ibi.

¶ Vt propter quid est aliquid proportionaliter commutabile (de hoc exemplo supra vide in cap̄. qnto primi libri huius:) quia ergo hoc problema est equiuocum ac multiplex: id circo ⁊ causa vel mediū erit equiuocum ac multiplex. alia eīm est causa i numeris/⁊ alia in lineis/⁊ alia in aliis. eadē quidē causa in quantū applicatur lineis alia est ab ea in quātum applicatur numeris. quāuis in quantū habens augmentum huiusmodi.i. talem proportionē siue proportionis in crementū (scilicet quo per mutatim arguendo ex vna proportione infertur altera) eadem videtur esse. Sēsus est: quod ex parte subiectorū quib⁹ applicatur illa passio nō est eadem causa sed varia. quāuis ipsa passio in cōmuni considerată videatur esse eadem in omnibus illis. Sic est dicendum in omnibus aliis exemplis.

¶ Vt similem esse colorem colori: ⁊ similem esse figuram figure: alia ⁊ diuersa est causa. equiuocū enim est hoc nomen simile in his: qđ ponitur esse passio. hic quidem.i. in figuris similitudo est fortassis: habere latera secundum analogiam.i. proportionē. hoc est: quod latera vnius figure ad latera alterius similem habent proportionem. aut forte quia ille due figure angulos habent equales. in coloribus autem similitudo est eūdem esse sensum pceptiuū vtriusq; coloris: vel aliquid huiusmodi aliud. similitudo enim colorum ex parte sensus est generica: sed similitudo specifica eorū aliūde sumitur: scilicet ex equali gradu perfectionis essentialis. Ea vero que secundum analogiam.i. similem proportionem/⁊ non secundū similem naturam sunt eadem (vt supra dicebatur de osse/spina/⁊ sepio) illa ⁊ mediū habent idem secundum analogiam. et

non secundū eandē rem ad probādam passionē analogā de diuersis subiectis.

¶ Tertia pars huius cap̄.

¶ Habet autē sic cōsequitur &c.

Tota fere disputatio precedens mediū demonstrationis comparauit ad passionem demonstrandā sub nomine cause ⁊ causati. nūc pro cōclusione huius cap̄. idem mediū ad vtramq; simul extremitatem cōparabimus. i. ad subiectum / et passionem. et discretionis gratia mediū vocabimus causam vt prius. maiorem extremitatē seu passionem dicemus: cuius est causa. minorē extremitatem siue subiectum: cui est causa vel in quo est causa. est enim medium subiecto causa alicuius. i. quod aliqd predicatum in sit ei. Hoc premisso tacite mouet Aristotel. questionem circa predictā comparationem. vtrū causa ⁊ id cuius est causa / et in quo vel cui est causa sese adinuicem consequātur in demonstratione certissima ⁊ propter quid. ita qd madiū sit conuertibile cum vtroq; extremorum. Ad hanc questionē respōdens affirmatiue ait. habet autē sic consequi causa. i. medium / ⁊ cuius est causa. i. passio / ⁊ cui est causa. i. subiectū adinuicem. i. mutuo ita quod ista tria / ita sese habent vt mutuo sese cōsequātur. verū tamē vnūquodq; subiectorum seorsum accipienti apparebit qd id cui⁹ est causa. i. passio in plus est quā ipsum. Ut hec passio geometrica habere omnes angulos extrinsecos equales quatuor rectis angulis: conuenit figure plane rectilinee simplici conuertibiliter: sed in plus est quā vnaq̄q; suarū specierū seorsum accepta. ideo ait. vt quatuor rectis equales esse angulos qui sunt extra figuram: hec inquā passio: in plus est quam triangulus / aut quadrangulus / ⁊ quā alia quelibet seorsum figura. in omnibus autem simul figuris est vt in equalibus: idest conuertibiliter ⁊ equaliter se habet hec passio cum copulato ex omnibus speciebus illis. nam omnia sunt quecunq; quatuor rectis equales externos angulos habent. et mediū demōstrationis similiter se habet ad illa plura subiecta sicut passio. s. quod vnicuiq; eorum est in plus / et omnibus simul equaliter. Est autē mediū ratio. i. diffinitio primi termini. i. maioris extremitatis. vel vt alij exponunt: primi termini. i. primi subiecti illius passionis: quod est genus ad omnes illas species de quibus demonstratur passio illa per diffinitionē generis superioris: vt in cap̄. precedenti dicebatur. ex quo. i. quia omnes scientie. i. demōstrationes scientifice per diffinitiones vt media et causas fiunt. Sensus ergo huius respōsionis Aristotelis paucis verbis sic explicatur. qd in demōstratione vniuersali mediū qd est diffinitio primi termini: est conuertibile ⁊ adequatū vtriq; extremitati. sed in demonstratione particulari qua eadem passio demonstratur de inferioribus illius primi subiecti: sicut passio excedit vnūquodq; illorum subiectorum seorsum: ita et mediū excedit eadem: quāuis omnibus simul adequetur sicut ⁊ passio. Addit ⁊ vnum aliud exemplam naturale.

¶ Ut folio fluere. i. hec passio sequitur vitem ⁊ excedit eam: similiter sequitur ⁊ excellit ficum / ⁊ sic de alijs huiusmodi arboribus. sed non excedit omnia subiecta simul / sed equalia sunt illi passioni: eadem ratio est de medio adequato illi passioni. si vero accipiat quis medium primū. i. adequatum: erit ratio idest causa vel diffinitio fluendi folia. erit enim illud mediū primum. i. prima causa in altera. i. ad alia inferiora vt omnia illa huiusmodi sint. idest vt denominentur ab illa passione: scilicet vt sint folijs decidua. sit ergo illud mediū: quoniam succus arboris condensatur ⁊ arescit / aut aliquid huiusmodi. et est diffinitio passionis. nam si queratur quid est folia fluere ab arbore? responderi debet: est densari succum arboris in contactu seminis idest in ea parte qua fo=

lia iunguntur arbori: vt recipiant ab ea succum seminalem idest substãtificum a radicibus procedentem. Probat hoc idem alio modo ibi.

¶ In figuris autem idest dispo nendo rationem in modo et figura sillo gistica; sic assignabit quis idest respon debit querentibus consecutionem cause et illius cuius est causa: idest queren tibus medium demonstrationis: qua ex causa adequata et prima sequatur effe ctus. intendit enim Aristoteles hic or dinare rationem ex quadam regula po sita in secundo libro Priorum in capite de conuersionibus terminorum: quod incipitur: quando autem conuertuntur extremitates &c. vbi inter alias hec po nitur regula: quando idem predicatum inest duobus subiectis ꝛ nullis aliis: et illorum subiectorum alterum de altero vniuersaliter predicatur: et non econ tra: illud predicatum erit conuertibile subiecto quod de altero predicatur / et non alteri. Sit predicatum animal: sub iecta duo homo et sensitiuum / ꝛ cetera. secundum hanc ergo regulam dicit. sit enim vt. A. omni. B. insit. et. B. insit vni cuiqꝫ eorum subiectorum que sunt. D. sed in plus quam vnumquodqꝫ eorum. ipsum igitur. B. vniuersaliter erit in ipsis. D. hoc autẽ dico vniuersale quod cum in plus sit: non tamen conuerti tur. et id primum vniuersale cum quo vnumquodqꝫ non conuertitur: simul ta men omnia conuertuntur cum eo / neqꝫ excedunt ipsum. ipsis igitur. D. causa est. B. ei⁹ quod est. A. sensus est quod B. medium erit causa quod. A. insit sub iectis. D. oportet igitur quod. A. in plus sit quam. B. ad pluraqꝫ se extendere. hec ratio paulo inferius declarabitur in terminis specialibus. si vero non sit A. in plus quam. B. quid idest quare magis. B. erit causa ipsius. A. in illis subiectis. D. quam econtra? erũt enim conuertibilia quod tamen est falsum. si igitur etiam omnibus. E. subiectis inest. A. erunt illa subiecta omnia vnũ aliquid idest conuenient in vno aliquo medio alio ab ipso. B. ergo. A. in plus est quam. B. quod si non detur aliud medium cõmune ad omnia. E. quomo do erit possibile nos dicere omnibus. E. inesse. A. et non econtra omni. A. inesse. E. hoc est dicere: quod non erit alio modo possibile nos asserere ipsa. E. inferiora esse ipsi. A. quod tamen verum est. propter quid enim erit ita bene causa aliqua quod. A. sit in om nibus. E. sicut est. B. causa quod idem A. sit in omnibus. D. quia equã vide tur esse vtriusqꝫ ratio. sit itaqꝫ hoc ve rum quod omnia que sunt. E. habent aliquid vnum et cõmune medium sicut habebant ea que sunt. D. ergo conside rare oportet illud cõmune ad omnia. E et sit illud. C. quare possibile est eiusdẽ passionis plures diuersasqꝫ esse causas: sed nõ eisdẽ specie subiectis. i. nõ eiusdẽ rationis reb⁹: sed diuersarũ specierum atqꝫ rationũ. Sed declaremus hoc in terminis specialibus scientie naturalis.

¶ Vt longe vite esse idest pona tur. A. passio hec. longe vite esse. et sub iecta. D. sint quadrupedia quedam ani malia / vt elefas / ceruus / et alia huius modi. causa ꝛ medium quare eis con uenit illa passio sit. B. non habere cho leram. ponãtur ꝛ subiecta. E. esse que dam volatilia: vt coruus / cornix / et alia huiusmodi que sunt longe vite. et me dium. C. per quod eis illa passio. A. in est: sit sicca esse in sua complexione / aut aliqua alia causa. tunc manifestum est quod pro diuersitate subiectorum qui bus conuenit longeua esse in vita sua: puta quadrupedum ꝛ auium: diuersa erunt media probatiua illius passionis et non idem medium. quare sequitur eiusdem effectus esse plures causas: et quod id cuius est causa / et id cui est causa / similiter et ipsa causa non erunt conuertibiles. quia passio in plus se ha bet quam aliqua illarum causarum / et

quam aliquod illorum subiectorū: quā=uis omnia simul subiecta et omnes si=mul cause cum passione cōmuni conuer tibiliter se habeant. Unde constat eius dem passionis duplicem esse demon=strationem. alteram vniuersalem de suo proprio et adequato subiecto: et illius nō est nisi vna causa vel vnum medium cō uertibile cum extremis. alteram quoqꝫ esse demonstrationē particularem eius=dem passionis: scilicet de subiectis in=ferioribus: et si in eis fuerint aliqua plu ra eiusdem rationis in aliquo vno: pro illis poterit dari vna causa / quare con=ueniat eis illa passio. et pro aliis plu=ribus in alia vna ratione conuenienti=bus: erit altera causa/quare eis conue niat illa passio. hoc denotat litera se=quens. si autem demonstrantes non statim venerint in subiectum passionis atomum idest indiuisum ab ea / inme diatum / et conuertibile: non solū vnū erit medium demonstrationis sed plu=ra/et plures cause pro diuersitate sub=iectorum particularium. ¶ Quamuis ista litera. si autem in atomum / et cete=ra. ab aliquibus ponatur esse princi=pium questionis sequentis: que ad cō plementum precedentis adiungitur ibi.

¶ Vtrum autem est causa. alia litera habet: qualis autem causa. Est autem questio. cum plura sint media ad eandem passionem: et vnum eorum ad primum et vniuersale subiectum ge=nus pertineat: alia vero media appro=prientur specialibus subiectis: vt patet ex proximo dictis: dubium est quod il=lorum mediorum erit aptius ad demō strandam passionem in singulis subie=ctis: an medium vniuersale: an specia le seu particulare? hoc est quod ait. si autem demonstrator non statim a prin cipio venerit in subiectum atomū quod est primū subiectum et adequatum: vt de eo demonstret passionem illam ge=nericam: sed velit eam demonstrare de speciebus sub eo contentis: tunc non erit solum vnū medium sed plura/pluresqꝫ cause pro diuersitate rationum specia=lium illorum subiectorū: est nunc que=stio. qualis est causa mediorum idest vtrum et quod illorum mediorū erit ma gis aptum ad demonstrandū illam pas sionem? vtrum causa siue mediū quod ad vniuersale et primū subiectum refer tur: an illud quod ad singulare subie=ctum de numero singularium idest spe cialium subiectorū accipiebatur? Ad hoc respondet dicens manifestum est ex ratione demonstrationis propter qd et potissime quod illud erit mediū apti9 siue causa dicēs propter quid illius pas sionis: que est proxima idest adequata et conuertibilis vnicuiqꝫ subiecto cui est causa /vt passio illa sibi insit. Sēsus est: ad demonstrandum illam passionem de primo subiecto vniuersali: medium vniuersale erit causa: quia est ei proxi ma idest propria et adequata. et ad de=monstrandum passionem de subiecto particulari: medium particulare ei pro prium erit causa conclusionis. primum enim subiectum idest proprium et ade=quatum esse sub vniuersali idest subie ctum illi passioni: que et vniuersale di=citur: causa est hec idest hoc medium si bi appropriatū. vt verbi causa. sit primū subiectū passionis. D. sit et mediū ei pro ximū. C. ad demōstrandū autē vniuersa le mediū sit. B. ipsum autē vniuersale. i. passio sit. A. ergo vt. A. insit. D. causa est C. qđ est mediū proximū. sed qđ. A. pas sio insit. E. causa est. B. et deniqꝫ qđ. A. insit. B. ipsum causa est: qꝛ ei immedia te inest. In terminis specialibus. A. pas sio sit lōgeuū esse. i. lōge vite et. B. mediū primū sit carens colera. C. vero aliud mediū primū sit cōplexio sicca. D. sint volucres coru9/cornix etc. E. tādem sint quadrupedia: vt ceru9 elefas etc. ex di=ctis oīa clara sunt. ¶ Hacten9 de isto cap. quo pre omnibus aliis: que ego le gerim in libris Aristotelis: stomachus meus cōmotus est in eum. nam cū ma=teria huius capitis de medio demōstra

tionis vniuersalis et potissime: eadem sit que ꝛ in capi. quinto et decimo quarto primi libri huius: scilicet de vero vniuersali / et de demonstratione propter quid: nescio quare Aristoteles tot questionum inuolucris/totqꝫ ambagibus rem notissimam atqꝫ certissimā obscurauit vocabulis ambiguis. nisi forte quia apud veteres iste questiones reputabantur difficiles: et ipse in calce huius sue doctrine analytice voluit ostendere eas esse absolutas ex supradictis ab eo in his duobus libris suorū posteriorū.

¶ Ponitur in fine epilogus totiꝰ analytice doctrine: idest tam priorū quam posteriorum ibi.

¶ De sillogismo quidem igitur: scilicet in libris priorum: et de demonstratione in libris posteriorum: manifestum est et sufficienter declaratum quid sit vnumquodqꝫ eorum / et quomodo sit idest ex quibus et qualibus principijs tam materialibus quam formalibus debeat fieri: similiter ex dictis est declaratum quid sit scientia demonstratiua: scilicet docens. idem enim est demonstrationem ꝛ scientiam demonstratiuam docere.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa istud capitulum tot esse possent questiones apte: quot ipse Aristoteles in litera dubia proposuit. sed earum due sunt aliarum primarie. Utrū eiusdem passionis possint esse plura media causalia ꝛ propter quid. Et vtrum medium demonstrationis potissime sit diffinitio subiecti; an potius diffinitio passionis.

¶ Tractatus quintus de notitia primorū principiorū demōstrantionis & scientie: qualiter sit acquirenda. hoc vnico capite absoluitur: quod est in ordine decimumtertium & finale.

De principijs autem qualiter / ꝛ cetera. Quāuis in precedenti epilogo visus sit Aristoteles finem imposuisse suis posterioribus: tamē adhuc addere voluit quedā notatu dignissima de notitia primorū principiorū in qualibet scientia: hoc est de principijs proprijs que dicuntur suppositiones aut petitiones; de quibus minus exacte egerat in capite decimotertio primi libri huius. Habebit autem hoc capitulum tres breues partes: prima proponit quasdam questiones. secūda ibi: necesse est; adhibet aptas responsiones. tertia ibi: quoniam autem: specialius inquirit habitum principiorū qui dicitur intellectus. Exordiens ergo proponit suam intentionem: de principijs inquit proprijs scientiarum qualiter fiunt nobis cognita: idest quomodo acquiritur in nobis principiorum cognitio in qualibet scientia; et quis aut qualis est ille habitus idest illa notitia cognoscens idest qua principia cognoscimus: hinc idest ex hoc capitulo fiet manifestum: dubitantibus idest dubitando et inquirendo procedentibus nobis primum idest a principio: et postea veritatem determinantibus. Et quod hoc inquirere sit necessarium: patet quia sepissime dictum est prius in his posterioribus: quod non contingit idest non est possibile scire aliquid per demonstrationem: non prius cognoscentem idest eum qui prius non cognouerit prima atqꝫ immediata principia: et precipue hoc dictum est in primo libro huius capite secundo: capite tertio: capite decimo quinto: et capite decimo octauo: scilicet quod oportet in scientijs fieri reso

lutionem demonstrationum vsq3 ad prima principia immediata: que oportet prius esse a nobis cognita: quam acquiramus scientiam de conclusionibus: ergo si illa principia non possint demonstratione probari: opus est vt inquiramus: qualiter fiāt nobis cognita. et quo nomine vocari debeat eorum cognitio quando adepta fuerit in nobis? Mouet ergo Aristoteles tres q̄stiones ibi.

¶ Immediatorum autem: Prima questio est. vtrum propositionū immediatarum et propositionū mediatarum: de quibus est demonstratio: sit eadem cognitio/aut non eadem: et vt clarius loquar addo secundā questionem. Utrum scientia vtriusq3: scilicet generis propositionum cognitio sit scientia: aut non? an potius huius quidem generis idest mediatarum propositionū cognitio sit scientia: illius autem idest immediatarum cognitio alterum aliquod genus notitie sit / et non scientia. Tertia questio. et vtrum habitus principiorum cum non insint nobis a natura: fiant. i. generentur de nouo: an forte cum insint nobis a natura: lateant nos? ita quod nesciamus nos eos habere: quasi dicat: vtraq3 pars huius tertie questionis est difficilis. Si quidem igitur habemus. i. si dicatur quod habem⁹ ipsos habitus principiorū a natura insitos et latent nos: inconueniens est hoc dicere. quia inde sequitur vnum valde absurdum: scilicet quod contingeret habētem cognitiones certiores omni demonstratione: quales sunt habitus principiorum: ꝛ latere eum. i. nescire se habere illas. quod tamen nō contingit in eo qui habet notitias acquisitas per demonstrationes: quia non latent eum. Si autem accipiamus idest si dicamus quod accipimus idest acquirimus de nouo habitus principiorum: non habentes eos prius idest cum prius eos non haberemus: etiam videtur absurdū: qualiter vtiq3 cognoscimus de nouo; et pro idest addiscimus aliquid ex non preexistenti cognitione? hoc enim est impossibile: sicut diximus in demonstratione idest in principio huius doctrine demōstratiue. quod autem hoc sequatur notissimum est: quia habitus principiorū est prima omnium notitiarum: ergo illa nō fit ex preexistenti cognitione. Manifestum igitur est ex predictis rationibus: quoniam neq3 possibile est nos habere a natura insitos habitus principiorum: ignorantibus nobis: idest et quod ignoremus nos eos habere: neq3 est possibile nobis nullum alium priorem habitum idest notitiam habentibus fieri de nouo habitus principiorum in nobis. ¶ Aduerte quod posset qui vellet: non irrationabiliter opinari hoc capitulum non pertinere ad libros Posteriorum: sed esse perse opusculum Aristotelis: quo disputare voluit ꝺ notitia principiorum scientificorum: que non sunt ex terminis nota: neq3 sunt diffinitiones aut diuisiones terminorum scientialiū. et forte hoc fuit excerptum ex principio vel prohemio methaphisice. huius dicti probabilitas ex duobus accipitur. tum quia in fine capitis precedentis fecit epilogum totius doctrine analytice. tum etiam quia in hoc loco citans primam propositionem suorum posteriorum dicit: sicut in demonstratione diximus: quasi liber de demonstratione esset alius ab isto opusculo.

¶ Secūda pars huius cap̄.

¶ Necesse est itaq3 &c. Ad predictas questiones responsurus Aristoteles solam tertiam expresse determinat in hac secunda parte. nam ea absoluta due priores solute erunt ꝛ manifeste. tertiam vero hoc ordine determinat. primo eīn ad argumēta pro vtraq3 eius parte facta respondet: et postea ad questionem ipsam directe. Querebant enim argumenta vtrum habitus principiorum insint nobis a natura: an

eos ex aliis prioribus aggenerem⁹ in nobis? responsio sua est quod neque insiti sunt a natura / neque ab aliis notioribus habitibus intellectiuis pariuntur in nobis: sed ex notitia sensitiua preexistente / cum intellectus naturali lumine fieri possunt de nouo. ideo ait quod necesse est itaque ad habendam notitiam primorum principiorum esse in nobis quandam potentiam cognitiuam insitam a natura: tamen non huiusmodi idest talem quod eius notitia in certitudine sit honorabilior atque prestantior his: scilicet principiorum habitibus: sed quod eius adminiculo intellectus: qui est altior potentia: in cognitionem certissimam principiorum deueniat. Quod autem hec potentia insit nobis a natura probat ibi.

¶ Videtur autem hec potentia omnibus animalibus inesse a natura. omnia enim animalia habent connaturalem sibi potentiam iudicatiuam.i. conoscitiuam rerum: quam sapientes vocant sensum. homines ergo a natura insitam habent potentiam sensitiuam: qua exteriora obiecta cognoscant. Uerum quamuis omnibus animalibus insit sensus: est inter ea hec differentia. in his quidem idest in quibusdam eorum post sensationem fit mansio sensibilis: in aliis autem non fit. idest quedam animalia post sensationem sensitiuam exteriorem reseruant notitiam in se manentem: alia vero non reseruant / sed statim euanescit ab eis. in quibuscunque quidem igitur non fit mansio sensibilis aut omnino idest nullo modo / aut circa quedam obiecta: in eis non est aliqua cognitio vltra id quod sentiunt idest preter sensitiuam exteriorem: aut omnino idest penitus nulla / et hec sunt quedam animalia imperfecta vt ostree / vermes / musce / et alia id genus: aut circa quedam obiecta etiam animalia perfecta non reseruant aliquid in memoria. In quibus autem animalibus sentientibus inest mansio sensibilis: est idest conuenit eis habere preter sensum exteriorem: vnum quiddam in anima idest quandam aliam potentiam sensitiuam interiorem: quam memoriam vocant: et in ea reseruantur mansiones sensibiles: que dicuntur phantasmata idest simulacra rerum sensatarum exteri⁹. et hec sunt animalia perfectiora. vt pisces / aues / bestie quadrupedes terre / et homines. Quamuis et horum animantium Aristoteles in prohemio methaphisice circa principium: faciat aliam differentiam: scilicet quod eorum quedam sunt disciplinabilia idest docibilia ab hominibus: scilicet que habent sensum auditus: alia vero non sunt disciplinabilia: quia auditu carent qui est sensus discipline. Item est alia differentia: vt ibidem dicitur. nam animalia bruta que et bestie sensationibus et memoriis viuunt: et experimenti parum participant idest vix experimentum attingunt: hominum autem genus post experimenti perfectionem adhuc arte et rationibus viuit. Has vero duas differentias animalium paucis verbis explicans in hoc loco Aristoteles subdit.

¶ Multis quidem igitur: scilicet animalibus factis idest existentibus huiusmodi: scilicet in quibus preter sensum exteriorem est memoria interior: iam differentia quedam fit inter ea: vt in his idest in quibusdam eorum: scilicet in animalibus perfectis est idest contingit quandam fieri rationem idest conceptionem communem ex talium sensibilium particularium memoria: in aliis autem scilicet minus perfectis non fit ratio communis: sed tantum memoria singularis vnius cuiusque eorum que per sensus exteriores percepta sunt. Quare predictam inductionem colliges ait.

¶ Ex sensu igitur: scilicet exteriori a natura insito: fit in animalibus perfectis maxime in hominibus memoria interior sicut diximus .i. ex sensatione

exteriori causatur in nobis sensatio interior: que quia reseruatur / et manet in absentia obiecti: dicitur memoria. ex memoria autem eiusdem rei/vel rerum eiusdem speciei multoties facta fit in nobis experimentum. quia multe memorie in numero idest particulares reseruate est causaliter vnum experimentum: idest causatur vnum experimentū ex multis memorijs. Quid autem sit experimentum: non omnes docti similiter dicunt. mihi autem videtur quod sit mens Aristotelis experimentum dicere cognitionem vniuersalem de multis rebus eiusdem speciei specialissime: et quia bruta animalia vix possunt formare huiusmodi notitiam: ideo in prohemio methaphisice dixit quod experimēti parum participant idest vix attingunt ad illud. huic etiam sententie alludit quod hic sequitur. ex experimento autem / aut ex omni quiescente vniuersali in anima: idest ex vniuersali notitia reseruata in anima nostra: vno scilicet preter multa singularia phantasmata: fit postea in nobis id quod est principium artis et scientie: scilicet vniuersale: cum in omnibus particularibus sit vnum illud idem: idest verificatur vniuoce de omnibus eis. dixi notanter principium artis vel scientie: si quidem illud vniuersale principium enunciet circa generationem idest factionem aliquorum operum: est principium artis scilicet mechanice: vt artis fabrilis/aut militaris/ et cetera. si vero illud principium vniuersale enunciet circa esse rerum idest circa naturas rerum a deo vel a caussis naturalibus productas: erit principium scientie: scilicet speculatiue. Ergo argumenta ad vtramque partem tertie questionis facta: ex dictis apparent soluta. nec igitur inquit Aristoteles loquens de notitia principiorū: determinati a natura insunt nobis habitus principiorum: vt prima ratio bene probauit: nec ab alijs habitibus intellectiuis prioribus et notioribus fiunt idest generantur in nobis de nouo: vt secunda ratio etiam bene concludebat: sed fiunt habitus principiorum in nobis a sensu idest sensitiua notitia preexistente. Ergo solutio vera est quod argumentum procedebat ab insufficienti inquisitione. concesso enim quod neutro illorum modorum fiant in nobis habitus principiorum: est dabilis alius modus bene possibilis: scilicet quod fiunt in nobis de nouo ex preexistenti cognitione sensitiua incomplexa: non autem ex preexistenti complexa: quia inter notitias complexas habitus principiorum primum locum tenent. ¶ Aduertendum hic quod Aristoteles meo iudicio: duplicem ponit notitiam communem: post sensitiuam singularem siue exteriorem siue interiorem: quam vocat memoriam: altera earum est communis specifica solum: et hanc appellat experimentum: vt quod reubarbarum purgat choleram/sinapis flegma/ et cetera. hec enim notitia experimentalis non est huius vel illius rei determinate: sed est cōmunis et confusa omnium eorum que sunt eiusdem speciei specialissime. et de hac loquens dixit: quod fit ex multis memorijs idest notitijs sensitiuis reseruatis multarum rerum eiusdē nature fit vnū experimētū.i. vna notitia cōmunis qua cognoscitur etiā particularia non sensata. Altera est notitia cōmunis generica: q̄ ex multis experimentis generatur in nobis: et extendit se ad res multarum specierum et non vnius speciei solum: vt quod omnis res naturalis est mobilis. et hec secunda non prima est principium artis vel scientie. hoc expresse dicitur in prohemio methaphisice. ex multis inquit sensationibus fit vna memoria/ ex multis memorijs vnum experimentū/et ex multis experimentis fit vnū vniuersale in anima qđ est principiū artis et sciētie. Nunquā enim vni⁹ sciētie totalis principia sunt cōstituta ex terminis specialissimis; sed semꝑ ex genericis. immo vix ali

Egregiū notabile.

qua scientia descendit usq; ad species specialissimas. hec mihi videtur mens Aristoteles saluo semp meliori iudicio. ¶ Ex premissis itaq; ad tertiã questionem facilis erit responsio. quod primo rum principiorũ cognitio fit in nobis p inductionem a multis singularib9. hoc est per viam sensus/memorie/ et experientie: quod etiam dictum est supra capite decimoseptimo primi libri huius in quarta parte. et huic modo cognoscendi nobis naturalissimo innititur scientie cuiuslibet acquisite artificium. quia tota scientia pendet ex principiis/et principia ex inductione seu experientia. Hoc intendens Aristoteles ait.

¶ Vt i machine aut pugue euersione siue dissipatione contingere solet. idest quemadmodum in bellico exercitu prius dissoluto: hoc fieri solet. quod vno milite stante idest permanente in fuga aliorum: alter ad exemplum illius stetit: et postea alius: et ita de multis aliis: quousq; ex eis coaceruatis in principium pugne sufficiens veniant: ita fit in anima nostra inductio ex multis singularibus quousq; colligatur vnũ principiũ artis vel scientie. anima enim nostra cum sit huiusmodi idest talis nature: qualis possit pati hec idest recipere multorum singularium cognitiones: et ex illis vnam cõmunem colligere: suple optime proportionatur collectioni exercitus predicte ex multis commilitonibus. vel forte melius hec litera posset sic intelligi. quod hec analogia de collectione exercitus ad animam: est bona quando anima fuerit huiusmodi: vt possit hec pati/et facere. qualis est anima hominis/non autem anima bruti animantis: que vt diximus non potest ex sensationibus singularibus colligere vniuersalem notitiam siue genericã siue specificam. Uerum quia quod dictum est ante idest paulo superius: non certe .i. non satis clare dictum est: ideo dicamus illud iterum declarantes magis. cõmemorat enim quod supra dixerat: ex experimento aut ex omni quiescente vniuersali in anima vno preter multa: quod (cum in omnibus vnum sit illud idem) est artis principium et scientie ꝛc. hoc dicit remansisse obscurum/ et non satis clarum: ideo magis declarans subdit. stante enim vno: scilicet cõmuni conceptu incomplexo indifferentium idest rerum eiusdem speciei: collecto ex multis singularibus in memoria reseruatis: primum quidem in anima vniuersale est ille conceptus incomplexus. et namq; sentire quidem idest actus sentiendi exterior singulare est idest obiecti singularis cognitio singularis. sensus autẽ idest potentia ipsa vniuersalis est idest cõmunis ꝛ indifferens ad multa obiecta eiusdem speciei. vt verbi causa. in substantia que est sensibile per accidens: sensus est perceptiuus hominis indifferenter: non autem Callie hominis determinate. et in accidentibus que sunt sensibilia perse. vt visus est coloris indifferenter non huius aut illius coloris: sed videre est determinate huius coloris vel illius. et sic de aliis sensibus ꝛ sensibilibus tam per se quam per accidens. si ergo sensus exterior habet ex se quandam cõmunitatem ad multa eiusdem rationis: nimirum si hoc etiam sit verum de sensu interiori: et multo verius de ipso intellectu qui est altior potentia: scilicet quod possit ex multis sensationibus ꝛ memoriis rerum eiusdem speciei elicere vnã cõmunem notitiam eis omnibus que dicitur experimentum ꝛ primum vniuersale. Et iterum in his idest speciebus iam collectis a singularibus: statur considerando eis aliquid cõmune: et eliciendo conceptum genericum eis cõmunem. quousq; vtiq; stent impartibilia et vniuersalia idest cõceptus generici qui sunt idem omnibus speciebus. vt huiusmodi animal .i. hui9 speciei animalis ꝛ illius: quousq; veniatur ad animal cõceptũ vnũ/et cõmunem omnib9 specie=

bus suis. et in hoc animalis conceptu similiter procedimus. quia ex animali et planta elicimus cōceptum alium genericum eis cōmunem. et sic consequenter quousqꝫ veniatur ad vnum primum ⁊ simplissimum conceptum in quo iam mens sistat ⁊ quiescat. ex istis vero conceptibus vniuersalibus genericis fiunt complexa vniuersalia que dicuntur prima scientiarum principia. Manifestum igitur est ex predictis: quoniam necessarium est nobis prima principia cognoscere inductione: scilicet a singularibus colligendo. et namqꝫ sensus qui est singularium sic idest modo predicto facit nos venire in vniuersale.

¶ Tertia pars huius cap.

¶ Quoniam autem circa &c.

Ex dictis etiam facile erit respondere ad duas primas questiones: q̄ de qualitate notitie principiorum querebant .i. que ⁊ qualis esset illorū notitia. et vult probare Aristoteles: quod non est sciētiam sed intellectus. ad probādum hoc premittit quandam habituū distinctionem dicens: quoniam autem eorū qui sunt circa intelligentiam habituū) idest de numero habituum intellectualium: quibus verum idest veritatem rerum dicimus: alij idest quidam eorum semper veri sunt: ita quod per eos nunquā decipimur sed semper veritatem cognoscimus: alij autem quāuis sint veri: nō tamen semper veri: sed aliquando recipiunt falsitatem: vt opinio/⁊ ratio: scilicet dialectica: que procedit ex probabilibus: ⁊ vera ⁊ falsa esse possunt. veri autem habitus semper sunt intellectus ⁊ scientia. large accipiendo scientiam etiam pro sapientia/arte/⁊ prudentia. Ex hac distinctione elicere possumus quod habitus principiorum: non erit recipiens falsitatem: sed semper verus. quare erit intellectus vel scientia. ergo si probauerimus ipsum non esse scientiam: confectum erit ipsum esse intellectum. quod autem habitus principiorum non sit scientia: probat Aristoteles duabus rationibus. Prima ibi.

¶ Et nihil est scientia certius

ac dignius nisi intellectus: sed habitus principiorum est certior ⁊ dignior scientia. probatur quia ex diffinitione demonstrationis: principia demonstrationum sunt priora ⁊ notiora ipsa conclusione: scientia autem omnis est notitia conclusionis cum ratione: idest probate ratione: ergo notitia principiorum non vtiqꝫ erit scientia. quia principia non probantur ratione demonstratiua. erit ergo notitia illa certior ac verior scientia: et nihil est verius scientia nisi intellectus: sequitur ergo quod intellectus vtiqꝫ erit habitus principiorū. Secūda ratio ibi.

¶ Ex his que diximus conside

rantibus nobis apparet: quod principium demonstrationis non est demonstratio: sicut nec scientie scientia est principium/sed alia verior ⁊ certior notitia. si igitur nullū aliud genus habitus preter scientiam habemus verum semper: nisi intellectum: accipiendo vt diximus nomen scientie large: manifeste sequitur quod intellectus vtiqꝫ erit scientie principium. quare intellectus erit principium principijs idest habitus principiorum demonstrationis per quam acquiritur scientia. Hoc autem non solū est verum in vna demonstratione / aut solum in vna scientia: sed similiter se habet ad omnē rem scibilem idest in omnibus scientijs: scilicet quod intellectus habitus principiorum sit principiū sciētie habitus conclusionis. sicut ⁊ premisse demonstrationis sunt principia respectu cōclusionis. Sensus est. sicut principium se habet ad conclusionem: ita notitia principij se habet ad notitiam cōclusionis. et sic intellectus erit principiū scientie: cum sit principium principiū .i. habitus principij scientie. Stapulensis aliter hoc intellexit dicens. sic autem

omnis scientia se habet ad omne quod scitur idest ad conclusionem: sicut habitus principiorum: qui est intellectus: se habet ad principia. ergo permutando. sicut se habent principia ad conclusionem: ita intellectus ad scientiam: scilicet quod erit scientie principium. Antiqui tamen expositores hanc vltimam literam ita intelligunt dicentes. hoc autem: scilicet quod dictum est in his duobus libris posteriorum: similiter se habet ad omnem rem scibilem. quia est doctrina vniuersalis / et vera in omnibus scientijs: et in omnibus eis similiter se habet. Uerum prior declaratio aptior est: maxime tenendo quod hoc capitulum non sit pars libri posteriorũ: sed opusculum ab eo diuersum. Redeundo ergo ad propositum dicamus: q̃d ex dictis in hac tertia parte habentur clare respõsiones ad primas duas questiones huius capitis: quia non est idẽ habitus idest notitia eiusdem speciei. notitia propositionum mediatarum et immediatarum. neq; scientia est notitia vtriusq; generis dictarum propositionum: sed scientia est cognitio solum mediatarũ: immediatarũ autem est aliud genus notitie longe dignius / ac prestantius scientia: que ab ipsa potentia nomẽ sortita: intellectus dicitur. quod sit prima omnium notitiarum complexarum quas intellectus format. quemadmodum etiam noster Aristoteles in ethicis: primum actum voluntatis: scilicet qui est ad primum eius obiectum: voluntatem appellauit: ab ipsa potentia: quia primum voluntatis obiectum est vltimus finis humane vite. et ille est deus benedictus in secula.

¶ Questiones idonee.

¶ Circa hoc vltimum caput due tantũ questiones esse videntur maxime apte: scilicet vtrum prima principia demonstrationum ⁊ scientiarum sint nobis nota a natura: vel potius ex nostra inuestigatione insit nobis eorum notitia. Et vtrum intellectus habitus principiorũ sit notitia certior / ac dignior sciẽtia que est habitus conclusionum.

¶ Doctrinæ Analyticæ Aristoteles finis.

¶ Excusum est hoc præclarum opus in libros Posteriorum: Compluti in Aedibus Michaelis de Eguia.
Mense Decembris.
Año, 1529.

prec

D

semp


calibrite
colorchecker CLASSIC